capiti ꝛ quinqꝫ stõcho. Itaqꝫ si constat virtus huius viri ṗn cipiũ curationis eius ꝛ securus modus opatiõis esset ut fieret flobotomia uene cephalice per quam educerent sanguinis. ℥. iij. aut parum plus tolerante virtute. ¶ Scõm vo remedium est: ut post factam flobotomiã de cuiꝰ applicatione non oꝛeẽ timoꝛ ex pte etatis si tolerat eã v̾tus: ꝛ si nõ tolleraret v̾tus adhuc flobotomiã post flobotomiã, pcedã cũ applicatione hoꝝ clisterioꝝ: ꝛ iterũ si non fieret flobotomia oĩ die per horã vnã post oꝛtũ solis vnũ applicet sibi clistere hoc mõ factũ. ℞. decoctionis malue blete mercurial. lib. j. ꝛ fiat hec decoctio tãdiu ꝙ aqua viridis fiat. ℞. iere simplicis. ℥. s. iere ruffini. ℥. ij. cassie çuccari ru. añ. ℥. iij. olei viol. ℥. iij. butyri. ℥. s. salis cois. ℥. iij. misce ꝛ totum accipiatur in vna vice saltez tribus diebus. Et illos tres dies sufficiant illi accipere oĩ die solũ medietatẽ ṗdicte ꝙtitatis. ¶ Tertium remedium est ut p̄ꝛora anterioris partis capitis eius omni sero inter capillos eius de hoc puluere spargatur ad quantitatem sex granorũ semper cum pectine deponendo puluerem primum quãdo ponit scõm. ¶ Quartũ spãle remediũ est ut teneat semp hũc puluerem ligatũ in syndone de grana retoꝛta in manu sua ꝛ odoret ipm. ¶ Quintum spãle remediũ est ꝑ spatium vniꝰ septimane oĩ mane ꝑ duas horas ante cibum faciat hoc gargarisma. ℞. aque maiorane: aque ireos: ꝛ arthanite añ. ℥. j. iere ruffini. ℥. ij. çuccari al. ℥. s. calefiant oia solũ usqꝫ ad liquefactionem, deinde ex hoc impleat os ꝛ diu teneat: post fiat cũ eo gargarisma. ¶ Sextũ ṗncipale remediũ est hoc. ℞. olei de croco ꝛ de camomilla añ. ℥. j. s. olei de myrto: ꝛ de mastice añ. ℥. ij. gallarũ cupressi: spodij: rosarum: ꝛ granoꝝ myrti. añ. ℥. s. coriandri p̄parati ꝛ subtiliter pulueriçati. ℥. ij. farine uolatilis molẽdini ꝙtum sufficit fiat linimentum bñ viscosuz. de hoc igitur actu calido extenso super pãno extedat sup spatulis: ꝛ super partibus omnibus per quas doloꝛ extendat. ¶ Septimum ꝛ ultimũ remediũ est hoc. ℞. linimenti immediate scripti. ℥. ij. olei de myrto: ꝛ de croco. añ. ℥. j. musci. ambre. añ. ℈. ij. pulueris arthanite uel ciclaminis. ℥. j. s. terantur simul in moꝛtario subtilissime: deinde cũ hoc vnguento oẽs ptes capitis oĩ sero diligenter inungant excepta pte cõmissure anterioris sup quã puluis suprascriptus apponatur.

Modus vo prouidendi dispositionibus stomachi sui consistit in his remedijs. ¶ Primuz est hoc. ℞. syr. iuiubini. ℥. j. aque farfarelle. ℥. ij. aque mẽthe. ℥. j. Et si abominaretur syrupus. ℞. aque farfare ꝛ menthe añ. ℥. j. s. vini citonioꝝ. ℥. j. misce. ꝛ detur ei in potum actu tepidum per duas horas ante diez ꝛ p̄oderit ei solẽniter ꝯtinuãdo ipm saltez. 8. uel. 10. diebus. ¶ Secundum vo spãle remediũ est hoc. ℞. ꝯserue violarũ. ℥. iij. ꝯserue buglosse. ℥. j. s. trociscoꝝ stelle. ℥. s. trociscoꝝ de violis. ℥. j. s. vini granatorũ: mucorũ ꝛ dulcium. añ. ℥. j. çuccari al. ℥. ij. fiat eluarium: de quo semper ꝑ horã cũ dimidia ante p̄andium ꝛ cenam ꝛ immediate post p̄andiũ ꝛ cenam deglutiat ꝙtitatẽ vnius nucis maioris. ¶ Tertium vo speciale remedium est hoc. ℞. aque poꝛtulace ꝛ lactuce añ. ℥. j. ꝺragaganti: gũmi arabici. añ. ℥. ij. pulpe sebestẽ. ℥. j. s. çuccari al. ℥. j. penidiarum. ℥. ij. incoꝛporẽtur oia simul ultimata ꝯtritiõe: ꝛ fiat loch de quo cõtinue in oꝛe teneat ad ꝙtitatẽ vnius fabe: ita ut permittat descendere paulatine ad inferioꝛa. ¶ Quartũ spãle remediũ est hoc ℞. olei de nenufare: ꝛ cytonioꝝ. añ. ℥. s. olei de mentha uel origano. ℥. j. gallie mus. ℥. j. s. violarũ: floꝝ nenufaris: se. cuscute. añ. ℥. j. s. rosaꝝ: spodij: mẽthe: masticis: coralloꝝ ru. gariofiloꝝ. añ. ℈. iiij. cere al. quãtum sufficit: fiat vnguentũ molle de quo quater in die naturali actu calido liniat stomachus ab oꝛe eius usqꝫ ad vmbilicum ꝛ supponatur ei pannus duplicatus calidus ꝛ suffumigatus cum puluere gallie muscate. ¶ Quintum ꝛ ultimum remediũ est hoc. ℞. mãne electe. ℥. j. aque lactis caprini. ℥. v. dissoluat mãna in aqua lactis calefacta. deinde coles ꝛ bibat totũ bñ calm. hoc eni erit utile ualde mltũ post assũptionẽ suprascripti digestiui ꝑ ꝙtuoꝛ uel qnqꝫ dies accepti ubi appeant signa digõnis ꝛ mãerum mobilium: lꝫ ego credam ꝙ non erit opus euacuandi mãs altera spẽ euõnis ꝙ ꝑ clisteria supius descripta. Ipsa enim ꝑ se electiue attrahendo ꝛ diuertendo mãs ꝯuenienter euãt a capite ꝛ stõcho mundificando. Si tñ p̄ter hec oia tardaret aduentus sanitatis rescribat de statu suo ꝛ ꝓuidebit de remedijs foꝛtioribus si erit opus ad laudem dei. Amen.

Consilium. 7.

¶ De supflua vigilia ab imoderata siccitate oꝛgani primi sensitiui cũ coꝛruptione operationum imaginatiue ꝛ cogitatiue potẽtiarum cum participatione epatis ꝛ totius.



Upersflua vigilia huius nobilis viri p̄ouenit ab imoderata siccitate oꝛgani p̄mi sensitiui ꝛ est uẽtriculus anterioꝛ cerebri. qui licet respectu medij generis a generatione declinet ad caliditatez ꝛ siccitatẽ. qꝛ hic vir cholericus fuit: ꝛ est tñ positiua siccitas inuẽta in cerebro eiꝰ toto: ꝛ maxie in anteriori pte multiplicat ibidẽ a uaporibꝰ cholericis positiue ꝛ ꝑ se exiccãtibꝰ: ꝛ qꝛ hi uapores sil cũ alijs ab vniuersa mẽbroꝝ inferioꝝ ꝯgerie mltiplicant et in cerebro idu cũt in ipso priuatiuam siccitatem ꝑ viã resolõnis. ¶ Adde p̄terea ṗdictis ꝙ epar eius qd est notabilr calidum non euacuat ab adurendo materias cholericas: ꝑp quã adustionẽ transmutant in melichas. Et iste est vnus de illis qui per decidentiã in etate paugmastica transmutant in melãcholicitatẽ. Iuxta illud secundi tegni. decidente vo calida ꝛ sicca crasi. ¶ Et hoc totum demonstrari põt ex pluribus signis. Primo qꝛ tactu ꝑcipit caliditas ꝛ cũ acuitate notabili. 2° qꝛ hitudie macer est ꝛ extenuatus. 3° ex uelocitate ꝛ frequẽtia pulsus eius in quo non seruatur magnitudo ꝑp debilitatem v̾tutis eius. 4° qꝛ coloꝛ eius est rubicũdus cũ claritate. 5° ex imoderata siti. 6° ex uentris ꝯstipatione: ꝛ sic de alijs. Unde non est mirabile si vir iste aliqualiter in operationibus imaginatiue potentie ꝛ cogitatiue coꝛruptionem habet: qm̃ hec oia que dicta sunt minant sibi non leue periculum coꝛruptionis operationũ interioꝛũ sensuũ. Unde opꝫ istum virum esse sollicitum ꝛ bñ attẽtum in curatione sui: aliter non bene terminabit res eius.

Occurrunt ergo mihi decẽ sibi ꝯscribẽda. Et primũ qdẽ hoꝝ est ut abstineat a cibis salsis. 2° ab acutis ut aromatibus oibꝰ p̄ter ꝙ a croco ꝛ ab aneto que sunt due medicine cum sua calitate somnũ inducẽtes Itẽ abstineat ab aceto. Itẽ abstineat a rebus ualde pinguibꝰ ꝛ p̄opꝛie cõmixtis cũ ṗdictis mediocriter: hꝛodialia nõ sunt vituperãda p̄ter ista: alijs cibis utat ad libitum. Uinum vo eius albũ subtile dulce non ualde fumosum. Et si non eẽt bñ dulce dulcoret cum çuccaro aut cũ aq̃ decoctiõis radicum liquiritie mũdatarũ. Si ualde fumosum. tunc frangat cũ aq̃ boni fontis: aut cum aq̃ cisterne que melioꝛ est. ¶ Scõm instrm̃ est. ꝙ iste vir p̄ocuret hẽre uentrẽ eius munduz ꝛ ꝓpꝛie cũ usu eluarij de sebestẽ ꝭm hunc modũ. ℞. eluarij de sebestẽ lib. s. eluarij de psilio. ℥. iij. incoꝛporent sil longa contritione. de hoc accipiat semp ante p̄andium ꝛ cenam ꝙtitatem vnius nucis muscate: aut saltez de eo accipiat paꝝ ante cenã quantitatem predictam duplicatam. ¶ Tertium instrumentum est ꝙ iste vir omni sero cum uadit ad lectum super tota caluarie capitis sui ponat quãtitatem. vj. granoꝝ frumẽti de hoc puluere. ℞. floꝝ nenufaris. ℥. j. s. se. lactuce: scariole croci: coꝛticum papaueris. añ. ℥. s. fiat oĩum per se puluis: deinde cõmisceant. ¶ Quartũ instrm̃ est. ꝙ iste vir oĩ sero cuz uadit ad lectũ totã spinã inungi faciat ex hoc linimẽto minꝰ calido ꝙ tepido. ℞. olei de semibꝰ lactuce: olei viol. ꝛ de sisamo añ. ℥. s. olei de nenufa. ℥. j. trociscorum de viol. ℥. j. s. cere al. quãtũ sufficit. fiat vnguẽtum molle: ꝛ postea bulliat in lib. s. emulsionis papaueris albi: usqꝫ ad consumptionez illius. ¶ Quintum principale remedium est hoc. ℞. coꝛticum mãdragoꝛe: se. scariole: lactuce: ꝛ poꝛtulace añ. ℥. s. floꝝ nenufaris: coꝛticum papaueris ana. ℥. iij. fiat omnium per se puluis:

deinde cõmisceat᷑ z aspergat᷑ z imbibat᷑ cũ succo folioꝝ papaueris albi: deinde exiccet᷑ sub radijs solis renouando succuz z exiccãdo ipz. hic ergo puluis liget᷑ in syndone de grana retorto z semper aut q̃ multũ olfaciat ipm patiens. ¶ Sextuz principale remediũ est hoc. ℞. folioꝝ maluarum: violaꝝ: scariole: z lactuce añ. M. ij. mãdragore: foliorũ nenufaris: z papa. añ. M. iiij. bulliant hec oia in decẽ situlis aque usqz ad consumptionem tertie partis: z cum ista decoctione tepida oi sero p horã ante cenã abluant᷑ extreme partes inferiores a pedib⁹ usqz ad inguina: z a natib⁹ usqz ad humeros z facies tota z collũ. ¶ Septimũ remedium est hoc. ℞. se. aneti: croci: floꝝ lilioꝝ al. violarũ. añ. ʒ. j. ʒ. floꝝ nenufa. lactuce añ. ʒ. j. pulueris folioꝝ mãdragore. ʒ. ij. puluerizent᷑ oia per se: z cuz succo foliorũ papa. fiant pillule de oi. ʒ. vij. uel. viij. de quib⁹ iste vir oi sero uel nocte qñ dormire non poterit: deglutiat duas uel tres ꝯtinuando eas. ¶ Octauũ remediũ est hoc. ℞. loch de papauere. ʒ. j. pulueris floꝝ narcisci: pulueris floꝝ lilioruz cytrinorũ: qui nascunt᷑ in uallib⁹ añ. ʒ. ij. z si nõ reperiunt᷑ p̃dictoꝝ flores: tũc accipiãt folia ipsoꝝ loco floꝝ papaueris albi. ʒ. ij. pinearũ mũdatarũ. ʒ. iij. pomoꝝ mãdragore numero j. siue matuꝝ aut imaturũ: siue recẽs siue siccũ habeat᷑ amili ʒ. j. se. lactuce z floꝝ nenufaris añ. ʒ. ʒ. macis: capil. ue. añ. ʒ. v. ligni aloes. ʒ. j. mell᷑ viol᷑. lib. j. çuccari albi. ʒ. iij. fiat eluariuz de quo patiens iste accipiat ante cibũ coclear mediũ: z tantũ dẽ post ipsum imediate: frangit eni caliditatẽ epatis z cholere z phibet adustionẽ z euaporationẽ acutã ad caput: facit hũectationẽ ꝯuenientẽ: z ingrossationẽ in uaporibus z cerebro. ¶ Nonũ remediũ est: ut hic vir attẽdat z pcuret sibi aperire emorroidas fricando eas frequenter cum felle tauri uel gaçelli: aut cũ pãno aspo bisello uel de terlisio. Et si prouocate fuerint emorroides permittat eas fluere mediocriter. nulluz enim remedium eo felicius inueniri posset. Si autem superueniret ipsarum emorragia: tunc constringat᷑ emplando eas cum stupis infusis in aceto: z expressis uel madefactis in albumine oui cõquassato cum puluere thuris: masticis: sandra. boli ar. z corallorum ru. z ematitis ana. ¶ Ultimuz spãle remedium est ut si in hoc viro nõ possent emorroides aperiri per ingenia predicta: tunc tentet᷑ apertio tybiarum in locis in quibus aquositas z virulentia emanare solebat. z hoc quidem fieri põt superponendo empl᷑m factuz de folijs apij ranini: qd̃ in ripis fluminum reperit᷑ bñ ꝯterendo: z sup cruribus applicet᷑ tãdiu ut fiat ibi uesicatio. Cũ videris tybiarũ apertionẽ intendat᷑ eaꝝ mũdificatiõi cũ hoc vnguẽto. ℞. vnguẽti basiliconis: z aploꝝ añ. ʒ. j. litargiri: sarcocolle: sandarace añ. ℈. ij. icorporent᷑ sil᷑ z bis uel ter medicet᷑ mẽbrũ patiẽs cũ eo. Et sic tãdẽ non est dubitabile q̃ res eius terminabitur ad bonum siue ad salutem si continuent᷑ hec remedia: qd̃ nõ spero ipm esse facturum: sicut soluit ad laudem dei. Amen.

Consilium. 8.

¶ De duplici mala dispositione videlicet. ¶ De mala complexione frigida z humida cerebri a multo flegmate aquoso z mucillaginoso proueniente. ¶ De sonitu in auribus representante sonum aque fluentis aut uenti reuerberati ad parietes montium.



Enerabilis in christo pater z sacre theologie doctor magister Hieronymus de ordine sancti Augustini laborat duplici dispositione omnino uerenda multuz. ¶ Est eniz prima mala complexio frigida z humida cerebri materialis a multo fl᷑ate aquoso z mucillaginoso proueniens: siue istud flegma in capite eius multiplicatum fuerit a mala compl᷑one p̃cedente qd̃ rõnabilius est: siue fl᷑ata ista aliũde ad caput propulsa generauerint ibidem malam cõpl᷑onẽ fridã z humidã pp multã morã p̃dictorũ fl᷑atum in capite suo. Et qualitercũqz concedatur necesse est q̃ cum egritudo eius lõga fuerit q̃ am hec cãe iste reperiant᷑ ibi. quarũ vna est effectũs alterius z ecõuerso. ita q̃ reciproce se iuicẽ efficiũt z augmentãt. Propter quod nõ est mirabile si vir iste hyeme nuper preterita passus est torturã oris. ppter enim fl᷑a aquosuz infusum in musculis z neruis suspendẽtibus z sustentãtib⁹ ossa maxillarũ ad ossa tẽpoꝝ fuit facta mollificatio: z cuz ps materiei in altera contraria pte grossa mota fuit in predictis musculis z neruis etiã genarũ z faciei ps ista cõtracta fuit: z fortassis q̃ tunc laborauit duplici egritudine. s. spasmosa in vna pte: z paralitica in alia parte. qd̃ tñ non credo: qm̃ egritudo ista non ita facile curata fuisset: nisi cura ipsius egritudis fuerit cã subtilis prouidentia sapientũ doctoꝝ qui pertractauerunt ipm. Uerisimilius aũt est argumento sumpto ab etate z compl᷑one eius q̃ mã ista flegmatica fuerit grossa z effusa ad musculos z neruos faciei genaꝝ z tẽpoꝝ in eisdẽ ibibita: z cõtraxerit predictas ptes ẜm longitudinẽ abbreuiando: z ẜz latitudinem extendendo: ita q̃ spasmus acciderit qui formal᷑r nõ est aliud q̃ actualis contractio ptiũ mobiliũ vsus p̃ncipiũ suũ cũ ipotentia dilatatiõis uel expãditionis predictarũ ptiũ de spasmo in fieri intelligendo tm̃ haꝝ descriptionẽ. Uñ hec tortura fuit egritudo solum spasmosa: ita q̃ per ꝯtractionem ptiũ ubi erat spasmus in altera pte ꝯtraria de necessitate cõtingit tractus z extẽsio ad inferius: pp quod ps ista apparet magis mollificata z magis egra: z tñ nõ est. Cuius apparẽtie mollificatiõis efficiẽs cã fuit attractio torti: ut l᷑ral᷑r colligitur 2ª tertij. cap̃ de tortura. subtiliter intelligẽdo cõtra opinionez Alexãdri pipate. quẽ Auic. ibidẽ all᷑at si bñ intelligit᷑.

Propter qd̃ ex p̃dictis nõ ualde angustiosuz est intelligere causas euentus scd̃e male dispõnis huius viri que est sonitus in aurib⁹ repñtans ei auditũ aque descendẽtis: z impetuose fluentis. aut collisionẽ uẽtoꝝ reuerberatoꝝ ad parietes mõtium uel syluaruz zc̃. ¶ Est ergo dispositio huius scd̃a uerẽda multũ. est eni corruptio in opatione sensus auditus: nullo enim obiecto uel causa in medio exteriori existente talis sonitus effectiue pcipit᷑ exterius sonatiuũ esse: qd̃ non sonat quod est formale in corruptione operationis auditiue potentie. ¶ Est aũt huius dispõnis imediata cã mala cõpl᷑o in toto cerebro: z miringa auditiua. Cã võ mãlis uel eidẽ pportionata est uapor uel uentositas grossa in miringa p̃dicta: z neruis uenietibus a 5° pari neruorum ad ipsam. Auditus eni fundat᷑ in 5° pari neruoꝝ: sicut gustus fundat᷑ in 4°. ut prima p̃mi colligẽdum est in cap̃ de anothomia neruorũ. 14° a medullari substãtia cerebri orientiũ. Cuz ergo cõtingit q̃ uapor iste mollis est z fluẽs repñtat᷑ sonitus ꝯsil᷑is impetuoso decursu aqrũ. Cũ aũt cõtingit uentositatem istã grossiorẽ esse: z uehemẽter ad p̃dicta organa collisam esse tunc accidit sonitus agitatione uentorum ꝯsimilis. ¶ Ex quibus oibus correlarie cõcludit᷑ q̃ hec dispõ huic viro minatur ingentia picula. Multiplicata enim mã istorum uaporum z uentositatuz: z causa exñs in uenis z rimositatibus cerebri minat᷑ sibi apoplexiã si fecerit oppil᷑onẽ cõpletam: et epilepsiã si fecit incõpletã: multiplicata võ ista materia in organis p̃mi sensitiui: futurũ subeth pnuntiat ei. In posteriori võ pte multiplicata ista mã litargicã ptendit ei suspectionez: sicut si mã aquosa fuerit z subtilis z a posteriori pte cerebri defluens per nuchã suspicandã palesim protendit ei. Et cum fixa fuerit mã ista in organis auditus completã ibi efficiens oppilationẽ necessario pnuntiat ei surditatẽ fortasse incurabilẽ. z pprie qñ fuerit cõfirmata: ut colligendum est 4ª tertij. in proprio capitulo litteraliter.

Pro regimine aũt curatiuo predictaruz dispõnũ multo quidẽ z accurato sermone intendẽdũ esset. ¶ Et p̃mo qdẽ oporteret dirigere regimen distinctum z cõuenienter electũ circa oẽs sex res nõ nãles ul᷑r z particulariter cõsiderandas. ¶ Scd̃o nota q̃ idem modus de electione instrumentorum z intentionum curatiuarum extendendus esset: uerum qr vir iste religiosus est z officio diuino instanter obligatus: z adhuc etiam quia dispositio eius ad melius prompta est: imo fere ad perfectam

curationē ex pte torture oris: lz remanserit sibi nocumentū corruptionis in operationibus auditus ut declaratum est. Ideo videtur mihi ut nunc sufficere satis describere regimē eius in octo particulas diuisum: ut nunc sequitur. ¶ Primo quidem vir iste effugiat usum ciboꝝ oīum caliditate ꝛ humiditate sua nimium euaporatiuoꝝ. Exemplum hoꝝ est alleum: cepe: bulbꝰ: legumina oīa ꝛ ꝓprie elixa: ꝛ pinguia. omnia brodialia: ꝛ sic de alijs. Item effugiat usum rerum acutarum nimia sua euaporatione ꝓmouentiū mās ad caput: ꝛ facientiū eas a capite colligi: uelut est raphanus: sinapismus ꝛ alia. Euitet etiam cibaria oīa frigida actu ꝛ potentia: ut bletam: spinachiam: portulacā: lactucā: endiuiā: semina coīa: ꝛ similia. Effugiat et viscosa ꝛ oppilatiua sua euaporatione capitis grauatiua: uelut lac: ꝛ lacticinia cibaria ꝛ pisces ꝛ proprie elixos ꝛ pastilia oīa: ꝛ silia digestioni diff. cillima: ꝛ materierum flegmaticarū ꝛ frigidarū generatiua: ut antique carnes oēs: panis azimus aut non bene coctus: ꝛ similia. ¶ Scōm vō principale in eo obseruandum est ut caueat quantū pōt a multitudine potus: ꝛ proprie vini dulcis grossi ꝛ conturbati: imo recte loquendo bonū esset ei ut oīno vinum dimitteret saltē per totā hyemē futuram: ꝛ uteret aqua mellis infrascripta. Si autem argumentū aliqđ inclinet ipsum ad potū vini: uelut etas: ꝯsuetudo: ꝛ debilitas stomachi: ꝛ non bona tolerantia aque mellis: tunc saltem eligat vinū colore subrubeū aut albū dulcedine oīno ꝑuatū: ꝛ cōmixtū cū medietate sui dicte aque mellis facte ſm hūc modū. ℞. aque fontis uel fluminis electi: aut saltē aque cisterne que melior est ꝑp subtilitatē lib. xv. floꝝ rorismarini. ʒ. ij. bulliāt siƚ lento igne usquequo aq̄ ista odore floꝝ ꝯuenienter ꝑticipabit: tūc ergo addaƚ ꝑdictis mellis electi lib. j. ſ. mediocriter coquendo ꝛ continue cū cocleari dispumādo usquequo cadat tertia ps duabꝰ remanentibus: ꝛ tunc colet per pānū spissum bis aut saltē semel. ꝛ reponaƚ in uasis vitreis bn̄ mūdis ꝛ utat ea. ¶ Tertium vō principale remediū est: ut utat medicinis per tertiā ꝑationē earū mundificatiuis: ꝛ confortatiuis organi auditus: que etiam ꝑnū ꝛ expurgatū ꝯseruent spūm aīalē: qui est instr̄m auditiōis. tñ iste medicine debēt esse calefactiue subtiliatiue uehementer. ueolciter penetratiue abstersiue: ꝛ exiccatiue viarum ꝑdictarū. ¶ De numero autem hoꝝ simpliciū sunt: sicut assarum: cinamomū: lignū aloeo: amomū ameos: sticados: pulegium: calamentū: amaracum: ꝛ dedrolibanū. ¶ De compositis electis ad istud sunt sotira descripta 5° canon. sūma ꝑma. Et confectio alkekēgi magna tyriaca metridatum. ꝛ inter reliqua eluaria est eluā Esdra intitulatum descriptum a Nicolao in antidotario eius: ꝛ silium ꝑdictorū usus esse debet accipiendo ex eis omni septimana semel uel bis. ʒ. j. cum. ʒ. j. aque saluie uel rorismarini calefacte ꝑ duas horas post cenam: hoc enim eluāriū ꝛ aliud sotira dictū gentes ꝙ plurimas ab antiqua surditate sanāt per longū usum eius: lz hoc aduersetur sn̄ie Auic. 4° tertij. in cap̄. ꝓprio. ubi dixit. ꝙ antiquata surditas non recipit curationē. Etiā ego intelligo lr̄am illam. s. nō nisi cū magna difficultate ꝛ tp̄is ꝓlixitate. Experimentū enim est contradictoriū lr̄e Auic. ut patet in fratre Thoma anglico in conuentu heremitarū sancti Augustini de Padua qui sanatꝰ est de surditate. 12. annorū. ¶ Quartū principale remediū est. ꝙ iste vir sepe assuescat supponere aurē lesam aut ambas: si notabilr̄ lese sunt super tabula de ligno cypressi uehementer calefacta in sero qn̄ uadit ad lectum: sed si uellet remedium elegantius hoc eē: tunc isti tabule calefacte superponat bonam quantitatem pulueris folioꝝ origani: hoc enim est remedium sublime pre ceteris: ꝛ est illud quod illustres viri nominauerunt fantenegi ignoratum a ꝙ pluribus ꝛ fere ab omnibus. ¶ Quintū principale remediū ꝛ proprie sonitus predictos in auribus repꝛtatos ex fractione uel collisione medij intranei est: ut applicet auribus suis mane ab aurora usqꝫ distanter a prandio per horam vnam ter uel quater sacculum infrascriptum: ꝛ eundem supponere per duas horas ante cenam. Cuius descriptio est hec. ℞. assari: calamenti: pulegij: sticados aā. ℳ. iij. spicenardi: ꝛ romane: florum rorismarini: foliorum basiliconis aā. ℳ. j. ſ. ligni aloes. ʒ. ij. macis. ʒ. j. origani. ʒ. ij. pulueriçentur oīa per se subtiliter: ꝛ fiant sacculi quantitatis vo pedalis: ꝛ calefiant super tabula in. 4° remedio scripta ꝛ supponat toti medietati dextre uel sinistre capitis: aut utriusqꝫ si ambe aures egrotabunt. ¶ Sextum remedium principale est. ꝙ iste vir assuescat mane ante prandium ꝛ ante cenam etiam infundere auribus eius aut alteri tantum vnam uel duas guttas de oleo infrascripto: obseruatis tamen regulis medicandi aures que sunt infrascripte. ¶ Prima ꝙ nullū medicamen auri imponaƚ nisi uƚi corporis euōne ꝑmissa ꝛ particulari capitis. ¶ Secunda regula nunꝙ auri imponatur aliquid nisi uenter ꝯueniēter a fecibus expurgatꝰ fuerit. ¶ Tertia regula ut auri nihil iponat nisi ꝑmissa mundificatiōe ꝛ abstersione foraminis auditus: ꝛ proprie in ꝓfundo eius ꝯfractuoso ꝛ tortuoso multum. ¶ Quarta regula ut nihil auri imponatur actualibus qualitatibus uehemēter apꝑtiuū: q̄re liquor auri iponendus oīs debet esse non uehementer calidus actu nec frigidus: ꝛ sequiƚ ex hoc ꝙ debet eē actu tepidus: lz liquor oīs possit esse uehementer exiccatiuus ꝛ sc̄dꝫ sermones. 10. tractatuū. ꝛ sc̄do terrapē. Organū eniꝫ auditus uehementer passibile est tenuitate raritate ꝛ subtilitate sui: ꝛ uehementer siccum est nālitate siccitate conseruanda per plura: ut deducit ibi Galenus. ¶ Quinta regula ꝙ medicamē qđ imponiƚ auri non sit multe quantitatis. ꝑp enim impletionem foraminis auditus ꝓhibeƚ expulsio fumositatū ab intus ad extra: adhuc receptio sp̄erum audibilium ab extra ad intus. ¶ Descriptio aūt ꝑdicti olei talis est. ℞. olei nardini facti ſm artē ꝛ non ꝑ infusionē. ʒ. iij. olei de origano. ʒ. v. pulpe collognthide subtiliter pulueriçate. ʒ. x. origani: ligni aloes aā. ʒ. iij. oīa in uase vitreato diligenter cōmixta bulliāt lento igne usqꝫ ad ꝯsumptionē tertie partis: deinde cum expressione condecenti colentur bis per pānum spissū ꝛ reponantur in uase vitreo exposito radijs solis: hoc enim medicamen est sublime ualde. In eius eni laudibꝰ ꝯuenerunt oēs illustres viri: ꝙ ipsa est de melioribus medicinis ad oēs egritudines fridas mālēs uel immālēs organoꝝ auditꝰ. ¶ Septimum principale remediū est. ꝙ iste vir assuescat accipere oī mense semel. ʒ. ij. maiorū pillularum de sarcocolla in aurora: ꝛ tardet prandium horis ad minus sex cū conditionibꝰ sepe in assumptione farmacoꝝ obseruādis: quas dimitto longitudinē effugiens: leganƚ aūt pillule iste a Mesue de consolatione medicinarum cap̄ de sarcocolla. Si autē vir iste haberet uentrem non bene fluxibilem ꝛ materie ꝑp illud inclinarentur ad caput: tunc potest uti pillulis alefanginis descriptis a Mesue in antidotario descriptione. 8ª cap̄ prio. Stomachum enim caput ꝛ instra sensuum mundificant: ut ibi scribit Mesue: ꝛ oēs alij concordes cum eo: de quibꝰ tñ ꝑcepta grauitate stomachi accipiat. j. uel. ij. parum aā cenā. Cū instāte vō capitis grauitate accipiat eas per. 2. horas post cenā. ¶ Ultimū remediū est. ꝙ iste vir assuescat supalpgere ꝑrā capitis ꝑ totū spatiū extēsionis cōmissure sue sagittalis in sero qn̄ uadit ad lectum cū infrascripto puluere quantitatē sex granoꝝ frumenti bis uel ter in septimana. Cuius descriptio est. ℞. floꝝ rosmarini: sticados: maiorane ana. ʒ. j. garꝰ. ʒ. iij. aspersio enim gariofiloꝝ sup pra capitis oēm malā complonē frigida male uel immale emendat. ut scripsit Anecoar in suo thelsir. lib. ꝛ cap̄. ꝑmis. pulueriçenƚ aūt oēs medicine per se ꝛ subtilr̄: deinde conquassenƚ in mortario. Laus deo.

Consilium. 9.

¶ De quadruplici mala dispōne videlicet. ¶ De mala complexione frigida ꝛ humida cerebri: cū multis accidentibus cōplicata. ¶ De mala complexione frigida ꝛ humida stomachi cum debilitate virtutis digestiue cōmunis in eo. ¶ De doloribꝰ renum a mala complexione humorali: Arenulis ꝛ lapide. ¶ De doloribus spatularū usqꝫ ad collum: ꝛ hypocūdriorum ꝛ uentris totius anterioris. ¶ Diuiditur autem con-

nota

silium in capitula quatuor: secundum quod quatuor sunt dispositiões in eo tractate.

Ⅽ De dispositione mala cerebri et eius cura. Cap. I.



SI mentis acuitate profunda: si studij contemplatõe sublimi cõplexionis in humani corporis discrimine uel lãgore sũma cũ affectiõe contemplãdũ est, maxie tñ illis opportunũ hoc esse vi qui sunt lãgores seui et periculosi adhuc et numero plures. Et iterũ qñ accidũt illis quos videmus nobis dilectiõe benigna coniunctos: et esse de numero virorũ honestissimorũ et moraliũ quorum pauci repiuntur hac nostra etate. Ⅽ Propterea ergo nobilis et moralissimus vir ser Marcus quadruplici et ingenti ualitudine laborat cui non solũ afficior: sed tantum ei cõpatior quantũ amicus amico concedere põt. Ideoqz cũ magna mee mentis onerositate calamũ assumpsi pp dolorem amici: et uehemẽti auiditate cõtẽplationẽ aggressus sum ut eidẽ subueniã fideliter et opportune. Ⅽ Laborat hic vir primo mala cõplexione frida et hu. cerebri sui que magis in eo repitur ex tpe quam a gñatione cõcta. Credo enim cerebrũ eius respectu tẽperati cerebri a gñatione declinauisse ad siccitatẽ uel ad ualde remissam humiditatem et aliqlẽ caliditatẽ. plasma enim partiũ capitis: uenarũ ipsius multitudine et magnitudine: viarũ aptione: faciei colore rubicũdo satis: imo uelocitas in operationibus interiorũ sensuũ et mobilis pfectio in eis ad actiones: actualis caliditas in oĩbus ptibus capitis tactu pcepta: et capillorum soliditas: et grossitudo: hec. x. signa caliditatem capitis arguũt magis quam oppositũ. Sed humanorum actuũ occupatiões ad magna negocia et plurima expedienda pp necessitatẽ opationũ sensuum interiorũ et exteriorum ẽt sũt cãe pmutatiõis cõplexionũ radicaliũ calidarũ ad frigidas pp uehemẽtẽ resolutionẽ in spiritibus et humoribus: et substãtia cerebri aduenientẽ ex eis: ad que ẽt concurrere põt regimẽ ex pte sex rerũ nõ naliũ pmutãs ad humiditatẽ et frigiditatem. Ⅽ In sũma igitur siue contingat pp dispõnẽ cerebri p eẽntiã fridã et humidã mãerũ fridarũ multiplicatiuã: siue ẽt magnificetur hec pp colligãtiã iseriorũ ptiũ: et pprie stõchi et epatis: de quibus dicetur paulopost. Ueritas est quod huic nobili viro accidũt oppilatiões in meatibus et uentribus cerebri: pp quas clauduntur vie euentationis cerebri: partium nasi: palati: pororum et aurium eius: vnde non potest conuenienter anhelitum cõplere: et maxime inspirationem et respirationez per partes nasi et palati. Ⅽ Et ex hoc fundamento intelligere potest hic vir causas plurium accidentium que superueniunt ei. primo apparet ei quod claudatur pars nasi superior: ita quod non bene attrahat aerem nec pinde aliqd a caliditate edetur. Materia enim pdicta oppilans loca cerebri apud carũculas eius est causa huius accĩtis. Ⅽ Sequitur 2° quod hic vir cogitur uehementer insufflare per nasum patet: quia natura conatur mouere aerem spũm uaporẽ et uentositatẽ. ut reuerberet mãm oppilãtẽ: et spargãt ipsam. Unum enim de iuuamentis uẽtositatũ est ut reuerberẽt in faciem secum spargendo eas. prima primi. finali cap colligẽdũ. Ⅽ Sequitur 3° quod hic vir pcipit quandoqz magnam grauitatem in capite. patet propter materiam infusam in panniculis facientem in eis dolorem extensiuum grauatiuum. Ⅽ Sequitur 4° quod hic vir quandoqz percipere debet in aere aperitionem uaporum linearum et figurarum per aerem uolitantiuz. Ⅽ Sequitur 5° quod hic vir quandoqz percipit lachrymas descendẽtes ad oculos. patet quoniam materiei pars subtilior et aquosior fertur ad anteriorem partem capitis. Ⅽ Sequitur sexto. quod iste vir quandoqz percipit punctionem in naso cum coriça: uel descensum materierum acutarum ad ipsum. patet pp diuersitatem materierum quarum alique partes acute pelluntur per eandem partem. Ⅽ Sequitur 7° quod iste vir quandoqz percipit pondus et grauitatez in concauo palati. patet propter descensum materiei ad colatorium. Ⅽ Sequitur octauo. quod hic vir percipit tumorem et punctionem in glandosis partibus et sine casillarum et partibus vuule. Ⅽ Sequitur nono. quod quandoqz hic vir percipit descensum et dolorẽ in musculis colli posterioris partis eius et gule. Ⅽ Sequitur decimo et ultimo. quod hic vir non raro incurrit difficultatez anhelitus ex pte pectoris: et nõ solũ ex pte ĩspiratiõis et respiratiõis per ptes nasi et colatorij: de quibus dictum est. Ⅽ Ex quibus oĩbus ultimate concluditur quod hic vir non leuibus periculis est paratus que hic scribere non curo: sed magis eius utilitatem intendens ad remedia pertransibo.

CUm ergo hic nobilis vir perceperit aliquod de nocumentis iam pfactis statim ei puidendum est secundum infrascriptum modum. decem instrumenta decez intentiones complẽtia eidem ordinando ut nunc sequitur. Si igitur apparet in ipso uehementia accidentiũ pdictorum et subito et impetuose euenientiuz: tunc oportet de necessitate concludere materiam esse multam.

PRimam ergo intentionẽ cõplere debet primuz instrumentum sic. A prima die pncipij motus eius uentre existente mediocriter lapso fiat eidem flobotomia de cephalica uena brachij contrarie parti ad quam mã descendit. Ⅽ Si autem uenter esset stipticus tunc ante flobotomiam administretur hoc clistere secundum hunc modũ. ℞. aque decoctionis malue: blete: mercurialis: et furfuris lib. j. ei violarum. ℥. iij. cassiefistule çuccari rubei: et salis communis. añ. ℥. s. misce totum et fiat clistere saltem per tres horas ante flobotomiam.

SEcundam intentionẽ cõplet scðm instrumentum quod postquam facta fuerit flobotomia statim applicetur: quod est hoc. ℞. decoctionis maluarum: blete: mercurialis: et furfuris lib. j. cum expressione eorum diligẽter facta: çuccari rubei: cassiefistule: iere simplicis: et benedicte. añ. ℥. iij. olei de sisamo et viol. añ. ℥. j. s. misce et totum accipiat in aurora: et hoc etiam clistere precedere debet flobotomiam cui succedere consueuit stipticitas uentris uel propter euacuationem materierum ab ea: uel propter distractionem ipsarum de centro ad circunferentiam.

TErtiam intẽtionẽ cõplet tertiũ remediũ spãle et memorãdũ quod est ut subiungantur diuersiones que lz multis instrumentis et vijs administrari possint sex diuertendi instrumenta in hoc viro securiora et meliora videntur ultra flobotomiã et clistere pfactum: que ẽt duo euãdo diuertunt. Ⅽ Primũ itaqz ipsorum est aptio emorroidarũ: quarũ euẽtũ in hoc viro sperarẽ eẽ optimũ instrumentum curationis oium suarum egritudinũ. Apiri aũt põt emorroides multis instrumentis: de quorum numero primũ et leuissimũ est fomẽtatio uel encatisma factuz sepe in aquã fluuialẽ bñ calidã. Ⅽ Scðm et fortius illo est. ut fiat decoctio eius cũ radicibus feniculi. Ⅽ Tertiũ et adhuc fortius est: ut fiat decoctio ex radicibus liliorum al. et est notabile remedium et sublime. Ⅽ Quartum remedium est decoctio radicum ireos recentium. Ⅽ Quintum adhuc melius est decoctio radicum ciclaminis recentiũ. Ⅽ Sextũ et pncipatum habet super alia est decoctio radicũ ellebori al. Ⅽ Septimũ est fricatio emorroidarum cum pãno aspero ut folijs fici: aut folijs consolide ma. Ⅽ Octauum uero est earum confricatio cum omni felle: et proprie cum taurino. Ⅽ Nonũ uero est emorroidaruz fricatio et leuis excoriatio cum vngue. Ⅽ Decimum uero est applicatio sanguisugarum super eis. Ⅽ Undecimum est uentosarũ applicatio super fiteri. Ⅽ Duodecimuz et ultimum est sectio earum cum acuto flobotomo post tumescentiam earum in aliqua primarum decoctionũ que posite sunt. Ⅽ Cum igitur eger pceperit pondus et grauitatem in alchatim: et ilijs apparebit tẽsio et põdus quod magnũ pcipietur: in fiteri tumor et excrescẽtia. predictarum uenarũ pruritus: in eo loco tunc statim applicetur aliquod de pdictis instrumentis et pmittatur exire sanguis cum altero trium modoruz cognoscendi sufficientiam euacuationis. Ⅽ Quorum pmus est cũ pseuerantia alleuiationis et roboris virtutis. Ⅽ Scðs quod euacuata fuerit materia nigra melancholica simplex aut comixta. Ⅽ Tertius quod fiat permutatio

exitus a sanguine predicto ad sanguinē rubicūdum leuiter purpureū & calidū: cuius euacuationis debilitas subsequat. ¶ Si ergo tunc constringet a virtute regulāte semp cum māerum fluctuatione cum sui potentia: tunc bonum est. Si aūt tunc transeat operator ad constringendam emorrosagiam ipsarū cū aliquo duorum instrumentorum conuenientium. ¶ Quorū pmū est hoc. ℞. miclete. ℥. ij. aque decoctionis sumach uel semina myrti uel se. plātaginis. ℥. ij. misce detur in potu tepidū statim cū fuerit opportunū: tū ouenienti⁹ opabitur qn̄ stōchus & venter erūt mūda. Est aūt miclete electuarium multorum iuuamentorū colligendum a Nicolao in antidotario a çarpellantibus medicis noiatū michileta. ¶ Scōm vo instrm est. ut in potu dentur. ℈. ij. pillarū de bdelio que descripte sunt a Rasi 9° Almāsoris in ppio cap. ¶ Tertiū vo principale diuersiuū māerū est applicatio vētosarū: nūc carnosis ptib⁹ tybiarū & cruriū: nunc vo natib⁹. aliqn̄ vo spatulis applicatarū fm q emergit intentio supiorib⁹ inferiorib⁹ & intermedijs ptib⁹ que applicant. aliqn̄ cum eōne insensibili: uerum sine scarificatione. aliqn̄ vo econuerso cum scarificatione.

¶ Quartū vo principale diuersiuū materierum est distractio earū ad cutaneam ptē, cū fricationibus aut vesicationibus de quibus prolixe satis in altera materia sum locutus in magno tractatu cōpilato ad. 12. accidentia ad spectabilem militem florentinum nomine Julianum de bāsatis. ¶ Quintum vo diuersiuum est materierum distractiuum per urinales vias & est securius & felicissimus modus diuertendi materias: qui cōpleri pōt quinqz instris. ¶ Quorū primum est ut exhibeant patienti. ℥. v. aque litospmatis cum çuccaro calefacte in aurora. ¶ Scōm & fortius illo est. ut in potu dentur. ℥. iij. succi feniculi sicut est. ¶ Tertium vo est, ut in potu dentur. ℥. ij. succi apij ut supra. ¶ Quartum vo cōpositum & adhuc melius est: ut in potu dentur. ℥. v. aque sublimationis corticum interiorum auellanarū. ¶ Quintū vo compositū elegantius omni altero est. ut in potu detur. ℨ. j. horū trociscorum. ℞. granorum orobi lentisci aā. ℨ. j. ß. spice nardi: rubee tinctorum: se. apij & scordeon. siseleos fu: & meu. pulnerizent & fiat troc. cum succo uel aqua fu: & est ualeriana. ¶ Quintum vo diuersiuum de autenticis est: ut in potu detur. ℨ. ß. electuarij Justini cum. ℥. ij. aque apij: est enim honestum laudes conferre illustribus qui pro nobis insudauerunt assidue cōtēplando in quorū inuentis oportet adhibere grates. ¶ Ultimum & melius diuersiuū materierū per vias urine est: ut in potu detur. ℨ. ß. eluarij de seminib⁹ descripti ab Auic. 5° canone. sūma p°. & a Me. in antidotario distinctiōe p° ppio cap.

¶ Ultimū principale diuersiuū materierū est per vias uentris. & lz nonulla eorū que dicta sūt & inferi⁹ dicenda diuertere possint māas pcipitando eas per vētrē. Ego tū scio q istrm optimū est dare in potu. ℥. iiij. calide aque decoctionis liçonotis: & est in rei vitate planta in magno usu medicorū fere continue applicata: lz multi ignorent de ea cōplonem: & locū etiā ubi de ea scribit. Ego autem adequatum de ea capitulum inueni a Sal. ab Oribasio & a Dyascoride.

Quartam intentionem que est rectificatio regiminis ex parte sex rerum non naturalium complere debet quartum instrm: pro qua intentione & eius instris uliter & particulariter ponendis fiat recursus ad ultimū capitulū huius tractatus. In ipso nanqz ponetur doctrina conueniens regiminis omnium dispositionum huius viri per singulas res non naturales.

Quintam intentionem qntū instrm principale cōplet, videlicet digestionis materierū. Cū enim māe fuerint euacuate uliter: ut supra per flobotomiam actum est: etiam cum fuerit per intentionem scdam euacuata materia cōis itestinorū & aliqualiter appropriata: ut patuit per clisteria iam posita. Cūqz etiam fuerit facta materierū diuersio per regiones sex: ut apparet in ordine tertio: & tactus fuit modus regiminis per res non nāles: ut aūt immediate appuit. ¶ Jam oportet subiungere qntā intētionē digestionis materierū, & q: in pmisso caplo iā deductū est māas dnātes in capite ēē flegmaticas eē a dnio: lz eisdē aliquid de materia cholerica sit cōmixtū. Ideo describā hic digestiua que mihi conuenientiora videntur ad materias. ¶ Leue igitur digestiuum potest esse primum hoc. ℞. aque saluie: aque lauri. aā. ℥. j. ß. aque violarū. ℥. j. pme enim due aque sunt digestiua capitalia calida: lz de saluia non inueniam mirabilia que dicuntur a doctoribus modernis. Auic. enim de ea 2° canone non facit aliquod capitulum: lz scribat duo capitula de saliua oris. Sed de ea legi potest a Dyascoridie & a Serapiōe in cap. de elilisfago. ¶ Secundū vo digestiuum & fortius illo est hoc. ℞. aque rorismarini: aque maiorane. aā. ℥. ij. aque violarum. ℥. j. & erit ualde melius primo. ¶ Tertium digestiuum & adhuc melius illo est hoc. ℞. syrupi de calamento. ℥. j. mellis rosati cocti. ℥. ß. aque hysopi. ℥. ij. aque memithe. ℥. j. misce ¶ Quartum digestiuum iterum elegantius est hoc. ℞. syrupi de sticados. ℥. j. aque endiuie. ℥. j. ß. aque betonice. ℥. ij. misce. ¶ Quintum digestiuum sublimius omni alio poterit eē hoc. ℞. syrupi de calamento. syrupi de hysopo. aā. ℥. vj. aque scariole. ℥. j. ß. aque ruthe. ℥. ij. misce. ¶ Etiam digerere possunt materias electuaria quedam: uelut est metridatum: cuius. ℨ. j. in potu data cum. ℥. j. aque betonice per tres horas post cenam magnum affert iuuamentum. ¶ Secundum vo remedium est electuarium dyambra descriptum ab Auicenna quinto canone. summa prima. uel a Mesue in antidotario distinctione prima: quod exhibeatur ut precedēs. ¶ Tertiū vo iterū remediū nō min⁹ elegans alijs est electuariū dyamusci dul. descriptum ubi supra: & eodem modo in potu datum. Hec enim electuaria etiam si darentur mane in aurora sublimius iuuamentum afferunt ut quotidiana experientia comprehendere potui.

Sextam intentionem complet instrumentum sextū sic. Cum hec omnia diligenter administrata fuerit & apparuerit remissio egritudinis & accidentium eius: & urina substantie mediocritati fuerit vicina. In cuius fundo apparuerit sedimen album continuum & equale in substantia satis: tunc oportet subsequi intentionem sextam euacuando. ¶ Primum remedium. ℞. electuarij indi. ℨ. ij. agarici electi. ℈. j. boni ponderis. çinçi. ℈. ß. aque decoctionis ameos anisi uel feniculi. ℥. iij. totum calidum detur in potu. ¶ Secundum remedium eradicatiuum & melius est hoc ℞. ieralogodion. ℨ. ß. & detur in potu cum. ℥. ij. aque betonice. est enim solutiuum equale satis de melioribus & securioribus que fuerint usitata ab antiquis. Si autem uolueris solutiuum equale in potentia. tunc detur in potu. ℨ. j. iere Sal. cum aqua ruthe uel lauri calefactis. ¶ Hec omnia electuaria cum magno suo iuuamento etiam sunt abominabilia pter ipsorum amaritudinem. Ideo modus euacuandi cum abominatione leuiore est cum pillulis: quarū descriptio est hec. ℞. pillularū de iera simplici Sal. ℈. iiij. & exhibeantur in aurora cum iam cibus a stomacho descenderit. ¶ Alie pillule fortiores istis sunt hec. ℞. pillularum de sarcocolla. pillularum de agarico. ana. ℨ. ß. fiant. vij. ¶ Iterum & tertio pillule fortiores istis sunt hec. ℞. pillularum cochiarum, ℨ. ß. pillularum de sarcocolla inuentarum in caplo de ea. ℈. j. formētur pillule. vj. cum electuario ros. si intentio est ad choleram aliquātam: aut cum electuario indo si intētio uerteretur ad flegma magis. ¶ Et si fiat intentio ad materiam pariter ad hu. participantem. tunc ℞. pillularum cochiarum. ℈. j. pillularū aurearū. ℨ. ß. forment pillule. vj. uel. vij. & exhibeātur hora predicta & dormiatur per horam cum dimidia post eas & nō amplius: & tardetur cibus quinque horis: tunc ergo accipiatur cyathus vnus aque çuccarate calide post quam per horam accipiat prandium: neqz super his euacuantibus fiat exercitium aliquod.

Septimā intentionē cōplet instrm septimū quod cōplet intentionē consumēdi residuū materierū: igit religas pnt pma instra cōsumere: & de equalibus

melioribus est ut iste vir per. xv. dies accipiat xilobalsami cōditi coclear. j. et tardet comedere per quatuor horas. ¶ Secūdum remedium est: ut comedat mirabolanum vnū chebulū cōditum faciēdo post ipsum: ut dictum est. ¶ Tertium vo et fortius illo est: ut masticet et deglutiat radicem vnam elegantis çinçibe. conditi. ¶ Quartuz vo et nobilius predictis est hoc. ℞. specieruz dyambre et dyamusci dul. añ. ʒ. ß. specierū electuarij de ligno aloes. ʒ. ij. çuccari al. ℥. iiij. coquatur çuccarum cū aqua maiorane et cum speciebus illis: fiat electuarium de quo huic nobili viro per duas horas cum uadit ad lectū accipiat q̄titatem medie nucis musca. in aurora vo de ipso accipiat q̄titatē vnius nucis mus. deglutiēdo ipm omni mane per. xv. dies. et abinde omni quarta die in aurora a pn̄cipio mēsis octobris usqz ad finem mēsis februarij: et in hoc stat fundamentum sanitatis eius.

Octaua intentio sequitur que est confortandi caput huius viri: licet plurima: imo fere omnia que in precedenti cap. sunt posita sint ad huius intentionez conuenientissima. ¶ Tria tamen placuit mihi instrumenta cōscribere que cōplexionis et substantie cerebri uehementer sunt rectificatiua. ¶ Quorū p̄mū est hoc. ℞. pulueris floꝝ rorismarini. ʒ. iij. folij ligni aloes: çinç. añ. ʒ. ß. gariofiloꝝ. ℈. ß radicum liquiritie munde. ʒ. j. ß. çuccari al. ℥. iiij. et cuz aqua rorismarini fiat cōfectio in rotulis. ij. ʒ. de quib9 semp comedat. j. in fine cibationis oīs. ¶ Scōm remediū est hoc. ℞. asari: pulegij: origani: sticados. añ. ʒ. ß. folij ligni aloes añ. ℈. ij. macis. ʒ. j. ß. violarum speciēꝝ nenufaris. añ. ʒ. ß. corallorum al. ℈. ij. puluerizēt oīa per se. deinde cōmisceant adinuicē et de hoc puluere omni sero cum uadit ad lectum: saltē omni septimana per totā hyemē pulueriçet pars anterior capitis secundū icessuz cōmissure sagittalis per tres uel quatuor digitos longitudnis usqz ad summitatem capitis. ¶ Tertiuz remedium ad hanc intentionem est hoc. ℞. maiorane folij floruz rorismarini: assari. ana. ʒ. j. fiat omnium per se puluis et ligetur in syndone de grana: et odoretur sepe.

Nona intentio sequitur que est rectificatio mēbroruz mandantiū: et qr in hoc viro membra mādātia ut certissime video sunt tria. videlz: renes: epar: et stomachus Jō pro rectificatiōe renū fiat recursus ad ea que scribent᷑ in cap. 3° subsequēti ubi erit ſmo de dispositiōib9 renū. ¶ Scōz vo mēbrū mādās est stomachus ei9 pro cui9 rectificatiōe legeea que scribunt᷑ iferi9 cap. 2° ad istud. ¶ Tertiū vo membruz mandans est epar: quod sui caliditate euaporando uel transmitēdo cholerā notabilr᷑ alterat cerebꝝ ei9. ¶ Pro cui9 rectificatiōe plurima tāgent᷑ in regimine per res nō nāles: ēt supra posita fuerūt duo istra nobilissima. vz. xiloaloes cōditū: et mirabolani kebuli. Ego tñ scio q̄ cū pcipit᷑ caliditas in epate cū multa euaparatiōe cholerica ab eo facta: tūc sanū remediuz est comedere ante cibū sex uel octo auellanas torrefactas cū nō apparuerit lapsus ad calidū ualde intēsus. Et si apparuerit ille: tūc secretū magnū est comedēa. x. usqz ad. xx. grana ribes: aut loco illorum grana granatorum. xx. acrium cōminutis et masticatis diligenter eorum arillis et deglutitis.

Decima intētio seq᷑ que est correctio accītiuz. sunt aūt accītia que ꝯsueuerūt hūc viruz molestare p̄ncipalr᷑ quatuor ab eadē radice eueniētia. ¶ Et p̄m gdē hoꝝ est obturatio et ꝯstrictio riçe uel ptiū nasi radicaliū ¶ Scōm vo est mācꝫ rheumatismus ad ptes colli faucum amigdolaꝝ et palati. ¶ 3m vo accñs est catarrus ad pect9 defluēs. ¶ Quartū vo est disnia uel orthomia: que oīa q̄tuor accītia ab eadē radicali causa sunt ꝓueniētia: u alet a mā flegmatica in ptibus cerebri. ut in p̄mo cap. diffuse et aperte demōstratū est. ¶ Cū ergo mā defluxerit ad riçā oppilādo eā tūc premissis minoratiuis euacuationibus et diuersiuis ubi materia fuerit multa statiz applicet᷑ nigella torrefacta in syndone ligata que sepissime odoret᷑: aut loco illius applicetur puluis maiorane et sepe modicum supraspersus et siccatus aut tertio loco illius applicetur puluis ligni aloes: folij assari cum granis feniculi torrefactis: aut cū aqua calida sublimationis maiorane per nares trahiciat᷑ leuiter. ¶ Pro accidēte vo secūdo appet q̄ huic viro administret᷑ gargarisma tepidū remisse ſm hūc modū. ℞. aque ordei. ʒ. iij. rob nucū. ʒ. j. misce: et fiat ex eo gargarismus. Et leuius illo est ut gargarismus fiat cū aqua ordei et electuario de moris. Collo vo et ptibus gule euaporatio fiat cū aqua decoctionis camomille et tertia parte rosarū pānis lenib9 uel spōgijs ibibitis in eis et circūplicatis. ¶ Pro tertio vo accidēte intēdat᷑ mūdificationi pectoris cuz excreantib9 lenib9: uelut est in ore tenere loch istud. ℞. loch dyapenidion: loch de papauere. añ. ʒ. ß. incorporent᷑ simul et teneat᷑ in ore quasi semp uelut loch. ¶ Secundum remediū est: ut mane et sero huic viro detur hic potus. ℞. penidiarū. ʒ. ß. loch de pino. ʒ. ij. aque ordei. ʒ. ij. ß. totum hoc in potu tepidū exbibeat᷑. ¶ Pro remotione ultimi accidētis quod suspectius est ꝓuidendum est et cōtemplāduz subtilius. Omne enim nocumētum anhelitus leuiter perducere posset hunc virum ad empima: aut ad apostema partiz pectoris: et finaliter ad ptisim. Est enim disnia nocumentum in anhelitu contingens in inspiratione et respiratione simul. Orthomia vo est tante malitie nocumentum q̄ co git hoīez rectum stare: si debet anhelitus opera complere. et quodlibet horum prouenit utplurimum a mala complexione materiali a multo flegmate mucillaginoso et vitreo replentibus canulas pulmonis. Unde ualet aeris quantitas necessaria conuenienter non attrahitur. neqz fumositates et uapores in pectore congregati conuenienter expelluntur: propter quod crescit caliditas in corde et in toto pectore: que est causa putrefactionis materierum in eo: et tractus ipsarum ad apostemandum. ¶ Quare cum iste vir percepit nocumentum in anhelitu: dolorem in pectore et in partibus posterioribus spatularum perseuerantem tussim: et multitudinem sputi. aut saltem incitationem ad illud: tunc statim accipiat hoc minoratiuuz: ℞. medulle cassie fistule: et mucillaginis sebesten: quorū utrūqz sit preparatum cum aqua ordei. añ. ʒ. ß. reubarbari electi ʒ. ß. agarici tertiam partem. ℈. spice nardi. g. v. çinçi. g. ij. misce totum: et bibatur cum medio cyatho aque ordei calide et bene çuccarate: et post illud tardetur cibus per horas sex aut quinque. ¶ Secundum vo principale remediuz est hoc. ℞. ficuum pinguium numero. x. violarum: liquiritie rase: capil. ue. anisi: et se. feniculi. añ. M. ß. grana sebesten numero. v. hysopi. M. j. passularum nigrarum. ʒ. vj. bulliant omnia in lib. x. aque usqz ad consumptionem medietatis: de qua in potu detur apud somnum cyathus vnus. et in aurora cyathus secundus. et ante cenam per horam cum dimidia tantundem et si de ea biberit aliquid pluries in die bonum esset ei. Digerit enim materias dilatando pectus: prouocando sputum: et diuertendo materiam ad inferiora. ¶ Tertium remediū est hoc. ℞. loch de papauere. ʒ. ß. loch de pino. ʒ. j. incorporētur simul in mortario: et de isto patiens quasi semper in ore suo tenens premittit ipsum lubricando descendere ad inferiora ¶ Quartum vo speciale remediuz est hoc. ℞. olei de sisamo et amigdalarum dulcium. añ. ʒ. j. croci. ℈. j. viol. enul. farfareireos: feniculi: anisi. añ. ℈. j. cere albe quantum sufficit. fiat vnguentuz molle: quo quater in die inungatur pectus: ut in aurora parum ante prandium: et hora vigesima: et hora introitus in lectum preponendo magnum frustum lane pectinate uel coti uel stupe mollissime diligenter ligando cum binda: ¶ Quintum vo remedium est hoc. ℞. dyapenidionis. descriptione Nicolai rotulam vnam: et de ea semper teneat in ore suo alternatim permutādo: sicut de superiori loco dictum est. ¶ Ultimū vo remediū quātū ad hoc memoret᷑ in cibariis eius semp accipe aliquid croci: et de enula cocta comedere: aut de brodio eius bibere: et per hec instrumēta si bñ ppendis pōt simul cōpleri cura oīuz specierū disnie et materierum que catarriçando descēderūt ad pectus euacuādo per sputū faciliter. Et ex oīb9 istis appet cura cōueniēs et cōpleta nocumētoꝝ capitis et pectoris huius nobilis viri.

De cóplexióe frigida et humida stomachi. Cap. II.



Iam vero videtur instare tempus declarandi secundam dispónem huius ingeniosissimi viri. Est aút ipsa mala cóplexio frigida et húida stomachi per quam debilitata est digestiua cois in eo. s. ipsorum ciborum et potuum: et nó solú ipsa: sed etiam ppria eius digestio que est nutrimenti in ppriá substantiá sui cóuersio: ppter que multiplicantur in eo superfluitates cois digestióis: que sunt flegmata per indigónem genita: et aquose superfluitates: et ex mala conuersione sanguinis in ppriá substátiá stomachi nascuntur oppilationes in tunicis eius: dolores extensiui: et qñqz pungitiui et mordicatiui ex corruptióe pdictarum máerú aduenientes. Et credo quod ista mala stomachi dispó fuit pmaria cá egritudinum eius in alterando et nocédo capiti et pectori: de quibus dictú est in cap precedéti. que etiá stóchi dispó nulla est cá effectiua et cóseruatiua oium nocumétorum hui viri. Cú ergo iste vir percipiat in stomacho suo frigiditaté lenitiue pondus tensioné in eo multi saliualis aquositatis aut mucillagiose. et pulsus in eo inueniatur paruus: tardus: et rarus: et urina in substantia et colore aquositati vicina: tunc statim deduci potest stomachi lapsum esse a flatica húiditate prouenienté. Si aút ab hoc viro percipitur sitis amaritudo: aut siccitas in ore caliditas et inflámatio in stomacho: lingue siccitas punctio et mordicatio in regióe stomachi. pulsus uelocitas: aut frequétia urine tinctura a citrangulari usqz ad igneam: tunc concedendum est stomachi lapsum esse calidum.

Ormitio in viro isto non debet esse breuis: imo lōgioꝛ q̄ ɔsueuerit anteq̄ egrotaret p̄dictis dispositionib⁹: eo q2 per talē vigorabit' digō taꝫ cibi q̄ humoꝝ in stomacho ꝛ in capite ꝓpter meliorē applicationē digerētis ad digestibile que fit in somno: qm̄ ipe est causa redit⁹ ꝛ ɔgregatiōis spirituuꝫ ad interius. Mēsura igit' dormiendi nō sit in eo minoꝛ q̄ septem horaꝝ: ꝛ esset ei melius declinare ad octo horas q̄ ad sex.

Si aūt ɔtigeret q̄ in eo accideret vigilia ꝓpter lationem mãeruꝫ ꝛ uapoꝝ calidoꝝ ut supra visuꝫ est: tunc ꝓuideat' eidē cū altero istoꝝ triū remedioꝝ. ¶ Primū q̄ in cibis eius s'qnqꝫ coquātur grana papaueris albi: ꝛ sil' cū cibo comedant'. ¶ 2ᵐ vō est: q̄ qnqꝫ comedat lactucas elixas cū alijs cibis. ¶ 3ᵐ est q̄ añ cenā p vnaꝫ horā faciat ablutionē pedū ꝛ cruriū usqꝫ ad iguia ꝛ manuū ꝛ brachioꝝ ꝛ faciei cū calida aqua hui⁹ decoctionis. ℞. floꝝ salicis uel floruꝫ viol. rosarū nenufaris ꝛ folioꝝ lactuce ꝛ solatri. añ. M. ij. assari. M. j. camomille. M. ij. coquant' oia in situla vna aque usqꝫ ad consumptionem tertie partis.

Si autē in eo qnqꝫ supfluerit somnus: tunc prouideatur ei triplici remedio. ¶ Primum q̄ fiant sibi fricationes a spatulis usqꝫ ad nates: ꝛ pedes ꝛ brachia usqꝫ ad manus cū pannis calidis cuteꝫ rubificantib⁹ ad inferiora trahendo. ¶ Secundū est. ut abluatur caput eius cum lixiuio satis acuto: ꝛ cuꝫ sapone albo. ꝛ diligenter exiccetur. ¶ Tertiuꝫ remediuꝫ est: ut accipiat in mane. ʒ. j. tyriace antique cū. ʒ. j. aque rorismarini calefacte: ꝛ tardet cib⁹ horis qnqꝫ dormiat itaqꝫ elapsa hora cū dimidia post cibū capite notabil'r eleuato sup dextro latere p̄ma dormitiōe: deide reuoluat se ad sinistraꝫ partē dormitione scōa.

¶ De motu ꝛ quiete.

Jsi esset tremulus mot⁹ hui⁹ viri videret' q̄ exercitiū paulo forti⁹ mediocri huic viro ɔueniens eēt argumēto sumpto a nocumento capitis stomachi epatis renū ꝛ alioꝝ oiuꝫ accñtiū ꝛ a mālicā ipoꝝ: eo q̄ per exercitiū tale q̄lis esset mot⁹ ꝓgressiu⁹: ꝛ eqtatio sup gradario equo esset sibi ɔueniēs: qm̄ per talia exercitia ɔsumeret: aut saltē minoraret mā illoꝝ accñtiū: ꝛ diuerteret ad vias expulsiōis uelut ad poros ad viā urine uel uētris aut sputa ꝛ siliū. Uerū q2 pp motū uel exercitiuꝫ mãe ponuntur in fluxu: ꝛ mote coiter fluunt uel

expellunt ad debilia mēbra. ¶ Ideo dubitandū est: ne propter motū uel exercitiū mãe per modū fluxus uel euaporationis tremorē cordis adaugeāt: qđ qdez facile pōt experiri hic adolescēs in seipso. eo q2 post exercitiū forte augmentat ille tremor cordis: ⁊ fit lesiuus magis. Ita ꝙ diligēter attendat ꝙ ab oi exercitio forti oino abstineat: ⁊ ꝓprie ab equitādo equuz incōueniētis incessus: ⁊ uehemēter agitāti. Item caueat ab omni exercitio ⁊ proprie post comestionem facto sicut enim motus ante comestionem est sanitatis conseruatiuus: ita post comestionem egritudinum inuenit generatiuus. quarto Almāß. scđo caß. In summa igit ꝯueniētius est huic viro ad plurimuz q̄etare ⁊ raro ⁊ parū exercitari.

¶ De inanitione ⁊ repletione.

Quoniā accītia octo ꝑdicta oīa ꝓueniūt ex plenitudine totius corporis ⁊ mēbroꝝ que lesa sunt. Iđ appet repletionē oēm euitādā eē: ⁊ qm̄ mãles replões augent in corpore ꝓpter multā ciboꝝ ⁊ potuū assumptionē: ⁊ iordinatū modū usus eorū. Iđ vir iste a ciboꝝ ⁊ potuū replōne oīno sibi cauē debet. Quātīcūq3 eniz cibi existāt cibales: tñ multitudo eoꝝ dupliciter nocē pōt. aut eniz augēt mãs quātitatiue: uel q2 propter eoꝝ multitudinē calor nãlis per modū fere suffocationis minuit ⁊ augent mãe per viā indigestionis genite.

Igitur in cibis ⁊ potibꝰ sint regule tales obseruande. ¶ Prima ꝙ nunꝙ comedat nisi uerū ⁊ nãlē appetitū euenisse ꝑceperit. ¶ Scđa regula ꝙ ꝙ̄ cito talis appetitus euenerit cibari debet. ¶ Tertia ꝙ in cibatiōe leniora ꝑponant grossioribꝰ: quoꝝ notitia ultimo caß huius articuli haberi poterit. ¶ Quarta regula ꝙ mēsura ciboꝝ ⁊ potuū ꝯueniēs sit per quā ois grauitas tēsio ⁊ fluctuatio a stomacho excludant. ¶ Quīta regula ꝙ nunꝙ accipiat cibū neq3 potū: nisi cū senserit ꝑassumptū cibū a stomacho descēdisse. ¶ Sexta regula ꝙ nunꝙ cibet cū ꝑñtia abominationis fastidij acredinis uel nausee que in stomacho ꝑcipiant. Cū aūt neutrū istoꝝ adfuerit ilico cibari debet.

¶ De passionibus anime.

Passionū aīe ꝯtristātiū ⁊ mētē ⁊ corpus angustiare faciētiū ois applicatio euitari debet: qm̄ spūs aut suffocatꝰ detinet ⁊ coartat in istis: aut ꝑ cōtinuū ⁊ repētinū motum resoluit ⁊ ꝯsumit: aut q2 motu spirituū magno iordinato ad diuersas differētias positionis mãe nūc deitus ad eā. aliqñ v° econtra distrahunt: q̄re sepe ⁊ magna corruptiōe corrūpunt. Silr etiā passiones aie per quas in motu uehemētiori ponunt spūs ⁊ hūorales mãe euitari debēt: uelut ira uehemēs furor ⁊ ꝯsilia accītia: ꝓpter cās allegatas ⁊ maxime: q2 ꝓpter tales uehemēs fit motꝰ in spiritibꝰ ⁊ hūoribꝰ. Uñ augmētat necessario motꝰ tremulus ꝑexis ⁊ fixus. Si eniz iracundia magna in hoie sano nullū hñte cordis motū ꝑter nãlē: talia eniz euenire pñt ut sensus ondit: quāto fortiꝰ talia ꝯtingere pñt in his q tāles si sunt ⁊ egrotātes: q̄re oia euitāda sunt propter uehemētē corporis agitationē quā efficiūt. Ipa eniz extermināt ⁊ mutāt corpus ab ea que est ꝭm nām ꝯsistētia. 3° tegni.


¶ De cibo ⁊ potu.

Conformiter ꝑdictis sermonē faciēdo de regimine huiꝰ viri per administrationē ciboꝝ ⁊ potuum. Appet ꝙ regimē eius per cibos ꝓꝑe cibales dictos ꝯueniēter fieri deberet. Tales eniz cibi iquātū opant ꝑcipuea mã nō augerēt lapsum totius nec ꝑtis alicuius. Uerū q2 raro ⁊ pauci tales iueniunt cibi ⁊ potꝰ: qm̄ nutriētia q̄bus hūanus actꝰ uescit plurimū sūt oꝑantia a q̄litate ⁊ a mā simul. ¶ Iđ de taliū ciboꝝ applicatione dicēdū: ꝙ oēs tales cibi ⁊ potꝰ huic viro sunt ꝯueniētes qui sunt a mā oꝑantes ⁊ hñt q̄litates remissas ut caliditatē frigiditatē humiditatē ⁊ siccitatē: ⁊ ꝙ iter reliquos cōueniētiores erūt ei oēs qui nō trāscēdūt q̄litates primi gradus aut ꝑme māsionis scđi gradus. Et si cibi tales raro iueniant aut pauci: tūc opz alterū ꝯfrāgē cū altero: ut frigiduz cū calido: sicut lactucā cōmisceremus coquēdo ⁊ ifundēdo puluerisādo cū carnibꝰ pulloꝝ colūboꝝ uel similiū: ⁊ cinamomū uel aliud aroma cōmiscere cū acribꝰ uel acetosis cibarijs. ⁊ sic de alijs. In discurrendo aūt facile per spēs ꝑdictoꝝ eligat ab eo panis de uera simula uel polline farine factus parū fermēti recipiēs plus ꝙ̄ cois panis ⁊ parū salis etiā. Et sit bene coctus nō açimus ⁊ adustus: nec factꝰ ex frumēto ex locis malis collecto etate sua duoꝝ dierū uel triū ad plus terminū nō trāscendens. ¶ De carnibus aūt de quadrupedibꝰ vituli lactētis ⁊ capreti iuuenis ⁊ castrati iuuēculi bene pinguis. ⁊ aliqñ iuuenū porcelloꝝ domesticoꝝ carnes: ⁊ ꝓprie ꝑtes eoꝝ nō ualde pigues: quoniā inter alias nutribilissime sunt. 11° terapētice. caß primo. Carnes etiā agnine: ⁊ ꝓprie cū fuerint de aiali bene nutrito nō trāscēdente annū etiā laudabiles sunt ei. Neq3 timeat de humiditate eoꝝ: quoniā ea sunt boni nutrimēti ⁊ uelocis digestionis. ¶ De q̄drupedibus v° syluestribꝰ laudabiles sunt carnes capreoloꝝ: ipsi eniz īter syluestres carnes meliores existunt. ⁊ sanguis ex eis genitus paucas hēt superfluitates. 3° Almā. 32° caß. Caro eniz leporis ꝯuenire pōt ꝓpter augmētū siccitatis que aduersat multiplicationi flegmatis: ⁊ proprie qñ ꝯdit cū cinamomo croco ⁊ silibꝰ: ⁊ ꝯdit etiā ꝯuenienter cū piguedine remouēte ꝑparationē eius ad generationē sāguis melīci. ¶ Caro aūt iuuenis porci syluestris cōueniēs est ei. quoniā augmētuz humiditatis eius refrāgit ab exercitio uehemēti quo uenat cibū suū: qui plurimū est ex glādibus nucibus: ⁊ radicū oleruz caliditate ꝑticipātiū. ¶ Etiā eidē ꝯuenire pñt ceruoꝝ carnes ꝓpter elōgationē earū ab excessus humiditatis: ⁊ ꝓprie cū fuerint aīaliuz iuuenū: quoꝝ carnes facilis digōnis existunt ꝓpter augmentuz humiditatis inuēte in etate pueritie uel patria eorum. ¶ Carnes etiā cuniculoꝝ ⁊ ꝓprie nō nutritoꝝ in carceribus: sed in ruribus degētium eidē ꝯuenire possunt. ¶ De carnibꝰ aūt uolatiliū: ⁊ ꝓprie domesticoꝝ: laudabiles sunt pulli nō multum parui: imo bene adulti ⁊ capones etiaz ⁊ galline ꝓprie. Caro nanq3 gallinaꝝ est oi alia carne melior 24° cōtinentis. caß 97°. Laudabiles etiam sunt uobis carnes colūboꝝ iuuenū cōpletas pennas hñtium. Pulli enim colūboꝝ dant in cibo illius cuius corpus euacuatum est sanguine: aut īfrigidatum ex lōgo morbo. 24° ꝯtinentis ꝑal legato capitulo. ¶ Carnes etiā iuuenum pauonuz utiles sunt cuz bñ digerunt. ¶ Anseruz v° ⁊ anatum usus nō sit uobis nisi ualde raro. Caro enim anatuz hēt superfluitates ⁊ fastidium multuz facit. 3° Almāß. caß. 29°. ¶ Carnibꝰ v° syluestrium aīaliuz uolatilium: ut ꝑdicum fasianoꝝ coturnicis ⁊ francolini. ¶ Similiter ⁊ carnes minutaꝝ auium in dumetis degentium: ut ficedule meruli turdi cardelli ⁊ sibi similium. ¶ Uolatilium v° syluestrium ⁊ proprie quādo nutriuntur in stagnis ⁊ paludibus: non sit uobis usus. ¶ De plantis v° utiles sunt uobis omnes plante calide decoquendo cibaria cum eis ⁊ ꝯdiendo: ⁊ ꝓprie cuz ex eis parū accipitur: ut sunt feniculū petrosel. apiuz mentha saluia rosmarinum serpilluz ⁊ similia: ⁊ ꝓprie quando coquunt cuz frigidis ut refrangant ⁊ refrangant ab eis. uelut sunt spinachia bleta lactuca endiuia cucurbita ⁊ sibi similes. ¶ De granis v° utile est uobis ordeuz ⁊ ꝯdimēta ex eo facta ⁊ riçū cuz multo lacte amigdalaꝝ factuz. ⁊ far etiam silr ꝑparatuz. ⁊ cicerru. ⁊ al. ⁊ pānicuz etiā cuz lacte amigdalarū ꝑparatuz uel aīaliuz. Robilia v° fabe faseoli ⁊ dorelle dimittantur. ¶ De radicibus v° laudant uobis sparagi locuste rampuncioli: ⁊ napi: ⁊ baucie: ⁊ carotte. Rapis etiam uti potestis ⁊ ꝓprie in igne coctis uel cum brodijs pinguibus. Alie autem radices: uelut alleum cepe porrum ⁊ bulbus dimittantur. Raphano etiam non utamini nisi raro. ¶ Lactis v° ⁊ ꝓprie coagulati usus nō est uobis laudabilis ꝓpter caput ⁊ stomachū ꝑncipalr. Cibaria v° cū eo cocta ⁊ ꝑparata non sunt vituperāda. Potestis aūt uti caseo non multum molli nec tenero: sed aliqualiter frangibili.

Butyrũ etiam in nostro usu nõ placet mihi. ¶ Oleũ vo recens oliuarũ in cibarijs oĩbus ↄueniens est nobis: lꝫ per aliquãtuꝫ tps usqꝫ ad duos uel tres annos. In usu vo magis placeret mihi oleũ amigdalaꝝ dulcium. ¶ Aromatum vo usus. ut çinçi. piperis cinamomi gariofi. galãge: ⁊ siliũm multũ calidoꝝ non est ↄueniẽs: sed croci usus in oĩ cibario nobis ↄueniens: ⁊ similiter macis qđ tẽperatum est capitale cordiale ⁊ stomachale. ¶ De sallaticijs vo laudãtur nobis cappares. Itẽ extremitates lupuloꝝ ⁊ cicorea buglossa endiuia scariola cressones fontales ⁊ locuste: ut supra dictũ est. Portulaca vo ⁊ lactuca nõ comedant simplicia nisi cõmixta cũ herbis calidis supra tactis. Lactuca eniꝫ cum hoc ꝙ multa sui frigiditate stupefacit: etiã oppilat ⁊ visui nocet. multus eniꝫ usus eius obtenebrat visuꝫ: ut scđo canone. in proprio capitulo. alij laudãt usuꝫ eius q̃ temperata. Et rutha etiã: q̃ corrumpit sanguinem: ideo dimittenda est. Et similiter portulaca: q̃ est difficilis digestionis. ¶ De succis vo qbus cõdiunt sapores: laudabilis est succus arãcioruꝫ ⁊ limonũ nõ ualde salitoꝝ granatoꝝ ⁊ agresta nõ multi salis: ⁊ acetum mediocris acuitatis. Et vinũ coctum ⁊ ꝓprie cũ apitiuis refrãgentibus ipsuꝫ ab aptitudine oppilatiõis quã hẽt. Succus vo citri nõ est nobis utilis nisi tpe magni estus. ¶ De ↄditis vo placẽt mihi pinee napi ↄditi ⁊ oliue nõ multũ salite: ⁊ citrũ ↄdituꝫ ⁊ cucurbite ⁊ mirabolani kebuli ⁊ xilobalsamũ ↄditũ. çinçibere vo ↄdito non utamini freq̃ter: ⁊ parũ assumẽdũ est de eo. Citonia aũt ↄdita nõ placent mihi: nisi post cibũ ⁊ in pauca quãtitate. carotte aũt ⁊ napi ↄditi ⁊ pira ↄdita post cibum oĩo laudabilia sunt. ¶ De ↄfectionibus vo placẽt mihi pinee ↄfecte amigdale: sed pinearũ usus debet esse ut ĩfundant in aquã calidam ubi stent per vnã diẽ nãleꝫ renouãdo eã bis. ¶ Fistici autẽ ↄditi magni sunt iuuamẽti ad oẽs fere dispões uestras. ¶ Et coriãdrũ post cibũ etiã ↄueniret nobis. ¶ Auellane vo ↄdite ⁊ ꝓprie cũ fuerint depillate ⁊ bene torrefacte mirabilis laudis existũt nobis: eo q̃ ↄueniunt cerebro in tantuꝫ ut augmẽtuꝫ efficiant in eo: ⁊ sunt stomachales ⁊ mirabilis laudis dignificant ad epar. ¶ Cinamomũ etiã cum çuccaro ↄfectũ ⁊ cucurbita ↄfecta ⁊ citrũ: ⁊ ꝓpe cuꝫ çuccaro albo laudabilia sunt nobis. ¶ Cõfectio vo de oleo amigdal. dul. cũ çuccaro ⁊ amilo facta: quã multi italici uocãt marçapan: nõ est nobis laudabilis: eo q̃ remollit ⁊ nauseat stomachũ. lꝫ restauratiõnẽ efficiat corporibꝰ extenuatis. ¶ De ↄfectionibus vo que intẽtioni medicinali subseruiũt magis ꝙ cibali erit ĩferius sermo. ubi cuiuscũqꝫ predictoꝝ accidẽtiuꝫ ꝑticulare regimẽ conscribet. hec de cibis ita sufficiant. ¶ Potus aũt eius existat vinũ albũ uel clarũ colore ceresoleũ noĩatuꝫ: ut nullo mõ nigrũ ualde. substãtia vo sit tenue a fumositatibꝰ limosis ⁊ terreis ꝑtibus denudatum odore suaue ⁊ bñ aromaticũ: sed sapore nõ ualde: sed leniter dulce: aut ad leuẽ põticitatẽ ĩclinatũ. Postea vo satis fumosuꝫ magis ꝙ aquosuꝫ. Et si tale hẽri nõ poterit bibatur purũ: ⁊ nullo mõ aque cõmixtũ. Si aũt inueniret vinũ fumosuꝫ ⁊ ab his ↄditionibus elõgatũ: tũc frãgat cũ aq̃ laudabili cisterne. aut saltẽ cũ aq̃ puteali uel fluuiali ꝑcoctis ⁊ desiccatis. Et si cũ ꝑdicta aqua tpe hyemis coqueret quãtitas duoꝝ granoꝝ frumenti laudabile foret cũ ꝑdictis aq̃s coquere. ℈. ß. de seminibus cicoree in q̃libet fiala. ¶ Mellis vo usus: uel çuccari in decoctionibus aquarũ potabiliũ nõ est mihi dilectus multum. lꝫ çuccarũ in cibarijs laudabile sit: non in multo tñ usu. mel aũt nequaꝙ mihi placet in eis. Hec in summa de sectione secunda sufficiant.

Pars scđa sectionis tertie de cura accidentium superius positoꝝ: que diuidit in octo capitula ꝯm numerum illorum octo accidentium.

¶ De cura sode periodice hunc virum molestantis. Cap. I.



Uoniã igitur ꝑmũ accñs erat Soda ꝑiodica affligens ipm a colꝫa vitellina ꝓueniẽs. Ideo canõ curationis ipsiꝰ sicut ⁊ alioꝝ accñtiuꝫ singl'r est ponendus. ¶ Itaqꝫ cũ acciderit dolor ille cũ uenaꝝ tẽpoꝝ: ⁊ faciei extẽsione: ⁊ plenitudine cũ rubicũditate coloris ad citrinitatẽ inclinati: cũ pulsatione: ⁊ aliquãta pũctione ⁊ caliditate ꝑceptis in capite: ⁊ pulsus magnus ⁊ uelox apparuerit. ⁊ urina grossa in tinctura notabil'r eleuata fuerit: statiꝫ flõmet eiusdẽ cephalica lateris in manu: ⁊ educant sanguinis. ℥. iij. uel q̃tuor: ꝑmissa tñ uẽtris lenitione ↄgrua nãliter aut artificialiter administrata. ¶ Scđm vo remediũ est ut post flobothomiã die imediate seq̃nti uẽter eius soluat cũ hoc medicamine. ℞. cassie nuꝑ de cãna extracte cũ aqua lupuloꝝ. ℥. j. reubarbari: agarici electoꝝ. ʒ. j. spice nardi. çç. añ. g̃. iiij. salis gẽme. g̃. j. accipiat cũ. ℥. ij. aque lupuloꝝ calefacte. ⁊ tardet cibus per horas sex ꝑmittẽdo assumptionẽ brodij pulli macrioris cum çuccaro calefacti post horas q̃tuor. ¶ Tertiũ instrm est: ut mane imediate seq̃nti accipiatur: hoc digestiuũ calidũ: ⁊ tardet cibũ post ipm saltẽ per horas tres. ℞. syrupi de nenufare: syrupi de endiuia añ. ʒ. vj. aque saluie: aque bethonice añ. ℥. j. aque çuscute boni ponderis. ℥. j. misce: ⁊ ↄtinuet ipm diebꝰ decẽ. ¶ Quartũ vo singulare remediũ est ut frõs ⁊ tempora eius in sero ⁊ mane diligẽter liniant hoc linimẽto exptissimo. ℞. terre sigillate ʒ. viij. tucie ꝑparate. ʒ. ij. acatie. ʒ. vj. pul. corticis papaueris ʒ. v. sumac. ℥. j. scamonee: croci añ. ℈. iiij. vitellos ouoꝝ numero. iij. ⁊ aque rosarũ. ℥. j. puluericent hec oĩa per se: ⁊ lõga ↄtritione ĩspissando ipsa cũ puluere amili ad sufficiẽtiã. ¶ Quĩtuꝫ remediũ est singulare: ut in sero qñ uadit ad lectũ puluericet caput eius per icessiuã cõmissure sagittalis usqꝫ ad summitatẽ capitis cũ hoc puluẽ iter capillos piecto ad quãtitatẽ q̃tuor granoꝝ ordei. ℞. pulueris floꝝ camomille. ʒ. j. ß. croci. ℈. ß. ligni al. ℈. ij. corticis mandragore g̃. v. se. plãtaginis: sumac acatie añ. ℈. ij. ⁊ commisceantur. ¶ Sextũ remediũ est. ꝙ semꝑ ante cibationẽ accipiat clistẽ ꝯm hãc formã. ℞. aque decoctionis viol. maluaꝝ sicle lib. j. olei viol. ℥. iij. electuarij de psilio. ℥. j. salis gẽme. ʒ. j. misce ⁊ accipiat semel in die hora maioris alleuiationis. ¶ Septimum remediũ iterum est. ꝙ semper ante cibationẽ oẽm fiat extremitatum fricatio trahendo uersus inferius. Cum enim cibas habentem dolorem capitis frica ei extrema. ꝑma tertij tractatu primo in fine. ¶ Octauum remedium est. ut postꝙ acceperit digestiuum iterum reuertat ad accipiendum solutiuum supradictum minorando uel subduplãdo cassiam cũ alijs ↄditionibus ibidem tactis.

¶ De cura ablationis odoratus. Cap. II.

In cura aũt scđi accñtis. s. ablationis olfatus cõtẽplandũ est. Si eniꝫ nocumẽtũ hoc ꝓuenerit a debilitate ṽtutis aĩalis in cerebro que ↄcta fuerit a ꝑncipijs gñationis uel post illa. ⁊ fuerit hoc nocumẽtũ fixũ ↄiunctũ paucitati spirituũ aĩalium: aut indispõni eoꝝ. ꝓpter cruditateꝫ ⁊ grossitudinẽ eoꝝ. Et adhuc etiã ꝙ hec duo ↄiuncta fuerit cũ nocumẽto ꝑtis organice seruiẽtis ad oꝑationẽ que est cerebrũ: ⁊ carũcule mamillares. patet si hec nocumẽta ↄfirmata fuerĩt: nõ recipiẽt curationẽ: ⁊ si recipe possent illud fieri nõ posset nisi cũ magna difficultate ⁊ ꝓlixitate tpis. Quõ eni pñt saluari oꝑationũ integritates ⁊ reduci: qñ simul nocumẽtũ ↄcernit virtutẽ organa ⁊ instrã. Et si forte ꝙ hoc est qđ a sapientibus scribit ꝙ odoratus ablatio ↄfirmata nõ recipit curã. ↄfirmatio aũt nulla põt esse fortior ꝙ ex parte nocumẽti virtutis ĩstrumenti ⁊ organi ꝓuenientis cum tpis ꝓlixitate.

Propter quod intentio in cura talis ablationis olfatus esse debet primo ad vigorandum virtutem. Scđo ad restaurandum spiritus: ⁊ cerebruꝫ qđ est organicum principium huius operationis. ¶ Et primum qdem cõplet cum cibis uelocis digestionis: ⁊ boni nutrimenti appropriatis capiti: uelut sunt aqua carnis: vitelli ouoꝝ: cerebella ⁊ testiculi galloꝝ: ⁊ vinum album subtile mediocris fumositatis: ⁊ carnes pulloꝝ columboruꝫ: ⁊

carnes pullorum: et caro pdicū: et fasianorum: et lactentis vituli: et oua sorbilia: et pre cū vino albo subtili cocta et squassata. Cibaria oia cocta cū andacocha: saluia: maiorana: bethonica et rore marino: et cerebrū leporis: qd hēt in hoc pprietatē: et auelane comeste: que in cerebro augmētū faciūt: et oia silia istis. ¶ Ea vo que uētriculos cerebri: et poros carūcularū mamillarum et uenas: et arterias earum expurgatas detinēt: sunt pdicta oia. ¶ Et de medicinalibus magis sunt ambra: rosmarinus: cinamomū: gariof. lignū al. et nigella: que diu odorata oēs oppilationes cerebri apiunt: et rutha etiā: et pre sicca: et camedreos: et camepitheos: calamētū: et origanū: et sternutatio facta cū ispiratione ligni aloes: pipis al. et stafisagrie. ¶ De numero pdictorum est gargarisma factū cū hac decoctione apiente oppilationes cerebri oēs. ℞. radicū scordeon castorei serapini anā. ʒ. ß. costi dul. stafisagrie: ligni al. piretri origani. anā. ℈. ij. corticis agarici. ʒ. ij. ligritie: anisi: peucedani: collequintide. anā. ℈. ij. salis indi. gra. j. coquant oia mediocriter ꝯtusa in lib. ij. aque usqz ad ꝯsumptionē tertie ptis. deinde colent: et fortiter exprimantur. Cū ergo hac colatura calefacta fiat omni mane in medijs tertijs gargarisma quatuor vicibus: et iterū ante cenā per horā vnā continuādo ipsum per integrā septimanam. ¶ Descriptio odoramēti bona ad illud est. ℞. nigelle torrefacte: prius tñ in aceto infuse. ʒ. j. castorei: nucis muscate. anā. ʒ. j. ß. been al. et ru. galange: piperis al. origani calamēti. anā. ℈. ij. costi serapini: ruthe: se. basiliconis. anā. ʒ. j. puluerizentur oia per se: et ligent in sindone retorta: et sepe odorent. Et cōferunt hec oia nocumēto odoratus a mala cōplexione frigida māli cum oppilationibus: uel sine eis eueniente.

Si aūt in odoratu ꝯtingeret nocumētū ex pte nariū per quas fit attractio et delatio spērum odorabiliū: uel aeris hñtis in potētia spēm odorabilē. tūc necesse est: q aut in predictis ptibus sit oppilatio: aut apostema: aut caro addita: aut crusta: aut ulcus: aut excoriatio. Si aūt in odoratu nocumētū ꝯtingat pter oppilationē: tunc aut erit hec oppilatio a natura ꝯcta: aut aduētitia. Si autē esset pmo modo inuēta sicut ꝯtingit in multis melancholicis: aut multū frigidis corporibus: tūc ipsius curatio perfici pōt in his que pauloante dicta sunt apientia oppilationes cerebri. ¶ Et iterū fieri pōt huic oppilationis cā: aut a frigiditate pura: uel simul cū mā pueniētis: tūc curatio fieri debet cū istis qnque instris: quorum pmū est descriptio huius syrupi. ℞. pulegij cardamomi ma. et mi. granorum paradisi: bethonice: ysopi: sticados: gumi arabici. anā. ℳ. j. florū nenufaris et violarū. anā. ℳ. ß. maiorane: florum rorismarini: acori: peucedani: calami aromatici. anā. ℳ. j. ß. se. peonie excorticatorum: ligni aloes. anā. ʒ. vj. galāge cinamomi: nucis muscate. anā. ℈. ij. ambre musci. anā. ğ. ij. hec oia bulliant in lib. x. aque in qbus steterint infusa per dies duos: et coquant usqz ad medietatē: deinde cū uehemēti exprssione colent: huic itaqz colature addant aceti squilitici. ʒ. iiij. mellis dispumāti: et çuccari al. anā. lib. ß. insimul lento igne coquant usqz ad ꝯuenientē inspissationē aromatiçādo eadē cū musci et ambre anā. ğ. j. de hoc itaqz syrupo decē diebus ꝯtinuis in aurora exhibeant. ʒ. ij. cum aque rorismarini et saluie. anā. ʒ. j. ß. calefactis: et tardet post ipsū cibus saltem horis quatuor. ¶ Scōm remediū est: q vndecimo sequēti die mane soluat uēter cū hoc cōposito. ℞. pillularum cochiarū. ℈. j. pil. stomaticharū alkidi. ℈. ij. ß. reforment pillule. viij. cum aqua maiorane: uel rorismarini: et sunt ualde solēnes: qr pillule stomatiche alkindi cum sua euacuatione sensus oēs et eorum organa confortant. ¶ Tertiū remediū singulare cui nullū inueni par in apiendo oppilationes cerebri anterioris: et colatorij eius est hoc. ℞. nigelle tribus diebus in aceto acutissimo infuse et exiccate. ʒ. ij. agarici electi: ligni al. castorei oppoponacis. anā. ℈. iiij. laudani purissimi. ʒ. ij. puluerizent oia: et ifundant in. ʒ. iij. suc. maiorane. aut saltē a que sublimationis eius. ita q sub radijs solis: uel ad ignē exiccent. Ex hac igit massa accipiat. ʒ. j. et misceat cum. ʒ. iij. aque sublimationis maiorane: et ore pri us impleto aqua traijciat leuiter per nares. hec mixtio ter uel quater per singulā noctē cum vicissitudine et interpolatiōe aliquāta facta. videbis enim mirabile de ipso. ¶ Quartū instrm est: ut sero et mane aliqn nares liniant cū hoc linimēto. ℞. olei philosophorum. ʒ. ß. ambre. ğ. ij. ꝯterant simul et cū pēna liniant nares de hoc tepido. ¶ Quintū cōpositū: qd ꝯtinuatū nō est minoris efficacie est hoc. ℞. radicis brionie ligni al. granorum paradisi anā. ʒ. j. maiorane: gariof. anā. ʒ. ij. castorei sicciori. ℈. j. musci ambre anā. ğ. j. ß. puluerizent oia per se et misceant. Et de hoc cōposito inter capillos a fine capillorum usqz ad summitatē capitis ꝯspergatur quātitas quatuor granorum ordei per icessum sagittalis commissure per qtuor digitos oi sero qn uadit ad lectū cū pectine deponēdo pmū pulverem qn vult ponere secundum.

¶ Et nota q per hec instra iā pauloante tacta facile curari pōt ois cerebri oppilatio tā a tpe q a nā ꝯcta. Un ex istis istris apparet sufficiēter euacuari posse nocumētū olfatus pueniēs a debilitate virtutis cerebri. 2° ex defectu spiritus aialis qui esse debet eius instrm. 3° ex defectu lacerti ad attrahēdum aerē ordinati. et fuerūt tres de causis nocumenti olfatus posite supra sectione scda capitulo scdo in fine.

Cū aūt ꝯtigerit q nocumētū i odoratu accidat pter apa in cōcauo viarum exps tūc necesse est q illud apa sit pfundū et ppericā magis sensum visus effugiēs: aut sit inferius in via manifestiori: et sensu visus discernibile: et quōcūqz ꝯtingat illud apa: erit illud qd coiter morum noiant: aut polipū aut cancrū uel emorroides nasi. ¶ Si aūt hoc apa existat polipus: uel emorroides et extrisecus apparēs: tunc cura eorum facilior est pter multa. ¶ Prima qr materia taliū apostematū: ut in pluribus est sanguis aquositati flegmatice cōmixtus. lz qnqz fiat ex flegmate salso sanguini commixto: tales aūt materie sunt obediētes ad curam magis q melācholice uel acute. ¶ Itē qr hec apostemata non sunt ita pfunditus mēbro immersa: ut 3° tegni. quare facilius et cōuenientius possunt eisdem applicari localia remedia. ¶ Tertio iterum qr operatio manualis ad caput: ea conuenientius peruenire pōt. ¶ Quarto adhuc qr talia apostemata sunt elōgata magis a supioribus partibus ricē uenarū et arteriarū: circa quas cū localibus: et cum opatione manuali pcedi non pōt sine magno labore et timore.

Itaqz cū talia apata medico occurrerēt cū repletione corporis totius notabili. flōmetur basilica lateris oppositi nari patienti: aut saltem uena nigra: uel media si fuerit repletio maior. si autem nō tanta fuerit repletio sufficit flobothomare cephalicam aduersi lateris extrahendo sanguinis. ʒ. iiij. uel. v. bm ꝯiecturā viri in scientia et opere periti. ¶ Facta vo flobothomia sequenti die digerat materiam cum hoc cōposito. ℞. oxiçachare syrupi nenufarini anā. ʒ. vj. aque acetose: et feniculi anā. ʒ. j. ß. misce et exhibeatur in aurora: ut de alijs dictum est. ¶ Sumpto autem syrupo octo uel decem diebus euacuetur cū hoc medicamine. ℞. succi ros. ʒ. j. cassie cum aqua violarum nuper extracte. ʒ. j. ß. totum hoc cum. ʒ. ij. aque ordei parum calide sumatur. et fiat post ipsum obseruatio eorum que de alijs euacuantibus scripta sunt.

Postquā aūt euacuatus fuerit: tunc pcedatur ad curam cum tribus localibus que per me utilia repta fuerunt pre alijs. ¶ Quorum pmum est linimētum hoc: de quo totus nasus exterius et ptes adiacētes et ptes intermedie frontis per quas extēditur uena recta in eo inter medium utriusqz supcilij: cuius descriptio est. ℞. succi uermicularis: suc. plantaginis: et burse pastoris anā. ʒ. j. albumina duorum ouorum. camphore subtilissime trite. ℈. iiij. tucie preparate: acatie: sumac. anā. ʒ. j. corallorum combustorum: karabe. anā. ℈. ij. amili. ʒ. j. ß. terantur omnia simul ultimata contritione in mortario plumbeo cum suo

pistello: ꝛ ter uel quater in die renouetur eius applicatio. ❡ 2m instrm est ut sepe saltē in die quater per nares trahiciat̃ succus folioꝝ virge pastoris: ꝛ est cardus maioꝛ uocatus a qbusdā semp sitiēs. Et si timeres audacē infrigidationē eius: tūc eidē cōmisceat̃ tertia uel quarta ps saluie uel bethonice. ❡ 3m cōpositū est hoꝝ apatū ꝯueniēter exiccatiuum: cū quo magnū decus in pluribꝰ acqsiui. ℞. tucie ppa rate: ꝛ pꝛopꝛie cū urina īfantis annoꝝ duoꝝ: ceruse. aā. ʒ. ij. ß. plūbi usti. ʒ. iij. litargiri spumificati. ʒ. j. caphore. ʒ. j. ß. suc. sempuiue. ℥. v. terant̃ hec oīa saltē tribꝰ diebꝰ lōgo tēpore in mortario plūbeo cum suo pistello: ꝛ exponant̃ soli: cumque exiccata fuerint: bis uel ter renouet̃ succus: ex quo medicamine ter uel quater in die liniant̃ apata predicta: ꝛ hoc medicamen est tāte nobilitatis: ꝙ cum eo multitudinē hoīum habētiū cancrū: ꝛ polipū ulcerata blandiēdo pduxi usqꝫ ad finē vite corruptiones frequēter serpētes pꝛohibēdo ꝛ remittēdo. Et tu ꝯsidera virtutē simpliciū ex sententijs illustrium virorum acceptam ꝛ videbis ueritatem.

Quarto iterū pdictis supaddēdum est: ꝙ si pdicta apostemata mollia fuerint: ꝛ nō obedirent curationi per predicta instrumēta: sapientes scripserūt curā opatione manuali tripliciter fieri debere. ❡ Et primus qdē modus est cū acutis forficibus supadditā illam carnositatē a naribus icidēdo. deide post eius incisionē residuū ꝯsumēdo cū vnguēto viridi qđ sic cōponit̃. ℞. mellis. ʒ. ij. aceti. ʒ. j. ß. sarcocole: armoniaci aā. ʒ. j. bulliant oīa lento igne sup carbonibus ignitis absqꝫ flāma usqꝫ ad ꝯuenientis glutinositatis acqsitionem. Et de hoc liniat̃ tenta: ꝛ ponat̃ in naso ꝛ est efficax linimētum fm descriptionē Rasis quarto Almanß. septimo caplo. ❡ Scđs vo modus operationis manualis est: ut predictis iā nō ualētibus cauterizētur apostemata illa cū cauterio ignito plane figure per canulā ereā circūferētialiter madefactā aqua roß. imisso usqꝫ ad ꝯsumptionē illoꝝ apatū: ꝛ pluries reiterato: deide locus iungat̃ cū recēti butyro usqꝫ ad casū escare. postea curet̃ cū equali pmixtione vnguēti basilico. ꝛ de cerusa: uel cū vnguēto suprascripto aū opationē manuū. ❡ Tertiꝰ modus deponēdi pdicta apata est per viā sectionis: ꝛ modus est talis ut accipiat̃ seta de cauda eqna. cuius vna extremitas in naso pforamē eius in os trahat̃: ꝛ extra dentes: alia eius extremitas extra nasū sit tēdens. Tale ergo filū sursū ꝛ deorsū ꝯrias extremitates trahēdo latera pdicti apatis amplectat̃: ꝛ ista ꝯtinuet̃ opatio usquequo per filū apostema radicitus cōplete secet̃. Cum ergo sectū fuerit restringat̃ sanguis cum hoc puluere. ℞. mire sarcocole. boliar. sandra. aā. ʒ. j. tucie preparate. ʒ. j. ß. puluerizentur super loco: uel inuoluat̃ in ipsum tenta cum albumine oui: ꝛ imponatur. Cū ergo restrictus fuerit sanguis curetur cum vnguēto ante manuales operationes iam descripto.

At uero iterū si pdictis locis sclíroticū fuerit apa: uel sephiroticū ut iā trāsiuerit mēsurā sex mensiū nunꝗ vidi illius pfectā opationē. sed melius est blādiēdo cū ipso pcedere. Et de melioribꝰ instris ad illud cū rectificatione regiminis ꝛ digestiuis: ꝛ euacuatiuis meliꝰ est ut sepe fiat oris collutio cū oleo amigdal. dul. simplici: uel cōposito cū aqua viol. uel nenufar aā. de quo etiam sepe per nasū iteriꝰ trahiciat̃ usqꝫ ad ricā: ita ut ēt per os descēdat.

Cum aūt ꝯtigerit in predictis locis cācrosū apa: tūc si ue fuerit ulceratū siue nō nunꝗ ipsiꝰ curationē vidi. neqꝫ ab aliquo sapientū īueni. sed oīū sapiētū coitas coiter ꝯcorditer ꝯcedit ꝙ in cura ipsiꝰ paliādo ꝛ blādiēdo pcedat̃ cū flōmijs melagogis. i. euatiuis meliꝰ: ꝛ digestiuis appropriatis: que hic propter breuitatē omitto. ꝛ tu reqre in alijs ꝯsilijs que de hac materia non raro compilaui.

Apparet insup ex fundamento predictoꝝ: ꝙ nocumētū ablatiōis odoratꝰ proueniēs pꝑter excoriationē: uel vulnera: uel ulcera pdictaꝝ ptiū nasi eodem fundamēto curari pōt: qm̄ premissis euōnibus preta ctis interius in naso pꝛeponat̃ vnguētū qđ ante manualē operationē scriptū fuit. qđ oīa talia ulcera cum rectificatione regiminis illius in breui tempore curabit ꝛc.

Nunc aūt tria singularia remedia ad nocumētū odoratus describā ut nunc seqtur. ❡ Primū itaqꝫ de exptis mihi sepe est caputpurgiū hoc qđ virtute sui aperit: dilatat vias odoratꝰ: abstergit: ꝛ educit materias in eis ꝯtētas. resoluit ꝛ ꝯsumit eas: ꝛ ꝯfortat organa oīa olfatꝰ ꝛ ꝑpꝛie ꝯtinuatū ter uel quater in septimana actu calidū sex vicibus vicissī iniectū ieiuno stomacho cuius descriptio est. ℞. suc. cucumeris asini. ʒ. iiij. salis armonia. subtiliter puluerizati. ʒ. ß. misceant̃ ꝛ ponant̃ in ampulla: ꝛ infundatur aqua usqꝫ ad mediū ampulle. De hac igit̃ aqua sepe trahiciat̃ in nares modo dicto. ❡ Scđm vo est succus origani ꝛ pulegij anteꝗ exponant̃ ad solem ꝛ ad quācunqꝫ. ℥. eoꝝ addantur musci. ǵ. ij. ꝛ fiat ut de alio dictum est. ❡ Tertiū compositum est hoc. ℞. pulegij: origani: calamenti. aā. ʒ. j. granorum paradisi. ʒ. iij. fiat pulvis ꝛ ligetur in panno ꝛ sepissime odoretur. ❡ Et si bene ꝯsideras iā apparet sufficiēter esse positā curam oīum spērum nocumēti olfatus que puenire possunt ex sex causis. s. ex pte debilitatis virtutis olfatiue: aut cerebri: aut carūcularū mamillarū: aut utriusqꝫ simul: aut instri qđ est spiritus: aut ex pte nocumēti in osse ricꝫ ꝯtigentis: aut qnto ex parte lacerti attrahentis aerē uel species odorabilium: uel sexto ꝛ ultimo ex parte viarū ad hoc deseruientium. ꝛ sic apparet sufficienter ꝛ laboriose satis assignatum fuisse modum curationis secundi accidentis: qđ erat ablatio odoratus: ut supra visum est.

❡ Sectionis secunde de cura scothomie ꝛ imaginationum principale. Cap. III.

Sicut videri pōt ex his que legunt̃ 3a tertij capꝰ de imaginationibꝰ. ꝛ ex his que itelligi pñt ex pma tertij tractatu 5o. capꝰ de uertigine. Oēs he dispōnes videlꝫ scothomia uertigo ꝛ imaginationes siue delusiones coicant in hoc ꝙ sunt nocumēta corruptionis sensus visus: differt tamen parūper uertigo a duobꝰ predictis: ꝙ dato ꝙ in uertigine assignet̃ nocumētū corruptionis visus tñ in eo etiā est nocumētum motiue potētie: qꝛ appent in eo corpora qescētia circulariter moueri: ꝛ est in ea nocumētū diminutionis substantiue uł retētiue potētie qꝛ appet hoī qnqꝫ ꝙ cadat. ꝛ per hoc sufficiēter appet differētia iter uertiginē ex vna pte: scothomiā ꝛ imaginationes ex alia pte: tñ a sapiētibꝰ pōt colligi dria etiā eēntialis iter pdicta: eo qꝛ cā nocumēti in vtigine ponit̃ in cerebro: qꝛ motꝰ in spiritibꝰ in uētriculis: aut in rimositatibus cerebri cōtentis rotatiuus assignat̃. Causa vo nocumēti scothomie ponit̃ in spiritibꝰ ꝯtentis in neruis obticis Cā vo essentialis imaginationū ponit̃ in cristalloide ꝛ in organis actione cerebri: qꝛ tñ hec dria ex pte locoꝝ assignata leuis ꝛ parua nō est magna dria curationis intētionibꝰ ꝛ instrumētis medicinalibus ab auctoribꝰ assignata: ꝛ maxime qꝛ oīa predicta accītia ꝯueniunt in gñe cause efficientis. s. materie humoralis flegmatice: uel uapoꝝ uel uētositatum eius. ❡ Idcirco nō video plix e multū occupādū esse in multiplicatione instrumētoꝝ curationis earū: nisi qꝛ qnque singularia remedia ponam per me frequēter experta. ❡ Quorum primum est electuarium Sotira nominatū. ❡ Secūdū vo est electuarium de ambra maius dando ex hoc uel illo. ʒ. vj. in mane hora syrupoꝝ per mēsem ꝯtinuū premissis sufficiēter euacuationibus. ❡ Tertiū vo remediū ꝛ mihi magis usitatū est ꝯfectio hermetis descripta ab Auic. 22. tertij. cap. de cautela a doloribꝰ iūcturarū. cuius modus ꝛ dosis sit ut dictū est de predictis. ❡ Quartū remediū est ut oī fine. x. dierū accipiat̃. ʒ. j. in frascriptarū pillularū ꝛ tardet̃ post eas cibus horis sex obseruādo regulas in assumptione farmacoꝝ ordinatas: quoꝝ descriptio est hec. ℞. pil. de sarcocola: pil. fetidarum. aā. ʒ. j. arthanite. ʒ. ß. fiant pillule cū succo folioꝝ brionie. de quibus detur. ʒ. j.


¶ Quintũ remediũ tpe usus pdictoꝝ medicaminũ est ut assuescat saltem tribus vicib⁹ in septimana ponere in oculo quolibet guttas duas huius collirij. ℞. suc. rob. ℥. j. suc. artbanite (ꝛ est porcin⁹ panis). ℥. ij. fellis piscis sabotb (ꝛ est lucius fluuialis). ℥. iij. suc. violarum. ℥. vj. ponantur in ampulla: ꝛ exponatur soli saltem per dies. xv. deinde sit ex eo usus ut dicum est ꝛc.

¶ De cura nocumenti digestionis. Cap. IIII.



Iam pro nocumēto huius. x. tangunt. quorum quodlibet ad diminutã ꝛ ablatam digestionem confert: ꝛ imo ad corruptam notabiliter iuuat. ¶ Primũ memorabile est ꝙ longus usus syrupi de absinthio solēniter iuuat ꝛ ꝑprie ſm hunc moduz. ℞. syrupi de absinthio. ℥. j. aque decoctionis granorum paradisi cimini. ℥. ij. misce. ¶ Secundum instrumentum simplex est frequēter deglutire duo uel tria grana carpobalsami ieiuno stomacho. ¶ Tertiuz est cõmunis usus ʒiʒiberis viridis saltē ter in septimana assumpti. ¶ Quartum instrumētum est ut sepe fiat inunctio stomachi cum oleo de mentha facto de mastice gariofilis ꝛ mace. ¶ Quintum instrumentum est frequens usus electuarij de ligno aloes descripti ab Auic. quinto canonis summa prima. rubrica illa. Electuarium de xiloaloes. ¶ Sextum remediuz est frequens calefactio stomachi: ꝛ euaporatio eiusdem facta cũ cimino ꝛ granis orobi mentha ꝛ lambrusca equalibus partibus calefactis in calderiola sicca ꝛ positis in sacculo. ¶ Septimum võ est defendere stomachũ cuz hoc ceroto portato sup ipso. ℞. resine electe. ℥. j. ß. masticis. ʒ. j. garc. ℈. ij. dissoluatur resina cum bono aceto: ꝛ fiat cerotũ scutale super panno de grana. ¶ Octauum remediũ ꝛ cum signis etiam frigiditatis ꝛ uentositatis. s. ut post cibum cum modico aromatici vini bibatur. ℈. j. pul. ameos: de quo dixit Auic. ꝙ erat mirabile: ꝛ est uerũ. ¶ Nonum remediuz est usus confectionis diacitonitē cum aromaticis specieb⁹: que colliguntur a Mesue in antidotario: ꝛ ab Auicēna quinto canone. ¶ Decima ꝛ ultima medicina infallibilis iuuamenti est electuariũ alkeken gⁱ descriptione Auic. 5° canone. ꝛ accipiat ex eo omni alterno mane in aurora. ʒ. j. ꝛ tardetur cibus saltē horis. v. nullũ eniz stomachũ quasi cõplexione debilitatum esse vidi ex usu eius non fuisse sanatũ.

¶ De cura dolorum renum huius viri. Cap. V.



Iam võ superius apparuit dolores in renib⁹ huius viri consequi oppilationes ꝛ uentositatum cõgregationes in eisdem esse. ¶ Pro canone igitur curationis eorum premittendum ꝑmo ꝙ abstinendum est a frequentia coitus: ꝛ maxime instantia frequentium dolorum. ¶ Secundo ꝙ euitet summopere stipticitas uentris: cui si euenerit prouideatur cuz enemate superius tacto: aut cum pillulis positis in capitulo de olfatu. ¶ Tertio ꝙ euitetur frequens equitatio: ꝛ ꝑprie super equo sinistre gradationis. ¶ Quarto ꝙ summopere euitetur decubitus super spinã tã euigilando ꝙ̃ dormiendo ꝛc.

Deinde predictis doloribus subueniendum est cũ tribus remedijs. ¶ Quorum primum est ꝙ tēpore doloris accipiantur olei nardi. ℥. v. paritarie recētis ultimate cõtrite lib. j. coquantur ambo simul in sartagine super carbonibus ignitis absqz flamma. ꝛ in fine apponatur croci. ʒ. j. ꝛ extensis super panno calidis actu fiat emplastrum super renes: sedabit enim dolorem fere in instanti. ¶ Secundum remedium est descriptio huius tragee: de qua tam tempore paroxisini doloris ꝙ̃ gratia preseruãdi accipiatur coclear vnum ante omnem cibum. aperit eni oppilationes. soluit uentositates. prouocat urinam mundificando materias. ℞. granoꝝ milij solis. ℥. j. granoꝝ pinearum. ℥. ij. se. portulace lactuce endiuie scariole añ. ℥. ß. granorum papaueris al. ℥. j. ß. ʒuc. al. duplum pondus omnium. terenda terant ꝛ incidenda incidantur: ꝛ commisceātur adinuicem. ¶ Tertium remedium ꝛ infallibile est ꝙ sepe patiens saltem in septimana ter accipiat. ℥. j. electe tyriace andromachi cum. ℥. j. ß. aque sublimationis milij solis. ꝛ est nobile medicamen. scripsit enim Auicēna quinto canone. ꝙ tyriaca andromachi cõfert doloribus renum ex pluribus causis ꝛc.

¶ De cura male cõplexionis epatis huius viri. Cap. VI.



Si bene ꝛ diligēter ꝯsiderent instra ꝛ intentiones curatiue in ꝑcedentibus capitulis posita intelligi poterit: ꝙ plura illoꝝ malitiã cõplexionis epatis huius viri superius positã ꝛ declaratã curare poterũt. At võ nũc memorãda sunt octo istrumenta que partiz a natura cõmuni distēperiem epatis corrigere possunt. ¶ Memorãdum ergo ꝑmo ꝙ oẽs endiuie spẽs competunt nocumento epatis siue earũ pulueres decoctiones sublimationes ꝛ syrupi: ꝛ confectiones exhibeãtur. ¶ Scđm speciale est limatiarũ usus: ꝛ sunt codie que inueniunt in rubis: quarum carnes elixe comedant: ꝛ proprie secum decoctis radicibus scariole taraxacon. ¶ Tertium võ simplex est: ut saltē in septimana ter hic vir accipiat ʒ. j. pul. epatis lupi abluti cũ aqua endiuie: ꝛ in furno exiccati. ꝛ accipiat cuz ℥. ij. aque endiuie. ꝛ hec quidē tria assumi debēt tempore apparitionis discolorationis faciei: ꝛ extenuationis eiusdē: etenim in instãti dolorem ꝛ tensionem in epate sedant: ꝛ colligunt hec tria a principe decimasexta tertij. capitulo de iuuantibus ꝛ nocētibus epati. ¶ Quartum võ famosum cõpositum ꝛ approbatum ab oĩbus fere electum dialacca maius cum ʒuc. reductum in forma solida de quo semper ante cibum rotulam. ß. ij. ʒ. ꝛ proprie factam cum aqua cicoree accipiat. ¶ Quintum cõpositum est usus pillularum stomaticharum alkindi descriptarum ab Auicēna quinto canone. summa prima. tractatu nono. ¶ Sextum medicamen est confectio de xiloaloes superius nominata frequēter. ¶ Septimum instrm est usus suffu sobede cuius pul. det in septimana bis uel ter. ʒ. j. cuz. ℥. ij. aque eupatorij: cuius laudes ꝛ descriptiones collegi 5° canone. summa ꝑma. tractatu 4°. ¶ Octauum ꝛ ultimum expertum est electuariũ positum ab Auicēna quinto canone summa ꝑma. rubrica illa. ꝯfectio kimia medici que facit ad malitiam complexionis ꝛ apostema epatis ꝛ soleo uti ea dando de ea ante cibum rotulam. ʒ. ij.

¶ De cura istrũs apiēdi emoroidas ꝯstrictas. Cap. VII.



Quoniã alias vir iste emorroidales uenas fluentes ꝛ aptas habere solitus est non est dubitabile ex retētione cursus earũ plura de nocumētis supra positis euenisse: aut saltem augmentata fuisse. Restrictio eniz cursus earũ est causa plurium nocumentoꝝ quare 17ª tertij cap 3°. Scias ꝙ in sanguine qui currit ab emorroidalibus ꝛ ex ano est securitas ab herpestiomeno ꝛ mania ꝛ melancholia. epilēsia melãcholica ꝛ herisipilla: ꝛ ex alijs que sunt sicut miliũ ꝛ cãcro: ꝛ excoriatione: ꝛ scabie: ꝛ lepra: ꝛ pleuresi: ꝛ ꝑipleumonia: ꝛ frenesi. ꝛ qñ retinet sanguis ex eis ꝯsuetus timet aliqua harũ egritudinũ supple ꝑdictaruz: ꝛ timet etiam hydropisis ꝑpter illud qđ accidit in epate de apostemate malo ꝛ duro: ꝛ corruptione male cõplexionis: ꝛ timet ptisis ꝛ dolores pulmonis ꝑpter expulsionem sanguinis mali ad ipsuz. ¶ Cũ ergo vir iste aliquod dictoꝝ accidentium iam inciderit ꝙ̃ citius est possibile insistendum est apertioni uenarum emorroidalium que. v. infrascriptis ingenijs ꝛ instrumētis aperiri possunt a leuioribus inchoando. ¶ Primũ itaqz est ut eger sepe cum digito uel cũ candela titillationem faciat in circũferētia intrinseca intestini. ¶ Secundum võ parumper fortius illo est: ut cõfricet loca predicta cum folijs fici. ¶ Tertium adhuc fortius alijs est ut confricet eas cum cepe squille circuz inciso ¶ Quartum est ꝙ si predicta non aperirent fiat plurium illorum decoctio ꝛ in aquam calidam sedeat: dein de loco existente bene calido actu fiat con-

fricatio earum cum aliquo de predictis. ¶ Ultimum vo est q si ex pdictis ingenijs tales uene aperiri non possunt: quod tamē apud me nūq contigit: tūc fiat intestini compressio ad extra: ⁊ cum flobothomo aperiat vna uel due de predictis uenis que grossiores fuerint.

¶ De cura tremoris cordis viꝝ hūc molestātis. Cap. VIII.



Egimē tremoris cordis in hoc loco in duas diuisi intētiones. Prima qdē est respiciens tēpus paroxismi ⁊ augmēti tremoris illius qui tūc maxime debilitat. Secūda vo est regere ipsuz tēpore quo non ita frequenter molestatur.

Pro expeditione vo prime qnque ponam ingenia: pro cōplemento secunde ponā tria instrumēta. ¶ Primū itaqz instrm pme intētionis est ut cū medicus occurrit egro molestato a resolutione nimia ꝯtīte uelocem ⁊ fortem motū ⁊ spirituum ⁊ humoꝝ de circūferentia ad ipsuz cor statiz sollicitus esse debet de augmēto resolutionis illius phibēdo: qm si perseuararet ualde facile posset egrū ad cōpletam extinctionē pducere iuxta sniaz Hyppo. affōꝝ scda sermōe illo. Qui exoluūtur frequēter ⁊ fortiter sine manifesta causa repēte moriuntur. Jtaqz pmuz instrm est ut statiz facies ⁊ extreme ptes irforent cum hac mixtione actu frigida. ℞. aque roſ. ℥. iiij. aque menthe. ℥. ij. roſ. spodij sandal. al. ⁊ ru. añ. ℈. ij. musci ambre orietalis. añ. ǧ. ij. aceti. ℥. ij. vini maluatici. ℈. iiij. pdictarū spērum pulueres per se ꝯtriti cū liquoribus uehemēti ꝯtritione ꝯquassent in mortario. hec enim irroratio virtutem vitalē resolutam tā in febribus q in alijs dispositionibus reseruare solet. ⁊ colligit ex sermonibꝰ. scda primi. in fine capituli illius. Jn harena sepelire. ¶ Scōm instrm ad hoc est istud. ℞. vini aromatici aque buglo. añ. ℥. j. spērum diamusci dul. ℈. j. misce: ⁊ det in potu calidū. ¶ Tertiuz instrm est hoc. ℞. fol. basiliconis siccoꝝ. roſ. violaꝝ spodij ossis de corde cerui. añ. ʒ. j. cāphore. ℈. ij. musci: ambre electoꝝ añ. ǧ. iiij. sandaloꝝ amboꝝ coralloꝝ amboꝝ añ. ʒ. j. puluericent per se ⁊ misceant ⁊ ligent in sindone de grana: ⁊ odoret ipsum eger quasi cōtinue. ¶ Quartū instrm est hoc. ℞. diamusci dul. spērum electuarij de gēmis: spērum letificantis Almāſ. añ. ʒ. j. vini aromatici maluatici. ℥. iiij. aque buglo. aque acetose cicoree ⁊ viol. añ. ℥. j. fragmētoꝝ hiacincti smaragdi ⁊ saphyri. añ. ℈. ß. margaritarū. ℈. ij. ꝯquassentur oia in mortario: deinde leuiter calefiāt ⁊ intingat in eis pānus qui applicet super mamilla sinistra frequēter. releuabit enim ⁊ restaurabit virtutē in breui tēpore. ¶ Quintuz remediū ⁊ fortius alijs si frequētaret tremor ⁊ resolutio virtutis est puluis iste: de quo det in potu. ʒ. ß. cū aqua roſ. buglos. ⁊ vini maluatici oīuz triuz añ. ℥. j. cuius descriptio est hec. ℞. coral. ru. hiacīcti smaragdi saphyri. añ. ǧ. v. limature subtilissime auri. ǧ. iij. margaritaꝝ. ʒ. ß. dent in potu supaspgēdo pdictis aceti al. coclear. j. ⁊ nota remedia talia.

Pro secūda vo intētione. s. pseruandi in tēpore minoris molestie: q2 vir iste nō euacuat ab aliquali motu tremulo cordis. Jdeo nō est desistendū ab applicatione remedioꝝ preseruātiū. ¶ De modo ergo eoꝝ pmū est memorāduz q in oi cibario suo semp ponatur aliqd croci quātum est granū vnuz frumenti: ⁊ in eius cibarijs bulliāt semp folia buglos. recētis ⁊ comedat ea. aut saltem pul. ipsius exiccatū ponat in cibis. Est eniz pceptuz Auic. XI. de curatione tremoris cordis dū inqt. Super buglossam vo sis audax: ⁊ nō timeas malitiā eius: ⁊ utere ea in oi qd in potu tribuis ⁊ in cibo das. ¶ 2m vo remedium est electuariū hoc: de quo saltē ter in septimana accipiat coclear vnū in aurora ⁊ tardet cibū saltem horis quatuor. ⁊ si cogeret bibere post ipsuz bibat. ℥. ß. vini aromatici cuz aliquali quātitate aque roſ. mixte adinuicē. Est aūt huius electuarij descriptio. ℞. spērum letificantis Almanſ. spērum diamusci dul. ⁊ spēruz electuarij de gēmis añ. ʒ. vj. sandal. ⁊ coral. amboruz añ. ʒ. j. spodij ossis de corde cerui añ. ℈. ij. viola. roſ. añ. ʒ. ß. syru. roſ. syru. acetositatis citri. syrupi simplicis acetosi. añ. ℥. v. ȥuc. al. ℥. iij coquant syru. cuz ȥuc. usqz ad spissitudinē ⁊ post infrigidationē ponantur species. ¶ 3m remediū est sacculus iste quē semp ꝯsutū portet: ⁊ renouet ipsum reuoluēdo semp de latere in latus. Et melius esset ut haberent sacculi duo qui alternatiz renouarentur ℞. se. basiliconis: floꝝ buglosse: boraginis origani capitis roſ. coral. ⁊ sandalorum amboꝝ. añ. ʒ. ß. hiacincti smaragdi saphyri añ. ǧ. v. cāphore. ℈. j. lābrusce. ʒ. ij. macis. ʒ. j. ß. terātur oia simul: ⁊ fiat sacculus in sindone de grana retorta. ¶ Et spero q remedia hec bñficio summi ⁊ dulcissimi saluatoris curabūt ipm ab instātia pdictoꝝ accñtiuz ⁊ pseruabunt ipsum a transitu in dispositionē deteriorem quod totum sibi misericordia sua concedat omnipotēs altissimus ad laudem eius sempiternam. Amen.

Cōsiliuz. 15. De decez malis dispōnibus videlicet. ¶ De mala cōplexione frigida ⁊ humida cerebri cū nocumēto in operationibus virtutū intrinsecaꝝ ipsius videlicet apprehēsiue imaginatiue demonstratiue ⁊c̄. ¶ De profunditate stomachi cum corruptis fantasijs in eo ⁊ cum difficili excitatione ab eo ⁊ cum timore. ¶ De diminutione visus. ¶ De multitudine aquositatis in oculis. ¶ De debilitate digestiue stomachi ⁊ appetitiue etiam. ¶ De ablatione operationis olfatiue. ¶ De debilitate motus progressiui. ¶ De fluxu emoroidali frequenter molestante. ¶ De motu pulsatiuo: siue de tremore cordis. ¶ De frigiditate multa membri genitalis cum difficultate coeundi. ¶ Diuiditur autem consilium in tres particulas. ¶ Particula prima continens duo capitula.


¶ De discussiōe ⁊ enumeratiōe accñtiū curādoꝝ. Cap. I.



Abilis humane nāe cōpago multisqz lapsibus prōptissima rem mihi magna speculatione dignissimam nuper obtulit. Uir eniz quidā de his qui nro latio florētissimi existunt. Spectabilis miles legūqz peritia ⁊ phie mediocriter eruditus, alio vo noie pro nūc occultandus est: videt plurimis accñtibus ⁊ difficilibꝰ molestari. ¶ Primo in opationibus virtutū cognitiuaꝝ uel memorabiliuz qm ipse tardius apphendit ea que per opationē apphensiuā celeriter apphendē solebat. Silr etiā nō est bū disposit in opationibus imaginatiue potētie cōponēdo ⁊ diuidendo. ⁊ adhuc fortius qm memorabilia nō conuenienter nec diu retinet. ¶ 2o etiā vir iste somno pfundo molestatur a quo nō nisi difficulter excitat: etiam in dormiēdo somnijs corruptas fantasias represētātibus agitat. Et adhuc lzraro cū timore excitatur a somno. ¶ 3o pncipalr in visu eius nocumētuz pcipit diminutionis notabile: ita q nō nisi cuz magna difficultate legere pōt. ¶ 4o pncipaliter in oculis suis multitudo representat aquositatis ita q quasi semper madefacti sunt. ex quo pcipitur lapsus cerebri ad humiditatē: ⁊ quoniam retēta est multe aquositatis presentia quaz facere solebat. ¶ 5o pncipaliter vir iste molestat debilitate digestiue stomachi. ¶ 6o vir iste quasi puatus est operatione olfatiua. obiecta eniz odorabilia aromatica: uel fetida ferenō percipit: ¶ 7o vir iste in opationibus motus pgressiui manifestam pcipit lesionē ⁊ lapsitudinez intātuz q genua eius nō vident habere potētiaz sustentandi ꝯueniēter corporis molē. ¶ 8o isuper vir iste molestatur fluxu emoroidali bis uel ter in mense. ¶ 9o adhuc vir iste pcipit pulsationem in parte sinistra cordis sub mamilla quam dicit esse tremorem cordis cum aliquali grauedine in anhelitu. ¶ Decimo ingēti molestat accidēte qd est multe frigiditatis sensatio in toto genitali mēbro: ⁊ maxime in bursa eius ita q ad uenereū actuz ualde raro ⁊ difficulter incitat. ⁊ ipsum nō nisi cū magna difficultate complere pōt. Quedam alia iterū in eo accidētia appent: que tn a radice istoꝝ accidētium predictoꝝ dependent. Hec in summa videtur esse

dispositio huius viri pdictis. x. accidētibus cōplicata. que oia sui abscisionē uelociter fiedā itelligēti facile manifestāt.


¶ De innestigatione causarum egritudinum ⁊ accidentiū predictorum. Cap. II.



¶ De cura nocumenti diminutionis ⁊ corruptionis visus. Cap. III.



Uoniā aūt in visu huius viri diminutionis ⁊ corruptionis notabile nocumētuꝫ ↄsecutum est ad malā cōplōnē frigidā ⁊ humidā stomachi ⁊ cerebri hui⁹ viri. Ideo in hoc cap̄ leuius trāseundū est ⁊ succicte magis. Oia medicamina que cerebro neruis ⁊ stomacho scripta sunt ⁊ dicent̄ visui ei⁹ notabile iuuamētū afferūt. Nā eni flegmatica ⁊ uapor ei⁹ spiritui visibili ⁊ neruis opticis ⁊ humorib⁹ oculi cōmixta ⁊ imersa nocumētū p̄dictū in visu efficiūt ut supra in ꝓ cap̄ deductū ē.

Propter qđ hic quatuor solū ponā instra. duo qdē phibitiua lapsus: ⁊ duo phibitiua nocumēti ei⁹. ¶ Primū itaqꝫ de phibitiuis est usus pillularū in ꝓ cap̄ 3e pticule scriptarū quas dū uolueris efficē efficaciores: cōmiscē debes cū tertia sui pte pillularuz lucis descriptione Mesue in antidotario. Et accipiat̄ ex eis vna per duas horas post cenā ⁊ ꝓprie qn̄ ex. ℥. j. sex pillule facte fuerūt. ¶ 2m instrm̄ est pectinatio leuis capitis per duas horas post cenā. post quā supaspergat̄ toti medietati anteriori capitis. ℈. ß. pulueris gariofi. In hoc eni medicamine magnū iuuamētū posuit. Auēçoar ꝓ Theisir cap̄ p̄mo. ¶ Tertiū instrm̄ de abscidētib⁹ nocumētū diminutionis ⁊ corruptionis visus est ut sepe oculi lauent̄ cū aqua cineris capitali ⁊ medietate sui aque maiorane. ¶ Quartū instrm̄ ⁊ elegātius illo est. ℞. balsami electi. ℥. ß. aque maiorane. ℥. ij. misce ⁊ pone in amphora obturati orificij: ⁊ exponat̄ radijs solis saltem per octo dies: de hoc ergo linianturoculi intus ⁊ extra est, ⁊ notabile medicamen.

¶ De medicinis curatiuis lapsus frigidi ⁊ humidi stomachi rectificatiuis eius. Cap. IIII.




Onueniēs est nūc eligē istra curationis lapsus frigidi ⁊ humidi stomachi que ⁊ ↄsumēdo materias in eo inuētas ipm̄ ↄfortare possint. ¶ De numero igit̄ illoꝝ est succus absinthij assumendo de eo. ℥. j. cū aque mēthe ⁊ mellisse an̄. ℥. j. ß. ⁊ ↄtinuetur saltē per decē dies. ¶ Scđm ↄferēs stomacho etiā euacuādo māaꝫ est iera simplex Gal̄. accipiēdo de ea. ℥. j. cum. ℥. ij. aque calamēti ⁊ est ualde efficax obseruādo post eā ↄditiones supius tactas in solutiuis. ¶ Tertiū ualde ↄueniēs stomacho calefaciēdo ipm̄ ↄsumēdo superfluitates carminat etiam uētositates: ⁊ est semē carui: de quo facio patiētes in mane masticare. ℥. j. uel. ß. per horas tres ante cibū. Est eni bonuꝫ stomacho calefacit ⁊ corroborat: ⁊ facit digeri cibuꝫ ⁊ nutrit in ↄfectionib⁹ medicinarū faciētiū descēdē cibū: ut Serapio in aggregatore scripsit in ꝓpo cap̄. ¶ Quartuꝫ est mastix de quo saltē ter in septimana facio deglutire ǧ. ij. uel. iij. est eni medicina stomaticha epar ⁊ uentrē. defectos corroborat ⁊ ad iflationes eoꝝ iuuat absqꝫ molestia: ut scripsit Diascorides ꝓprio cap̄. ¶ Ad hāc etiā intētionē cōfert electuariū diaciminū: ⁊ ꝓprie descriptū a Nicolao in antidotario accipiēdo de ipso an̄ cibū rotulā vnā. ℥. vni⁹ ⁊ medie. ¶ De nobiliorib⁹ aūt medicamib⁹ ad vigorādū stomachū ⁊ ↄsumēdū māas duo sūt mihi expta cōposita. ¶ P̄m est electuariuꝫ de ambra descriptione Mesue in antidotario distictione p̄ma descriptione 2a. ⁊ est medicina sublimis cerebrū ↄfortās ⁊ cor ⁊ stomachū: ⁊ oia mēbra nutricatiōis: digōnē ꝓcurat, iuētē ea letificat: cōuenit senib⁹ ⁊ frigidis nā ⁊ mulieribꝫ ad egritudines matricis: dosis eius est ut scribit̄ ibi. ℥. iij. in aurora cū. ℥. ij. aque mēthe gr̄a stomachi

cum aqua mellisse ꝓpter coꝛ. cū aqua absinthij ꝓpter epar: aut oīuz aut pluriuz simul cū intendit ad oīa simul aut ad plura eoꝝ. ¶ 2m cōpositū expertuz est electuariū de aromatibus descriptū etiam a Mesue ibidē distinctione prima: ⁊ cap̄ primo. ⁊ debent dari ex eo. ʒ.ij. cum vino odorifero in aurora calefacto: aut cum aquis statim dictis.

Hic etiam adduco duo medicinalia simplicia: ⁊ ꝑtim etiam cibalia. ¶ Primū sunt carice. i. ficus sicce. ſm Diascoridē stomacho sunt utiles accepte ante cibū. ¶ 2m sunt fistici post cibū accepti qui etiam stomacho ꝯuenientes existūt auctoritate Diascoridis. Plura etiā medicinalia ꝑter dicta īueniunt confortātia stomachū. ¶ Et p̄mū qdē est cerotū istud qd̄ sup stomachū cōtinue portet. ℞. laudani electi. ʒ.ij. resine. ʒ.vj. galie muscate storacis calamite ligni aloes añ. ʒ.ß. mēthe absinthij añ. ℈.j. masticis. ʒ.ß. dissoluant gūme cū modico aceti vini citonioꝝ: ⁊ fiat massā bū glutinosa ⁊ ꝓijciat sup pāno de grana ſm figurā scutalē cum extēsione ꝯuenienti: ⁊ sup ipsum pulueriçet pulvis gariof. aspersione leui. ¶ Si qs aūt desideraret hēre medicinā leuioris applicationis ⁊ facilioris ꝑmutationis cōponat sibi hūc sacculū in sindone de grana retorta ⁊ portet ipsum sup stomacho maioris tēporis parte. Cuius descriptio est hec. ℞. ameos carui sileris mōtani cimini añ. M.ß. mēthe origani absinthij. añ. M.j. ligni al. folij añ. ʒ.ij. rosarū spodi j masticis añ. ʒ.ß. pulueriçent oīa per se: deīde misceant ⁊ mittant in sacculo lōgitudinaliter ⁊ latitudinaliter. ¶ Adhuc ego experiētia certa scio q̄ si stomachus iungat mane ⁊ sero cum supradicto oleo de balsamo actu calido ⁊ portet super eo pānus calefactus suffumigatus cum puluere galie muscate in breui tēpore vigorat stomachū debilitatuz. ¶ Scio etiā q̄ portare continue plumaceolū magnuz sup stomacho plenū pluma vulturis mirabiliter vigorat stomachum ⁊ rectificat ipsum.

¶ De medicinis p̄seruatiuis a paralisi ⁊ cōfortatiuis neruorum. Cap.v.



In hoc cap̄ diligēter ꝯtēplandū est. oportet enim medicinas que hoīem paratū ad eneruationez uel palisiz p̄seruare hūt. Etiā si iā egrotet possent curare: memorādo p̄ q̄ opz p̄intelligē ea que dicta sunt in regimine per cibos ⁊ potus: ita ut ea que ibi ꝯcessa sunt accipiant: reliqua vō ꝓhibita dimittātur. ¶ Premittēduz scd̄o q̄ talia instra que dicent felicius opantur post euacuationes in uere ⁊ in autūno celebratas.

De numero ergo harū medicinarū alique sunt iterius assumēde: nōnulle vō exterius applicāde. De his vō que applicāde sunt interius nōnulle earū sunt cibales ⁊ medicinales: sicut dī de cerebro leporis ⁊ de andachocha ⁊ pluribꝰ alijs in scd̄a tertij. sicut de carne colūboꝝ ⁊ ꝓp̄e syluestriū. comestio enī zeoꝝ cōfert ad relaxationē neruoꝝ mēbroꝝ oīuz ⁊ tremori totius ⁊ cordis ⁊ trahētibus post se crura ⁊ pedes ⁊ mēbris ꝓuatis sensu ⁊ motu ⁊ iterfectioni loquele. p̄ Theisir. p̄ cap̄. ¶ Nonnulle vō haruz sunt medicinales penitus: de quarum numero coīs est acorus ꝯditus accipiendo de eo in mane radicem vnā uel duas. ¶ 2m est sotira magna de qua dictum est supra. ¶ 3m est tyriaca Hermetis etiā ibi tacta. ¶ 4m speciale est confectio anacardina descriptione Auicē 5o canone summa p̄ma: ⁊ dosis eius est ab vno. ℈. usqz ad. ʒ.j. ¶ 5m ⁊ speciale de soluētibus est cōpositio pillularuz almarasceni que describunt ab Auic̄. tertia tertij. ⁊ pillule fetide ⁊ pillule de sarcocola mundificāt neruos ⁊ cerebrū ⁊ materias frigidas attrahūt ab eis aquosas ⁊ grossas. ¶ Ego aūt expertus sum sepe electuariū hoc faciēdo hoīem uti ex eo per integrū annum accipiētem. ʒ.ij. in aurora cum. ℥.ij. aque sublimationis andachoche ⁊ tardet post ipsum cibus horis quatuoꝛ. Hoīes plures relaxatione iacere [illegible] factos vidi restitutos esse ad ꝓgressiuum motū ⁊ ad alias [illegible]ationes vigorose satis. Cuius descriptio est hec. ℞. floꝝ rorismarini floꝝ saluie ⁊ maiorane añ. ʒ.iij. ß. ruthe herbe palisis radicis acori añ. ʒ.v. cinamomi elci. ʒ.ij. galāge. çç. triuz piperū nucis muscate añ. ʒ.j.ß. croci. ʒ.ß. sticados arabici. ℈.iiij. radicis peonie. ℈.v. musci gra. iij. ambre. ℈.ß. pulueris cerebri leporis cōbusti. ℥.ß. balsami electi. ʒ.j.ß. mellis dispumanti lib. ij. çuccari lib. j. coquant simul çuccaruz ⁊ mel usqz ad ꝯuenientem inspissationē. ⁊ cum inceperint infrigidari imponant pulueres aliarū medicinarum per se pulueriçatarū que tū ꝯueniēter ꝯquassando incorporent diu ⁊ usui reseruent in uase vitreo bene obturato. ¶ De his aūt medicinis que exterius applicāde sunt paliticis ⁊ paratis. cōmuni oīuz auctoꝝ fama sunt aque balneoꝝ nālium: nō tū oīum sed eligēde sunt sulphuree ꝓp̄ie ⁊ cimericie ⁊ etiam aspaltine. Alluminose vō ꝓpter stipticitatē ⁊ attramentine ꝯsimiliter ⁊ ferree aque ⁊ que scaturiūt per riuulos calibeos dimittende sunt. ¶ Cū ergo desideriū fuerit intrādi balnea eligant sulphuree aque aeri celo ⁊ astris ꝯueniēter discoop̄te ⁊ a paludibꝰ ⁊ uallibꝰ fetidis elōgate que recipiūt in alueuz arenosuz uel lapidosuz nāliter uel artificialiter factū. Et uētre ꝯueniēter mūdificato a cibo ⁊ potu uacuo. In ortu solis fiat itroitus in balneū. ⁊ ꝯueniēs erit fricatio cū luto inuēto in aqs balneoꝝ a p̄ncipio nuche usqz ad finē spine: ⁊ ꝯtīhat mora in balneo usqz ad tolerātiam que excludat debilitatē. ¶ Tūc ergo corpore diligēter coop̄to fiat exitus a balneo ⁊ itroitus in lectū usquequo reducatur caloꝛ ad p̄stinā tēperiē: ⁊ tūc accipiat cibus in moderata quātitate diminutus magis q̄ cōplete satietatis. Postq̄ autez trāsiuerint hore septē: ⁊ in die iteꝝ fiat in balneū introitus cuz fricatione p̄dicta: ⁊ introitus in lectū ⁊ alia ut iaz dicta sunt. ¶ Cū ergo igredit lectuz tota spina eius a fine usqz ad p̄ncipiuz nuche leuiter ꝯfricādo iniungat cum oleo de ambra calido: uel cū oleo de andachocha: aut oleo philosophoꝝ. ¶ Cū ergo taliter pertransiuerint duo dies accipiat aquā super capite suo cadētem a uase eleuato a capite per quatuoꝛ pedes: qd̄ uas impleat aqua balnei virginea uel a p̄mo fonte scaturiēte absqz ꝯtactu hoīuz uel alioꝝ. Canula ergo sit grossitudinis digitalis a laterali p̄te exterius apud fundū posita aperiat ⁊ cadat sup prora capitis frōte eius: ⁊ alijs p̄tibus circūquaqz coronatis pāno lineo satis grosso: deīde uoluat se a prora ad dextram ⁊ a dextra ad sinistrā ⁊ de sinistra ad posteriorem usquequo ꝑcipiat caliditatem aque in ꝓfundo cerebri ꝯueniēter ꝑuenisse: ⁊ poterit etiam corpus cū conueniētia tolerādi in fusuz stare usqz ad spatulas uel medietatē corporis. ¶ Post hoc aūt cum iā balneū acceperit sup capite alijs qnque uel sex diebꝰ laudo ⁊ horis ꝯueniētibus dimissa balneatione oī ingrediat stufam ꝓpe balneum factā: ut coiter fit: ⁊ cuz eadem aqua balnei ⁊ nō cum dulci in qua ꝑmaneat hora vna tam mane q̄ sero. Hec in summa est balneādi forma ꝯuenientioꝛ que obseruari pōt. ¶ Postq̄ ergo a balneo discesserit necessariū est ut qbusdā diebꝰ intēdat ad subtractionē materieruz que dissolute sunt: ⁊ de his que trahūt mām a cerebro ⁊ ꝓp̄ie est caputpurgiū hoc. ℞. pulueris nigelle que per quatuoꝛ dies īfusa steterit in aceto. ʒ.j. aque maiorane. ℥.iiij. misceant simul ⁊ calefiāt ⁊ trahiciant per nasuz ſm modū superius dictū. ¶ De his vō que mām abscidūt a nucha neruis ⁊ musculis est oleū de piretro de quo calefacto fiat inūctio: ip̄m enim torpidos ⁊ paliticos iuuat 6o de simplici medicina p̄ cap̄. ¶ Etiā ꝯueniēs est oleū de castoreo ⁊ oleū de croco. ¶ Itē ꝯueniēs exiccatiuum ⁊ ꝯfortatiuū est hoc. ℞. olei amigdalaꝝ dul. ʒ.iij. sandarace baccaruz lauri piperis nigri costi añ. ʒ.j.ß. terant diu in mortario: deinde calefiāt ⁊ applicent ut dictū est. Plura alia describere potuissem que dimittunt: quoniā ista meliora ⁊ elegātiora sunt.



¶ De medicinis rectificantibus membra generationis. Cap.vi.

Priusq̄ explicent instra curatiōis actus uenerei oportet ingrere cās hoꝝ nocumentoꝝ. neqz eni

sermo eoꝝ nõ ñabiliter adimpleri potest sine istis. ¶ Propter qđ ꝑmittẽdum primo ꝙ cause ꝓpter quas cõtingit hominẽ ledi in actu coitus due principal'r existũt. ¶ Prima includit causas primitiuas uel extrinsecas corpori applicabiles. Scđa vo causa huic opposita a sapientib⁹ partit' in. 7. modos causarũ efficientium hoc. ¶ Quarum ꝑma assignat' ꝑꝑ ꝑncipale nocumẽtũ in virga ipa. ¶ Scđa vo assignat' ex pte defectus in mẽbris spmatis. ¶ Tertia in membris principalibus. ¶ Quarta in membris que sequuntur principalia. ¶ Quinta ex pte nocumenti aduenientis mẽbris que sunt intermedia inter mẽbra principalia ꝛ membra coitus. ¶ Sexta propter nocumentum proprium in membris que sunt vicina membris coitus. ¶ Septima ex pte paucitatis uẽtositatũ in toto corpe iuẽte.

Pro declaratione itaqꝫ p rime cause exterioris. Dicẽdum ꝑmo ꝙ quecunqꝫ causa primitiua data que applicetur corpori assidue finaliter ꝑducit ad permutationeꝫ corporis ad lapsum complexionalem uel compositionalem. ¶ Scđo q' nõ semp cause ita ꝑmutãt corpus imo remanent tenentes se ex parte aie aut ex parte agẽtium que corpori applicata alterant ipm. imo impediũt ab opationib⁹ nãlibus. ꝛ de numero eoꝝ dicuntur uenefice incãtationes maleficia fascinationes ꝛ ꝯsilia. uelut pluries inuẽtum est viros ꝛ mulieres ab opatione coitus esse ꝑuatos intantum ꝙ speculationes ꝛ physica instrã nihil ualuerũt in curatione eoꝝ. sed oportuit applicari nõnulla instrã ab occulta ꝓprietate permutantia corpus: ut sepe ꝯtigit me vidisse audiuisse ꝛ curauisse. ꝛ sunt tres cãe ꝯcesse a sapiẽtib⁹ de quibus paulopost dicet'. ¶ Alique ẽt de numero haꝝ cãrum tenẽt se ex parte aie uel ꝑꝑ angustiam uel tristitiam que ꝓhibent hoies ab actu uenereo. ¶ Contingit etiã defectus iste quandoqꝫ ex parte timoris in quo fit uelox ꝛ fortis retractio spirituum a membris in quibus elaborari debet semẽ. ¶ Tertio iteꝝ ex parte uerecundie in aiaꝫ impsse sic ꝯtingit aliquem uerecundari a ꝯtactu mulieris: ut pusillaminib⁹ ꝯtingit hoib⁹ ¶ 4° iteruꝫ ꝯtingit hoc ex pte impssionis in aiam recepte propter abominationem que qñqꝫ repit' in actib⁹ coeũdi: frequenter eniꝫ aliqs vidẽs aut audiẽs inhonestuꝫ modũ sodomitice coeundi aut more brutoꝝ abominationem recipit in aia ob quã non solum coitus dimittit': sed frequẽter illo ꝑuatur. ꝛ potest colligi hec sententia. 20ª tertij. ¶ 5° iteruꝫ hoc ꝯtingit ex parte impssionis in aia facte per amorem castitatis ex lege uel ex religione seu deuotiõe ꝑop tata ut contingit sanctis viris in lege dei militantibus ꝛ in eremo deo seruientibus ꝓpter deuotionem non solũ castos: sed quãdoqꝫ (lꝫ raro) virgines permanere in tota vita sua. ¶ 6° iteruꝫ hoc ꝯtingẽ põt ꝓpter nocumẽtũ in aia reminiscitiua factum ꝓpter longã dimissionẽ coitus: frequenter enim mẽbra gñationis ꝓpter longã abstinẽtiam a coitu intantum debilitant' ꝙ aia non memorat neqꝫ sollicita est de gñatiõe seminis sicut ꝯtingit mulieri que ablactauit puerũ ꝛ dimittit ipm incurrere nocumẽtum ꝓhibitionis lactis. Et oẽs hi sermones pulcherrime colliguntur 20ª tertij. ꝛ ualde subtiliter caplo de diminutione coitus dum inquit. Et de eis que debilitãt coitum ꝛ ꝟtutem eius sunt res meditatiue ꝙtum ad actũ imaginatiue potẽtie. uel sicut horribilitas coeundi: aut uerecundia ei⁹ ꝙtũ ad actũ cogitatiue virtutis: aut antecessio intellect⁹ ad cor. i. actualis opatio intelligẽdi: que intelligẽtia: imo oĩs opatio iterior ꝛ exterior ponitur in corde ab Aristo. ut patet ꝑmo de sensu ꝛ sensato quam etiam opationeꝫ in pte hac secut⁹ est Auic. 20. tertij. cap ꝑmo in fine ubi dicit. Et apđ me ꝑncipium ei⁹. s. opationis est ex corde. Et subiũgit ꝙ oẽs tales impssiones in anima debilitãt a coitu: idest diminuũt. imo faciũt deficere uel abscindunt: ꝛ ꝓprie qñ sine aduertẽtia uel a casu ꝯtingit hoiem incurrere has impssiones in aia: sicut si aliquis inopinate videret aliquem ihoneste uel sodomitice coire. Et sensit hoc subtil'r Auic. dum inqt. Et ꝓprie cum illud aliqua hora casu accidit supple decurrẽ: tunc quotiẽs euenit iteratio assimilat' illud in mẽte: idest reiteratur impssio in aia per spẽs in organo memorie reseruatas. tales spẽs uelut fantasmata mouẽt aiam intellectiuã ad abhorrẽduꝫ ꝛ fugiẽdum coitum. Et iteruꝫ subdit. Et fit cã in illo. s. nocumento diminutionis uel ablatiõis coit⁹ dimissio. i. abstinẽtia: ꝛ ꝙ aia obliuiscitur ei⁹: ꝓpter qđ subsequitur ꝯstrictio. i. priuatio membroꝝ coit⁹ ab eo. Et iterũ subdit ꝙtũ ad ultimã cãm ꝙ paucitas ꝑparationis nãe in gñatione spmatis sicut accidit in deuotis ꝛ religiosis est cã ut non generetur semen nec moueantur membra in generatione illius. imo neqꝫ ad appetitum: sicut natura non est sollicita in generãdo lac in mamilla remouendo filium a lacte. ¶ Uide ꝙtũ speculationis oportet hẽre in intelligẽdo ꝑmitiuas cãs que diminuẽ aut auferre pñt coitũ. Reliqs aũt cãs ꝑmitiuas que nocumentum hoc efficere pñt non curaui extẽdere hic qm̃ oẽs eodem modo curationis fere abscindi poterunt.

De causis aũt corpalibus ꝑmo ordie dicẽdis poterit esse nocumẽtum eẽtiale in virga ꝯtingens: ꝛ ipm põt esse lapsus cõplonalis ꝛ cõpõnalis: ꝛ de natura cõi. ¶ Lapsus cõplonalis põt eẽ caliditas ꝛ siccitas: friditas ꝛ siccitas. Calitas ꝛ hũiditas: friditas ꝛ hũiditas mãles in ipa virga inuente. Nec tñ nolo negare ꝙ lapsus cõplonales simplices ꝛ mãles in eo accidẽ pñt. sed q' ibi raro ꝯtingunt: ꝛ etiaꝫ q' curant' curatione cõpositoꝝ ul' materialium lapsuum in quos facile permutantur. Ideo de eis principaliter tractatum est. ¶ Quõ autẽ cogñscantur lapsus cali ꝛ sicci: facile est videre ex calitate sensus tãgentis repẽtata ꝛ ẽt per egruꝫ ꝑcepta ex rubore virilis mẽbri ex tẽsione uenaꝝ ꝛ arteriaꝝ partis: ꝛ iuuamento percepto ex applicatione frigidarũ rerũ: ꝛ sic de alijs. ¶ Frigiditas vo ꝛ humiditas virilis membri percipit' ex actuali frigiditate ipsius: uenarũ angustia: ꝛ puitate membri: mollitie ꝛ ipsius ponderositate: ꝛ ipm iuuari a calidis ꝛ noceri a frigidis: debili tarda ꝛ difficili seminis emissione per canalem suum: ꝛ sic de alijs. ¶ Signa lapsuum calidoꝝ ꝛ humidoꝝ cognoscuntur per signa contraria his que nunc dicta sunt. ¶ Et ita signa lapsuuꝫ calidoꝝ frigidoꝝ ꝛ siccoꝝ per signa opposita lapsibus calidis ꝛ humidis.

Potest iterum in virili membro inueniri lapsus cõpositionalis simplex ut oppilatio uenarum essentialium illius membri. ¶ Aut oppilatio cũ paralitica dispositione completa sicut quando contingit oppilari uenas transitus spũs aialis sensibilis ꝛ motiui intantum ꝙ nullo modo erigitur nec moueri potest. ¶ Et si fiat clausio viarum per quas fit transitus spũs sensibilis tm̃: tũc membrum mouetur ꝛ non sentitur aliquando vidi. ¶ Et ecõuerso. si fiat clausio viaꝝ per quas in ꝟga recipitur spũs motiuus tunc sentit ꝛ non mouetur: ꝛ istud sepe ꝯtingit in multis in quibus mẽbruꝫ sentit obiecta tãgibilia oia sibi applicata: non tñ mouetur ad aliquã dĩaꝫ positionis nec erigit'. ¶ Unũ vo nerui ramificent' qb⁹ in virgã defert' aialis spũs sensibilis ꝛ motiuus: patet ꝙ ueniunt a spondilib⁹ caude: ut colligitur scđa tertij. primo capitulo. prope fineꝫ. ¶ Lacerti vo per quos ꝟga mouet' q̃tuor sunt: duo qdem in ipa laterales in dextra ꝛ sinistra pte inueniuntur: qui cum descẽdũt sunt cã dilatationis corpis virge ꝛ aptiõis canalis per quem facile semen cum urina effundit' extra. ¶ Alij vo duo lacerti a femore exeunt ꝛ ꝺm transuersum per virgã incedunt: quoꝝ contractio cuꝫ est uersus superiora virgã erigunt ꝺm illam partem: ꝛ econuerso.

Et ex hoc correlarie concludere potes quedaꝫ correlaria apparentia. ¶ Primũ est quare in quibusdam hoibus ꝟga ꝯtrahitur ꝟsus oseum. in alijs vo ꝟsus mirach/ in quibusdam ꝟsus dextruꝫ: in quibusdã ꝟsus sinistrum. Cũ eni ꝯtigit ꝯtractioneꝫ fieri in musculis vnius ptis. tãc mẽbrum inclinatur uersus illã: ꝛ ecõuerso.

¶ Scōm correlariū q̄re in qbusdā hoib⁹ virga reperit tetanosa. Hoc enim ɔtingit ꝑpter spasmū in utraqz partiuz musculoꝝ. Cum enim fuerit tāta potētia mãerū ad contrahēdū uersus supra sicut uersus infra: ⁊ tāta vis in mã fuerit ad cōtrahēdū ad dextrū sicut ad sinistrum necesse erit mēbrum remanere rectū ⁊ extēsuz ⁊ hec est spēs spasmi Tetanus nominata. scōa tertij. cap. de spasmo. ¶ Qui differt a papismo uel a satyriasi s3 alios: licet eni in oī papismo sit immoderata mēbri distēsio: in illa tñ nō est spasmus necessario: sicut neqz in spasmo inuenitur multitudo uentositatis que est effectiua uel materialis priapismi causa.

Amplius euenire potest nocumētum cōpōnale virge cōseq̄ns apostema cuiuscunqz generis ⁊ speciei: quoꝝ quodlibet ipedire potest. imo pñare a uenereo actu: vnde hec omnia memorare oportet.

Similiter etiam solutio cōtinuitatis in ligamētalibus partibus neruosis arterialibus ⁊ uenalibus genitalibus membri poterit esse causa impediēdi: imo auferendi uenereum actum: siue solutio continuitatis fuerit vulnus siue ulcus longum latum profundum biangulare ⁊ triangulare: ⁊ sic de alijs.

Secunda cā nocumēti actus uenerei ɔtigere pōt ex parte mēbroꝝ sp̄maticoꝝ ꝑpinquorum uel essentialr ɔcurrētiū. Sūt aūt hec mēbra duo eēntialr. s. recipientia ⁊ gñantia sperma: de qbus est discordia nō parua inter philosophos ⁊ medicos illustres. ¶ Arx. nanqz 4° de partibus aialiū credidit sp̄ma gñari in uasis inuolutis mediante caliditate sp̄ūs gignitiui ꝑuenientis ex aggregatione sp̄ūs vitalis animalis ⁊ nālis: ita q̄ purior pars sanguinis elaborati in uena cbilis ⁊ in alijs sibi ꝑpinquis per uasa spermatica defert ad oseum ⁊ recipit in illis uasis inuolutis ubi mediāte influxu cordis sanguinis illa pars in uasis inuolutis ultimo elaborata sp̄matis formaz recipere poterit: ⁊ q̄ testiculi ad gñationez sp̄matis effectiue non cōcurrūt nisi coadiuuatiue ad effusionē sp̄matis in m̄ricē: pondera eni3 testiculoꝝ ipoꝝ distensa ⁊ apta magis reddunt talia uasa: ut per ea liberi⁹ semē effūdat in m̄ricē. ¶ Illustrissimi vō medicoꝝ plurimi: ut Gal. in libello de sp̄mate noue translatiōis: ⁊ Haliebas collega ei⁹ fidelissimus: ⁊ Halirodoā super scōo tegni posuerunt in testiculis tēperamētum factū a gignitiuo sp̄ū ex cōmixtiōe spirituū s. vitalis animalis ⁊ nālis. Dixerūt ḡ q̄ mã sanguinea pura iam ꝑacta recipit in uasis inuolutis: ⁊ ibi detinet: cū ḡ fit copula viri cum muliere mã talis expellit ⁊ trahit ad testiculos: ⁊ ibidē mediante tēperamento aggregato ex p̄dictis cōuertit in uez sperma. Et hec ueritas auctētica est a p̄ncipe. 20ª tertij. p° cap. in exordio dū inqt. Sublimis deus creauit duos testiculos sicut sciuisti qui inter mēbra p̄ncipalia in qbus gñat sp̄ma ex hūiditate delata ad eos de uenis superioribus uel in uenis. s. sñis que est q̄si superfluitas cibi in corpe toto: ⁊ est sanguis magis digestus ⁊ magis subtilis. ¶ Ex quo fundamēto appet q̄ siue teneat Arx. opio aut alia scōa nocumētū in coitu ɔtingē pōt ꝑpter lapsuz cōplonalem ⁊ cōpōnalē ⁊ vnitatis inuētū tā in uasis inuolutis q̄ in substātia testiculoꝝ ⁊ pāniculo uestiēte eos Quid aūt intelligēdum sit per uasa inuoluta patet: q̄ ipsa sunt extreme partes uasoꝝ sp̄maticoꝝ: de quibus parum post dicetur.

Tertia cā nocumenti de corpalib⁹ iterū assignatur ex parte nocumēti in mēbris p̄ncipalib⁹ inuētis: ꝑpter qd intelligendum est q̄ licet s̄m Arx. sp̄ma mãliter nō decidatur a p̄ncipalib⁹ mēbris oībus: tñ qꝛ a corde p̄ncipalr ⁊ a cerebro ⁊ ab epate delegantur sp̄ūs: ex quoꝝ commixtione gignitiuus sp̄ūs fit: iō s̄m partez virtualē sperma decidit ab oī membro p̄ncipali. Uirtualē aūt partē intelligo vtutē impressam in testiculis uel uasis inuolutis a sp̄ū gignitiuo p̄ducto qui est instrm aie ad da[illegible]iz vtutē p̄dictis mēbris in gñatione seminis necessariam. [illegible] Hyppo. Gale. ⁊ Halie. collega eius posuerint sperma materialiter decidi a cerebro ⁊ delegari per uenas que sūt post aures ad uasa seminaria: qd ꝓbatur qm̄ sectio illarū duarū uenaꝝ ꝓhibet gñationez: ⁊ p̄ducit ad sterilitatē: que opiniones tātoꝝ viroꝝ l3 discoliā hēant cōtradictoriā: conat⁹ tñ fuit Auic.ª talem discoliā cōciliare caute in his s̄monib⁹ dum inqt. imo op3 ut sit ei. s. sp̄mati ⁊ cum mēbro p̄ncipali fons: ⁊ ut sit ex membris alijs desudatio etiā ad istas radices. ¶ Quicqd tñ de p̄dicta opinione tibi tenere placet cōcedendum est tā a corde q̄ a cerebro uel epate influxuz necessario oīuz triuz mēbroꝝ p̄ncipalium cōcurrere ad gñationez seminis ad coituz ⁊ ad fecunditatē: ⁊ sunt s̄mones collecti 20ª tertij. p̄mo caplo ꝓpe finez dum inqt. Et scias q̄ vge accidit vtus erectionis ⁊ uentositatis a corde: ⁊ aduenit vtus sensuuz ex cerebro ⁊ nucha: ⁊ aduenit ei virtus sāguinis equalis ⁊ subtilis ⁊ desiderium naturale ex epate.

Et ex hoc fundamento facile pōt itelligi q̄ op3 ꝓlificuz semē ad gñandum ⁊ ad coitum necessarium esse sanitatez membroruz principaliuz. ¶ Et sequitur etiā q̄ si mēbra p̄ncipalia sunt distēperata aut nō sana nō erit possibile uerū semē ⁊ ꝓlificuz generari. ¶ Sequitur tertio q̄ causa multarū egritudinū que a principio gñationis cōtrahūtur ualde facile assignari pōt ex nocumento ⁊ egritudinibus p̄ncipaliū mēbrorū. ¶ Sequitur 4° q̄ non est mirabile q̄ hic vir est impotēs ad coitū ⁊ gñationē. In oī eni3 p̄ncipali mēbro ipsi⁹ deputato ad ɔ̄uationē idiuidui inuenit lapsus fridus ⁊ hūidus mãlis. ¶ Sequitur 5° q̄ non est mirabile q̄ cōplexio mēbroꝝ gñationis huius viri trāsmutata est ad lapsum frigidum ⁊ humidū: difficile eni3 est imaginari ⁊ difficillimuz inueniri mēbra gñationis eucrata aut sana cum discrasia egritudinum mēbroꝝ p̄ncipaliū: tēperamētū eni3 mēbroꝝ gñationis depēdet a tēperamento p̄ncipalium mēbroꝝ ⁊ non econuerso.

Quarta cā p̄ncipalis ꝑpter quā ɔtingit nocumētū in coitu ⁊ generatiōe et assignabatur sup̄i⁹ ex p̄te nocumenti mēbroꝝ que sequunt p̄ncipalia mēbra ⁊ hoc intelligē multuz necessariuz est: cū sp̄ūs ⁊ virt sensibilis deferatur a cerebro ad mēbra gñatiōis necesse est assignari vias per q̄s ille sp̄ūs deferat. Cum ḡ delator sp̄ūs ⁊ vtutis sensibilis ⁊ motiue sit neruus uel nucha aut alia mēbra ꝓportionalia istis: ut corpz q̄ ex nocumento taliū mēbroꝝ deseruiētiū cerebro seruitute latoria necesse erit uariare tēperamētum sensus in mēbris genitalibus multiplr.

Primo quidē si erit lapsus frigidus in mēbris p̄dictis q̄tūcūqz cerebrū effundat spiritū aialē sensibilē ⁊ motiuū in quāto ⁊ quali ɔuenietē ꝑpter frigiditatē illoꝝ mēbroꝝ prohibebitur delatio illorū spirituū ad organa generationis. ¶ p° qꝛ frigiditatis est immobilitare Caliditatis vō mobilitare. ¶ Scōo: qꝛ frigiditas illoꝝ mēbroꝝ remittit caliditatē spirituum per quā constat tēperamētuz eoruz. ¶ Tertio: qꝛ frigiditatis est coartare poros per vias ⁊ transitus eorū spirituū. ¶ Quarto iterū: qꝛ frigiditas ingrossat substātiā sp̄ūs aialis qui subtilior est. ꝓpterea qꝛ trāsit per subtiliores vias. ¶ Quito ⁊ ultimo frigiditas aduersat potētie vtutis. ¶ Propter has itaqz causas vide q̄ta tēperies cōplexionalis ⁊ cōpositionalis necessaria est in mēbris que seruiunt cerebro virtute delatoria.

Si aūt iterum cōtingat cū distēperamēto mēbroruz talr seruientiū cerebro: et esse distēperatum cerebꝝ lapsu frigido ⁊ hūido mãli: tūc necesse est cōcedere magnū nocumētum in mēbris gñationis ⁊ coit⁹ q̄tū ad sensationez necessariā ⁊ ad uenereū actū qui iuenit in mēbris gñationis ꝑpter dependentiam eoꝝ a cerebro: ut dictū est. ¶ Et ex hoc manifeste appet: q̄re in viro isto iuenit debilitas sensus in membris coit⁹: hoc ɔtigit pp imoderatū lapsum fridū ⁊ hūidū mãlē in cerebro eius magnificatum. ¶ Et pari rōne dicēdū est hoc nocumētū in mēbris gñationis ⁊ coit⁹ in hoc viro depēdē s̄m magnā distēperātiā nuche neruoꝝ renū ⁊ alioꝝ a nucha oriētiū p quos aialis sp̄ūs

sensibilis ꝛ motiuus ad membra gñatiõis delegari debet


Similiter etiam contemplari oportet per alia mẽbra que sequuntur principalia itelligere posse stomachum epar splenem arteriam adorti ascendentem chilis ꝛ descendentẽ. ¶ Si ei nocumentũ ɔtigat in stomacho diminutionis corruptionis aut ablationis opationum que ꝑprie sunt sibi attribute. s. appetitiue ꝛ digestiue pmi alimenti quo modo poterit gñari sanguis laudabilis ex cuius puriori parte gñat semẽ. Ex nocumẽtis eni stomachi ꝛ ꝑprie ꝑuationis istimbre eius acqruntur egritudines numero ples ꝛ male. imo omnes fere ꝑpterea qꝛ nocumẽtum digõnis mr est ꝛ fundamẽtum fere oium egritudinum corpis. 13ª tertij. cap̃ de nocumento digestionis. ¶ Et ex hoc fundamento facile est intelligere: quomodo nocumentuꝫ epatis sit causa nocumenti coitus. ¶ Et iterũ si potẽtia splenis nõ ɔuenienter mũdificet ꝛ depuret melãcholiã a sanguine: tunc patet ꝙ sanguis non erit ɔueniens generationi spermatis: qꝛ sanguis est frigidior ꝛ grossior ꝙ opꝫ: siue fuerit spumosus: aut qꝛ non erit vtuti trãsmutatiue ꝑportionatus: ut ex eo sequestretur pars purior subtilitate aeritate caliditate ꝛ vnctuositate eius. ¶ Adhuc etiaꝫ quarto hñs nocumẽta complexionalia uel compositionalia uel in natura coi renum: non põt ɔuenienter generare sperma neqꝫ tantum caliditas insluere mẽbris gñationis ꝛ coitus quantum oporteret. Desiderium enim nãle. s. coeundi quandoqꝫ prouenit in mẽbris generationis causa renum. 20ª tertij. caplõ primo in fine. ¶ Ex hoc fundamẽto nolo esse manifestum ꝙ ꝑpter nocumenta complexionalia uel nãe cõmunis existentia in uena adorti descendẽte: ꝛ silr in uena chili non paruum sed excellens ꝛ magnum nocumentum accidit in membris gñationis ꝛ cordis.

Quinta causa pncipalis nocumenti coitus assignabatur ex parte nocumenti inuẽti in mẽbris que sunt intermedia inter pncipalia membra: ꝛ inter mẽbra gñationis. Sunt autem mẽbra hec que seruiunt mẽbris coitus seruitute latoria proprie ista que spermatica uasa nũcupantur: que duplicia sunt. s. dextrum ꝛ sinistrum. ¶ Dextrum võ uas orit ob emulgenti uena ꝛ descendit inferius usqꝫ ad osꝫ nelatũ extremis inferiorib⁹ ptib⁹ sifac: quoꝝ uelamentuꝫ a sapiẽtib⁹ Dedimus noiatũ est. Et hoc quideꝫ spmaticũ uas a sapientib⁹ positũ est deferre mãm gñationis spermatis. s. sanguis iaꝫ depurati in uena chili ꝛ alijs ramificatis ab ea a quaruꝫ ɔcauitate ɔtinuatiõe earum ad inuicẽ sanguis ille delegatur ad emulgentẽ uenã. ¶ Cum ergo ab illa oriatur uas ꝑdictũ sequitur ꝙ ɔueniẽter deferre poterit mãm talem que ꝑus recipitur in inuolutis uasis in oseo inuentis: in qb⁹ Aũ. posuit talẽ mãm in spma conuerti. licet Hyppo. ꝛ Gal. ꝛ collège iporuꝫ posuerit spma illud ultimã suam pfectionẽ acquirere in testiculis ut supra. ¶ Scõm võ spmaticuꝫ uas est sinistrũ qõ orit a ramo arterie adorti descẽdentis: ꝛ hoc quideꝫ tale a sapiẽtib⁹ ponit ad membra gñationis deferre obiectũ qõ tenet locũ formalitatis magis ꝛ est spũs vitalis ex cuius tẽperamẽto in mẽbris coit⁹ ꝛ gñationis: defertur virtus formalitatis spermatis in mẽbra gñationis spmatis. ¶ Utrũ aũt per hoc uas spmaticũ ad mẽbra gñationis deferat ꝑcipue spũs vitalis: aut simul cũ ipo sãguine arteriali: est questio quã pauci sapiẽtuꝫ aggressi sunt ꝛ raro de ea inuenitur bñ determinatũ. ¶ Credo tñ ego ꝙ sicut per dextrũ uas spermaticũ defert sanguis ꝛ spũs nãlis ad mẽbra gñationis: ita per uas sinistruꝫ spermaticũ defertur spũs vitalis ꝛ sanguis arterialis. ¶ Dico 2º non esse necessarium sanguinẽ arterialẽ ad mẽbra delatuꝫ ita mãliter transmutari in spma sicut sanguis uenalis trãsmutatur in ipm qm̃ trãsfert in uas dextruꝫ: lꝫ etiã ꝑbabiliter teneri posset hoc. s. ꝙ sanguis arterialis posset esse mã spermatis. In sũma ergo ex hoc fũdamẽto pulchre intelligi potest quomodo ex distemperie uasoꝝ spermaticorum accidat nocumentum in coitu ꝛ generatione.

Sexta cã pncipalis nocumenti coitus assignabat ex pte nocumẽti iuẽti in mẽbris vicinis mẽbris coitus. Mẽbra aũt talia plura specie distincta intelligi pñt. ¶ Quoꝝ primum sunt spondiles caude. ¶ Secunduꝫ est fiteri uel circulus ani. ¶ Tertiũ est musculosa uel carnosa pars fiteri circũapposita. ¶ Quartum est uene emoroidales in extremitate intestini recti imbibite. ¶ Quintum etiam est attractio ɔquassatio uel dislocatio in spõdilibus predictis: magnũ enim inde nocumentum nuche coicari põt ꝛ ɔñter coitui eo qꝛ a spondilibus alkatim ꝛ caude ramificantur arterie spm aialem ꝛ sensibilem portantes ad ꝑdictas partes ꝛ mẽbra gñationis. ut põt legi prima pmi. doctrina quita. summa quarta. finali capitulo. ¶ Adhuc etiam si ɔtingat apã in circulo ani: ꝛ partib⁹ adiacentibus ꝑpter compressionẽꝫ factam in uasis spermatis potest fieri impedimẽtũ in coitu. ¶ Dolor etiã magnus in circulo ani: ꝛ emoroidalibus partibus magnũ nocumẽtũ efficere põt in coitu ꝑsternendo virtutem ꝛ facit fluere mãs ad predicta loca. ¶ Similiter ꝛ imoderatã euacuatio emoroidalis idem efficere potest. ꝑpterea qꝛ musculoꝝ qui sunt mouentes circulũ ani ɔtinuitas est magna cum musculis virge: ut potest videri prima pmi. doctrina quita. summa tertia. cap̃. 25. ꝛ. 26º.

Ultima võ cã nocumenti coitus posita fuit ꝙtitas uẽtositatum in toto corpe ꝛ in mẽbris coit⁹. Cum eniꝫ in actu coit⁹ necessaria sit erectio per efficiẽtem cãm caliditatis: que sufficienter possit dilatare ꝛ ampliare partes vge substãtiales ꝛ in breui tpe mouere cãm mãlem aut sibi proportionatam que. s. est sanguis arterialis ꝛ uenalis spũuꝫ aialiuꝫ nãliuꝫ ꝛ vitaliuꝫ multitudo ꝛ uẽtositas notabilis ꝙtitatis. ¶ Cuꝫ ergo qõlibet istoꝝ a nãli caliditate mẽbris ꝑdictis influxa a corde ualde facile moueri rarefieri ꝛ dilatari possit. patet ꝙ necessarie sunt cõcauitates in qbus talia corpora recipi ɔtineri rarefieri ꝛ dilatari possint: tales sunt porose partes virge ipsius ampla concauitas uenarũ ꝛ arteriarũ multitudo in quibus cuꝫ talis recipitur uentositas ꝛ spiritus eorum rarefactione fit virge tensio. Multitudo ğ uentositatũ in magna pte ambitus corpis inuẽta in ptibus etiã que sunt ꝑpinque mẽbris coitus est cã coitus ꝛ ɔñter gñationis. Et ecõuerso defect⁹ uẽtositatũ in ptibus remotis ꝛ ꝑpings mẽbris gñationis est cã defectus in coitu ꝛ gñatione. Et omnes isti sermones pulcherrime colligi pñt 20ª tertij. caplõ ꝑ. duꝫ inqt. Uirga enim est mẽbrũ instrale gñatũ ex mẽbris ligamentosis uenosis ꝛ carnosis. Et pncipiũ originis eius est corpus ortũ ex carne pectinis ligamẽtali: ꝛ est plurime ɔcauitatis lateꝙ uis sit gñatum in plurib⁹ dispõnibus cooptuꝫ: ꝛ ideo cum ipm iplet uentositate fit erectio. Et infra in eadẽ fen. caplõ de diminutiõe coitus inqt. Et scias ꝙ erectionis causa est uentositas ꝑcedens a spermate: aut nõ a spermate: sed supple a toto corpore ꝛ partibus propinquis iam declaratis. ¶ In hoc aũt tractatu nõ curaui oñdẽ quõ in coitu ꝛ gñatione nocumenta ɔtingant ꝑpter egritudines uesice ꝛ colli eius. Hec enim in alio loco per me bene iã declarata fuerunt. ¶ Et patet etiam ꝙ si nocumentum accidere potest in mẽbris generationis per colligantiam ad remota membra manifestum erit ꝙ propter nocumẽta essentialia uesice magnifice ledi possunt membra coitus: quoniã uesica est eis colligata non solum colligantia situs uel ꝑpinquitatis sed colligantia ꝑuenientea ligamentalib⁹ neruosis ꝛ musculosis partibus. ut patet intelligenti per ea que scripta sũt. ¶ Ex quorum omnium fundamento iam apparet quãtã oportet habere speculationem in declarando ꝛ explicando nocumenta coitus ꝛ generationis que omnia in predicta particula declarata sunt. Et propterea nihil speculabile haberi potest quod nõ sit in predictis contentuꝫ aut ad ea reducibile: ꝛ tunc est finis particule hui⁹ tractatus.

¶ Caplm de rectificatione coitus.



Oportet inꝙ discurrere per regimen ad rectificationē coit⁹ diminuti. ¶ Pro cui⁹ declaratione ꝓmittēdū ꝑ ꝙ cū lapsus sit frigidus ⁊ hūidus mālis: ut in ꝑma ꝑticula hui⁹ declaratuꝫ est: necesse est ut intēdat ad ipsi⁹ regimē ꝑ euacuātia mām digerētia ipam: ⁊ rectificātia mēbra gñationis reducentia ipsa ad temperamentum satis ꝯueniēs. ¶ Premittēdum 2° ꝙ tam canones ⁊ instr̄a euacuādi materiaꝫ ꝙ̄ digerendi ipam patent supra in caplo ubi descripte fuerunt euacuationes tpe ueris ⁊ autūni ꝯuenientes. ¶ Premittendum 3° ꝙ regule ⁊ instrumenta rectificationis male complexionis membroꝝ generatiōis possunt accipi ex his que nunc dicētur immediate. ¶ Premittēdū 4° ꝙ aliqua sunt que euitari debēt a quocūqꝫ hn̄te diminutionē coit⁹ siue ꝓcedat a caliditate siue a frigiditate siue ab aliqua de numero septē causaruꝫ diminutiōis coit⁹ que in hoc cap̄ seriose declarata fuerūt. ¶ Et ꝑmū qdē hoꝝ est ꝙ hn̄tes diminutionē coitus dimittat multā replōnē stomachi: ⁊ nauseatiuā satietatem que ꝓuenit ab ea ad hoc ꝙ stomachus reddat alleuiatus ⁊ ad ꝯuenienti⁹ digerēdū. ¶ Secūduꝫ ꝑncipale est potus aque frigide. est eniꝫ res nocibilior eis. 20ª tertij. caplo de cura diminutionis coitus. ¶ Tertiū ꝑncipale est ꝙ euitent oīa nutrimēta uehemētis caliditatis ⁊ siccitatis, talia eniꝫ ꝓducūt uehemēter resoluendo corpus ad uehemētem siccitatē sanguis bn̄ cocti qui deberet esse mā̄ spmatis: ⁊ resoluūt ⁊ exiccāt spūs ⁊ uētositates que debebāt ꝯcurrere ad erectioneꝫ. Talia aūt sunt sicut rutha: maiorana: rutha syluestris: marmacor: ⁊ est gallitricū: uel saluia domestica: ciminū: semē agni casti ⁊ siꝉia. ¶ Quartū ꝑncipale est, ꝙ euitentur īfrigidātia uehemētis exiccationis: q2 cōgelāt spiritus ⁊ materiā spermatis ⁊ claudūt vias trāsitus eoꝝ: ⁊ ꝓprie qn̄ sunt exiccatiua: tunc enim cōtrariant duobus ꝑncipijs. vite ⁊ augmēti coit⁹ qui vigorat per calidū ⁊ humidū. Talia aut sunt sicut letes: xilocarate ⁊ sunt carubie: sumac: miliuꝫ solatruꝫ ⁊ similia. ¶ Quinto euitentur acetosa quoniam sūt frigida ⁊ plurimum exiccatiua propter causas dictas. ¶ Sexto iterū dimittant stiptica oīa: aut q2 talia sunt uehemēter cal'a, ut patet in atramēto: aut uehemēter frida ut patet in galla quercu cypresso ⁊ balaustia: aut q2 sunt uehementer exiccatiua, ut patet in sandaracha: aut q2 hn̄t stipticitatem ualde potentē resoꝉoni ꝯiunctā. ut patet in calidis ⁊ siccis in fine tertij gradus substātia terreis ⁊ solidis. ¶ 7° euitent etiā oīa stupefaciētia instr̄a siue sint frigida ⁊ sicca sicut opium: cāphora: iusquiamus: ⁊ mādragora: siue sint frigida ⁊ hūida sicut nenufar: psiliū: ⁊ lactuca: ⁊ ꝓpter hāc cām papauer licet sit de stupefacientibus: q2 tn̄ leuiter hoc facit non ꝓhibet eius applicatio. 2° iteꝝ q2 in eo est piguedo quedam uētosabilis que iuuat ad erectionē. Unde 20ª tertij. ꝑallegato caplo, lꝫ in semine papaueris sit parū stupefactionis: tn̄ eius pinguedo ⁊ qꝺ ipm cōmouet uentositatē succurrit ei. s. coitui diminuto ⁊ addit super ipsuꝫ. ¶ Octauo euitet mult⁹ diureticoꝝ usus: siue q2 diuertunt mās a membris coitus: siue ꝙ acuunt ⁊ exiccant eas ⁊ spiritus: uꝉ quia debilitāt organa delationis spermatis. ¶ Nono euitari debet coitus cuꝫ muliere egra siue egritudo sit cōploꝛnalis calida: neqꝫ resoluendo ⁊ exiccādo debilitet: siue egritudo fuerit frigida: ⁊ debilitet ꝯgelādo: siue egritudo fuerit cōpōnalis ut fortis oppilatio ⁊ apā in mrice uel collo eius que debilitant ūgā resistētia sui: aut q2 fuerit egritudo compōnalis ut excoriatio mricis partium eius: aut ragadie. i. fissure ulcerose in ea: aut alia ulcera que virile membrum inficere pn̄t. ¶ Et ꝓpter hanc cām tales hoīes euitare debent copulā cum uetulis. frequēs eni ꝯtactus earuꝫ debilitat virile mēbrū. ¶ Siꝉr ꝓpter idē fundamentuꝫ effugiāt isti tactū puellarū que nondum ꝑuenerūt ad etatis complemētum: angustia eni viarū in talib⁹ debilitat mēbrū eius q conatur ⁊ studet sepe deuirginare eas. Unde gt coire cū muliere que nondum uenit ad etatem perfectam: ⁊ adhuc est virgo deducit ad debilitatem mēbri virilis: ut iā dictū est. ¶ Adhuc etiā hn̄tes diminutionem coitus euitare debēt aspectum eoꝝ qui īmūde ⁊ inhoneste: aut ꝯtra legē coeunt: aut coire soliti sunt: imo etiam effugere debent eos qui sermocinantur ⁊ qui scribūt de inhonesto ⁊ vituꝑato coeundi modo: oīum enim taliuꝫ impssiones facte in aīa mouent abominationeꝫ coitus intantum ꝙ qn̄qꝫ ex impssionibus talibus in aīa receptis multi destiterunt coire ⁊ fuerunt mēbra coitus tandiu ab eius exercitio priuata ꝙ nunꝙ̄ aut nō nisi cuꝫ magna difficultate deinceps coire potuerunt. Hec omnia in sūma euitari debent ab eo qui habet diminutionem coitus a quacūqꝫ cā contingat ipm ꝓuenire. ¶ Premittēdum 5° ꝙ instr̄a quibus vigorantur hoīes in coitu diminutionem hn̄tes sunt diuersa: aut eniꝫ sunt cibi cibales: aut cibi medicinales: aut medicine: aut q̄tuor sunt instr̄a a specifica ꝓprietate hoc efficientia. ¶ Et de numero istoꝝ instr̄oꝝ meliora ⁊ magis eligenda sunt ea que tenent se ex ꝑte ciboꝝ cibalium si per ea cura cōpleri poterit. talia eniꝫ cōueniūt multipꝉr. ¶ ꝑmo q2 vigorāt v̄tutē que nō ꝯsistit ⁊ ꝯseruatur nisi in nutrimēto bono. ¶ 2° q2 tales cibi reponūt ꝑteꝫ mālē. s. sāguinē laudabilē qui est mā̄ spmatis. ¶ 3° q2 ex eis gñatur amplior ⁊ melior spūum ꝙ̄titas. ¶ 4° q2 non tollit ab eis multitudo uētositatis que est erectiōis mēbri cā sufficiens: ut supra declaratū est. ¶ Talia ḡ instr̄a sūt que penitus in hūanū corpus opant a mā nullū gradū q̄litatis ꝑme uel scḋe manifestū reponentia. ¶ Panis laudabilis ⁊ vinū subtile dulce ꝯuenientis potentie. ¶ Et carnes laudabiles ut pulloꝝ fasianoꝝ ꝑdicū: ⁊ caro vituli lactentis capreti annualis agni ⁊ teneri castrati ⁊ vitelli ouoꝝ. Et reliq̄ que supius declarata sunt in regimie per cibos ⁊ potus. ¶ Scḋi v̄o gn̄is instr̄a sunt sicut illa que multā partē sanguinis ⁊ nutrimēti reponūt cū pauca tn̄ alteratione per q̄litates ꝑmas ab eis facta sic eēt panis ordeaceus: ⁊ vinū ponticū acre acutū uel notabiꝉr fumosuꝫ: ⁊ carnes lepoꝝ ⁊ cuniculoꝝ colūboꝝ: ⁊ siꝉiuꝫ: quoꝝ est alteratio cū frigiditate ut leporis: cū humiditate multa ut agnus ⁊ cuniculus: cuꝫ caliditate magna: ut pulli columboꝝ: ⁊ sic de alijs. ¶ De numero v̄o eoꝝ instr̄oꝝ que sunt in tertio gn̄e ⁊ magis alterāt ꝙ̄ nutriūt magna diuersitas a sapiētibus in scriptis repitur: quoꝝ alique sunt medulle: alique cortices: alique succi: alique gūme: alique radices: alique aque: alique sunt fructus alique sunt olera: ⁊ alique sunt aīalium partes. ¶ Que v̄o in ꝑmo loco posita sunt augmētant coitum multis de causis: aut q2 sunt uētositatuꝫ māliter generatiua: ut semē napi lupinus: eruca: baucia: semē melonis: ⁊ siꝉia. ¶ Scḋo efficiunt hoc q2 apitiua mēbroꝝ spermatis dilatatiua ut sparagus: semē raphani: urtice: apij: petroseꝉ. ¶ Aut 3° iuuant q2 dissoluūt mām ⁊ spma in vijs igrossatū ⁊ ꝯgelatuꝫ: ut grana alkerua carui ⁊ pip lōgū. ¶ Uꝉ 4° iuuāt ad illud actuali uel potētiali lenificatione earū ꝓpter quā mās ⁊ vias fluxibilitati paratas efficiūt ut semē lini: fenugrecū: grana açelini ⁊ ꝯsiꝉia. ¶ Hec igit in summa ꝯtēplāda sunt ut vnumqꝺqꝫ ipsoꝝ ad suā cām ꝯ̄riam remouēdam conuenienter approximet: ⁊ sic de oībus alijs sequētibus intelligēdum est. ¶ De granis v̄o est granū ben a sapiētib⁹ approbatū: calidū eni est ⁊ humidū in 2° ut pꝫ in aggregatore Serap̄. in ꝓprio cap̄ scribēdo ben per simplex e: ⁊ nō per duplex. grana etiā açelini uel grana canapis: ⁊ cicer: ⁊ fabe: ac faseoli sunt hui⁹ gn̄is. ¶ Cortices v̄o qbus utimur sunt sic macis. In oī fere dispōne ꝓpter tēperiē suā tenet eni locuꝫ corticis: sic cortex in recēti auellana: ⁊ cinamomū in dispōne frigida ⁊ humida qualis est uestra: ⁊ sic de alijs. ¶ Que v̄o tenēt locū fructuum ⁊ granoꝝ sunt sicut fistici ⁊ grana pini: ⁊ grana viridia: ⁊ sunt semina albotin: ⁊ amigdale dul. ⁊ tribuli marini: ⁊ ꝯsiꝉia: ut lingua auis: ⁊ est semen fraxini ⁊ relique medulle istis proportionales. ¶ Gūme v̄o uel succi sunt sicut assa fetida in dispōne frigida ⁊ humida: dragagantum, ⁊ gūmi arabicū in dispositione calida ⁊ sicca: ⁊ sic de alijs

¶ Radices ad hanc dispo͂nez utiles sunt ille p͂ncipal'r que cum sua caliditate mãliter sunt etiam uentosabiles: sicut est testiculus vulpis. i. satyrion cum spe͂bus suis ⁊ pp͂rie radix eius que mollis est. Illa eni͂ que sicca est semper est diminutiua in coitu ⁊ coitui aduersat'. Recens v͂o est uehemẽtis potẽtie ad faciẽdũ erectionẽ: ⁊ de melioribus istoꝝ est secacul ⁊ est Iringus duarum spe͂rum potens ualde ad erectionem virge ⁊ napi. ⁊ baucie domestice ⁊ cepe assatum ⁊ radix cardi ma. ⁊ piretrũ recẽs: ⁊ omnes species hermodactiloꝝ recẽtiũ sunt ad o͂ia predicta ꝯuenientes. ¶ De aq͂s v͂o ⁊ pp͂e medicinalib' laudant' aque ferree: ⁊ hoc itelligẽdũ est ubi ꝯtingat nocumẽtũ in coitu uenire. ppter lapsũ hũidũ: tales eni͂ aque bibite uel exteri' applicate potẽter exiccãdo ad hãc itẽtionẽ iuuant. Aqua aũt sublimatio͂is baucie domestice: radicis irigini: ⁊ oĩuz spe͂ꝝ satyrio͂is in cibo ⁊ potu posite mirabil'r iuuãt. ¶ Fruct' iuuãtes ad hãc dispo͂nẽ ꝫ ꝓptem tacti sunt supius. Sꝫ amigdale: fistici: pinee: auellãe: ⁊ ꝯsilia: ꝫ iter ꝯreliq͂s ficus recẽtes utiles existũt: ⁊ dactyli bene maturi nisi aduerset' oppillatio: ⁊ vue recẽtes ⁊ pp͂e albe ⁊ dulces ꝯueniũt. ¶ Olera v͂o ꝯueniẽtia sũt: sic eruca: fenicl's herba baucie: dauc': sisam': fenug. recẽs ⁊ herba tribuli marini u'l fontalis. ¶ Deide iterũ iueniunt' instr͂a coitũ vigorãtia que sumũtur ex aĩalib'. ¶ Et de his quedã que exteri' ministrãtur ⁊ corpi appẽdunt' uelut scribit a Rasi qui dicit q̃ fel ursi alligatũ femori ho͂is facit ip̃z coire. ¶ Dicit' etiaꝫ q̃ cauda lacerti ab ho͂ie portata facit coire potenter. ¶ Et nodus spine stinci spine ho͂is alligatus reddit ip̃m vigorosum ad coeũdũ. ¶ Kiranides aũt subdit q̃ lapis iuẽtus in dextro laterunculo stinci appensus collo excitat coitum. ¶ Sil'r extremitas testiculi vulpis appẽsa facit tensionem uehementem. ¶ Et scribitur mirabile q͂d a fidedigno habui q̃ si iungantur aures hirci cuꝫ oleo sp͂ma tĩçabit potẽter si ergo colligat' sp͂ma illud ⁊ ex eo inũgat' v͂ga ho͂is tẽsionẽ facit inexpugnabilem a muliere quaq͂ꝫ. ¶ Auic' v͂o 20ᵒ tertij. duo mirabilia scripsit ad hanc intentionem eoꝝ. s. que currũt cursu ꝓprietatis in augmẽtãdo coitũ. ¶ Et p͂mũ est ut accipiat' v͂ga tauri ⁊ exiccetur in tegula calefacta: deinde puluerizetur ⁊ hui' pulueris q̃titas ponat' sup oua sorbilia: ⁊ est res uerificati iuuamenti ⁊ pp͂e q͂n q̃s utit' eo frequenter. ¶ 2ᵐ v͂o mirabile est q̃ accipiat' coagulum cameli masculi iuuẽculi ⁊ dissoluatur de eo q̃titas ciceris cum duabus tertijs aque uel. ℥. viij. ⁊ bibat duodecies añ uoluntatẽ coeũdi: que q͂dem duo vident' cũ sua ꝓpetate ꝯueniẽtius iuuare coitum q̃ ista que exteri' administrant'. Uerũ de numero ꝑtiũ aĩaliũ iste ꝯueniẽtius iuuare videntur que opantes a mã in humano corpe sanguinẽ multũ vnctuosũ uentosabileꝫ gñantia sunt: uelut pisces pui Aspratiles no͂iati qui hñt squammas solidas ut carpiones: lucij: torrentiue: uarioli ⁊ consil'es: ⁊ oua recẽtia galline ꝑdicis ⁊ colũbi: ⁊ cerebra pulloꝝ pinguiũ: anatis: arietis: galliaꝝ: ⁊ siliꝫ: ⁊ gñalactis supius no͂iata ⁊ laudata ⁊ oua sorbilia frequẽtata ⁊ pp͂rie cũ sale stinci aut cuꝫ puluẽ carniũ ei' exiccataꝝ. In his quidem o͂ib' est potẽtia magna excitãdi ⁊ vigorandi coitũ. ¶ De cõpositis tria sunt mihi exp͂ta ⁊ subliminiora iter cetera alia que nũc scribo. p͂mũ est istud. ℞. dactyloꝝ pinguiuꝫ numero. xxv. fenugreci. ℥. ij. coq͂ntur in lib. vj. aque usq͂ꝫ ad ip̃oꝝ dissolo͂nẽ: deide extrahant' ossa a dactylis ⁊ terant' sil' ultimate cuꝫ fenugreco ⁊ lib. ß. mellis dispumati ⁊ bñ cocti: fiat el'ũm: in cuius fine appo͂nẽ soleo. ℥. j. pulueris radicis satyrio͂is. De hoc g͂ el'uario exhibẽ soleo. ℥. ß. p duas horas añ cenã: ⁊ tãtũdẽ ex eo per duas horas post cenã cũ cyatho ß. vini al. dul. ⁊ est medicina efficax ⁊ cõplete securitatis. ¶ 2ᵐ est ꝯfectio de medullis descripta ab Auic' 20ᵒ tertij. ubi inquit. Et de medicis bonis est confectio de medullis ⁊ colligatur ibi. ℞. amigdalaꝝ dul. auellanaꝝ excorticataꝝ granoꝝ fisticoꝝ: ⁊ naregil: q͂d apo͂ ueronenses uocat' futra sinuz: nucleoꝝ: pinee: granoꝝ alkekil: g͂noꝝ açelini: granoꝝ viridiuz. añ. ℥. ß. neberemisch. pipis lõ. ƶinci. añ. ℥. ij. terantur omnia ultimata ꝯtritio͂e: ⁊ cũ lib. ß. penidiarũ dissolutaꝝ ⁊ coctarũ cuꝫ vino albo dul. fiat el'uariuꝫ. de isto ergo el'uario ante prandiuꝫ ⁊ ante cenaꝫ comedat' ad quantitatẽ oui vnius: ⁊ est in eo iuuamẽtuꝫ efficax ⁊ sine pi͂culo. ¶ Tertiũ medicamen ⁊ cognitiue descriptio͂is exptum: ⁊ bñ secuꝝ est el'uariũ diasatyrion: q͂d ꝫm meliorem descriptionẽ in uẽtuꝫ est positum a Nicolao in antidotario suo q̃ in alijs locis: cuius usus esse debet sic p͂mi p͂cedẽtis. De nũero istoꝝ tria hec sunt que meliora ⁊ securiora reperiri potui iter cetera.

¶ Capl'm ultimũ de memoria quorũdam medicaminum ad diuersa membra lesa ⁊ accidẽtia conferentium. Et primo de confortandis omnibus virtutibus cerebri.



Licet ex his que supra tacta sũt in ꝑticula 3ᵃ. cap̃ꝫ de regimine hui' viri per euo͂nes in uere ⁊ autũno faciẽdas: ⁊ ex eis que u'r visa sunt in q͂nque capl'is p͂cedẽtib' possit haberi ingeniũ ꝓuidẽdi accidentib'. x. que in p͂mo caplo͂ huius op͂is posita molestare solẽt virũ istũ: tñ in hoc caplo͂ fiet memoria quorũdã instr͂oꝝ simpliciũ ⁊ cõpositoꝝ que laudata sunt a sapientibus ꝯferre ad diuersa accñtia que in hoc viro apparent. ¶ Et p͂m q͂dẽ instr͂m est ut accipiat'. ℈. j. ambre electe: ⁊ ligni al'. 4ᵃ ps. ℈. j. de q͂b' per se diligẽter tritis cũ vino aromatico forment' pil'e p̃ro oĩ. ℥. viij. de q͂bus oĩ sero per duas horas añ cibum deglutiant' due. Est eni͂ in eis iuuamentum magnuꝫ per me exptũ ad ꝯfortãdum cerebrũ ⁊ vigorandũ sensus omnes ⁊ ad acuendum virtutes eorum. ¶ Cõpositũ v͂o el'uariuꝫ ad hoc est el'uarium de ambra descriptione Mesue in antidotario distinctio͂e p͂ma de quo accipiat in aurora. ℨ. j. ß. cum. ℥. j. aque maiorane calefacte ⁊ tardet cibum post ad minus horis quatuor.

¶ De molestia in profunditate somni.

Remediuꝫ principale correctiuum accñtis q͂d est molestia in pf̃udo somno est hoc. ℞. castorei electi. ℨ. j. staphisagrie: costi. añ. ℈. ß. aceti. ℥. j. ß. cucumeris asinini. ℥. ij. terant' sil' miutissima ꝯtritio͂e. Et de isto actu cal'o iungat totũ caput in sero q͂n uadit ad lectũ. ¶ Secũdũ remediuꝫ appropatuꝫ ad hoc est ut mane añ prãdiuꝫ ⁊ ante cenam per horam. j. ß. ⁊ post cenã fiat fricatio sub lingua eius cum modico metridato antiquo: hoc enim distrahendo materias a capite a somno profundo excitat ⁊ securat ⁊ proprie si eius usus frequens existit.

¶ De cursu lachrymarum.

Tertio accidenti. s. cursui lachrymarũ experta habeo hec duo remedia. ¶ p͂mũ est hoc. ℞. myrre. ℨ. ß. lapidis ematitis. ℨ. j. succi tenerri maꝝ ꝑtiuꝫ rubi: ⁊ extremitatũ plãte rof. añ. ℥. j. misceant' sil' i ampulla ⁊ clauso orificio ei' bulliãt in caldario aque bulliẽtis usq͂ꝫ ad ꝯsũptionẽ medietatis: deide colet' ⁊ ponat' gutta vna actu frigida saltẽ q̃tuor vicib' in die in oculis. ¶ 2ᵐ remediũ est ut frõs ⁊ tẽpora ei' sepe liniatur aut saltẽ in sero ⁊ leniter fricent' cũ succo rosato

¶ De nocumẽto olfatus.

Quartũ accñs cui ꝓuidẽdum est. Est nocumẽtũ olfatus cui ꝯscribo duo appropata remedia. ¶ p͂mũ. ℞. succi maiorane. ℨ. j. ß. ambre electe. ℨ. j. arthanite. ℈. ß. terant' simul in mortario subtilissime ⁊ ponantur in ampulla stricti orificij ⁊ exponatur soli: ⁊ de isto succo actu tepido mane ante prandiuꝫ sepe attrahatur per nares: aperit enim potenter vias olfatus ⁊ vigorat ipsum. ¶ Secundum remedium est ut frequenter olfaciat puluerem maiorane cum quarta parte pulueris de origano.

¶ De debilitate in motu ꝓgressiuo.

Quintũ accñs. s. debilitas in motu ꝓgressiuo fundamẽtuꝫ accipit curatio͂is ex his que scripta sunt supra cap̃ 3ᵒ hui' tractat'. ⁊ cap̃ 2ᵒ ⁊ 5ᵒ. ꝫꝫ h appo͂it hoc remedium leue ⁊ multe utilitatis: ⁊ est ut eger sepe lauet crura sua cum lixiuio decoctionis bacarum lauri: ⁊ granorum peonie excorticatorum.

¶ De fluxu emoroidali.

Tertia vo intẽtio ꝑmissa laborabat ad materierũ digestionẽ que cuꝫ infrascriptis instrĩs cõpleri põt. ¶ Quoꝝ primum est hoc. ℞. aque capilloꝝ ueneris: aque milij solis: aque hysopi. añ. ʒ.j.ſ. misce ꝛ calide assumant̃ i aurora: post que tardet̃ cib° horis quatuor. Capillus eniꝫ ueneris respicit pectus cor ꝛ vias urinales. qui lꝫ temperatus existat. tñ est tante ꝑuocationis ꝙ de eo scribit Auerrois q̃nto colliget. ꝙ erat prouocatiuus in 3° gradu. Miliũ solis aũt respicit epar stomachuꝫ splenẽ ꝛ vias urinales digerẽdo mãs ĩ eis. Hysopus est de melioribus medicinis capitalib° pectoralib° stomachalib° epaticis ꝛ spleneticis ꝛ aduersant̃ flegmati ꝯuenienter in digerẽdo ꝛ distrahẽdo ipm a mẽbris illis. ¶ 2m vo digestiuũ delectabilius illo esset hoc. ℞. syrupi de hysopo. ʒ.j. syrupi cõpositi acetosi ʒ.ſ. aque feniculi absinthij ꝛ apij añ. ʒ.j. misce ꝛ totuꝫ calidũ exhibeat̃. ¶ 3m digestiuũ ꝯueniẽs est hoc. ℞. spẽrum dyacinamomi: spẽruꝫ electuarij de ligno aloes ꝛ dyamuscì dul. añ. ʒ.j. çuc. scõe decoctionis: q̃ calidius est: tabarçet. ʒ.v. cũ aqua betonice fiat ꝯfectio in rotulis duarũ. ʒ. de quibus semp vna imediate añ cibuꝫ ꝛ altera post ipm. ꝛ tertia in aurora accipiat̃. Tales eniꝫ ꝯfectiones lꝫ nõ sint liq̃ditate sua adeo facile penetrãtes ad remotas ꝑtes: nõ minori tñ ꝟtute digerẽ pñt mãs. ꝑpter morã quã trahũt eisqꝫ cito penetrãt. Et fortassis ista fuit cã ꝑpter quã illustres viri ueteres mãs digerebãt cuꝫ ꝯfectionib°: electuarijs: trociscis: ꝛ pul. quos pul. arabici ueteres noĩant viur: ꝛ greci noĩant eos suf. Nos vo itali medici noĩamus eos trageas. ¶ Et iterũ quartum digestiuũ est hoc. ℞. trociscoꝝ de spica descriptione Ras. 9° Almãsoris. trociscoꝝ de eupatorio descriptione Auic. 5° canoñ. añ. ʒ.j. cũ succo absinthij formentur trocisci ꝛ exiccent̃ in vmbra: de q̃bus cuꝫ exiccati fuerint det̃. ʒ.j. in potu post ultimã ꝯtritionem eoꝝ cum. ʒ.ij. aque maiorane uel betonice. Et si patiens timeret abominationẽ uel amaritudinẽ: tũc ex eis puluericatis forment̃ pil. v. uel. vj. ꝛ accipiant̃ in aurora. Ego aũt ex eis exhibere soleo pillulas tres per horã vnã ante prãdium ꝛ totidem ante cenam ꝛ q̃nque ex eis offero in aurora: ꝛ ita ꝯuenientur: ꝛ sine nocumẽto digero mãs febriũ ꝛ oĩum egritudinũ. ¶ Similiter etiã digeri possunt mãe ꝯueniẽter per administrationẽ electuarioꝝ mollium: sicut erat antiquoꝝ ꝯsuetudo. ꝑpter qd̃ optia eẽnt eluariũ dyãbra noĩatũ dyamuscũ dulce dyacinamomũ aromaticũ rosatũ descriptiõe Gabriel. dyacalamẽtuꝫ dyairis ꝛ eluariũ de gẽmis: ꝛ eluariuꝫ de ligno aloes descriptũ ab Auic. 5° canoñ. summa ꝑma. hec enim oĩa ꝯuenientia sunt ad digerẽduꝫ mãs flegmaticas ꝛ frigidas alias immersas in ꝓfunditate mẽbroꝝ quorũcũqꝫ ꝛ aromaticitate sua vigorãt mẽbra illa: ꝛ a multiplicatione supfluitatum defendũt ea. Soleo aũt ego in aurora exhibere. ʒ.ſ. simpliciter deglutitã aut saltem cum aqua calamenti: betonice uel saluie calefacta potatam. Neqꝫ timeo de eis exhibere quantitatem castanee vnius immediate uel parum ante prandium ꝛ cenam. Et video omnia prospere ꝛ conuenienter mihi succedere. Altissimi tamẽ prouidentia magis ꝙ̃ industria mea. Et hec de intẽtione digestionis ꝛ instrumentis eius talia sint.

Quarta intētio laborabat ad inueniēdum aliqua medicamina accītibus huius viri ꝯuenientia capitis grauitati ⁊ oppilationibꝰ cerebri: ⁊ spatularū ⁊ pectoris repletioni ꝯueniētia sunt hec oīa instrumenta. ¶ Pᵐ est xilobalsamū ꝯditū: de quo coclear vnū in aurora deglutiēdo comedat. Et etiā aliqd de eo accipi pōt imediate post cibū. ¶ Silr etiā huic intētioni ꝯferūt cubebe. ʒ. ul' 4. in mane masticate expuēdo supfluitates dissolutas per eas. ¶ Et radix etiā gētiane masticate optima est: si non timet eius amaritudo. ¶ Et nux muscata diu in ore retēta magnifice ꝯfert capiti ⁊ oibꝰ oppilationibꝰ cerebri. ¶ Et ꝯfectio de acoro post cibū comesta usqʒ ad mediā. ʒ. ¶ Et calamētū recens in pncipio prandij ⁊ cene comestū cū hysopo ⁊ sine illo est ualde ꝯueniens. ¶ Spatularū autē tēsioni ⁊ grauitati ꝯfert fomētatio facta cū folijs betonice calamēti: lauri: rosmarini: ⁊ similiū calidoꝝ: ⁊ inunctio ipsarū cum oleo irino calefacto: uel cū oleo de violis citrinis. Aut cū oleo de andacocha: qd adhuc melius est: uel cū oleo de pipibus ⁊ de croco. Hec oīa aut ipsoꝝ aliqua uel simplr aliqd ex eis accipiēdo solēniter conferūt. ¶ Et madefacere panos de lino in aqua vini bn expssos calefactos apponere spatulis tollit oēz earū lapsitudinē: siue per eā itelligat nocumētū in sensu uel in motu inuētū. ¶ At vo si huius viri pectus ꝯstipatū pcipiat qd apparebit per aliquā spēm dispnee. i. nocumēti anhelitꝰ eidē puidēdū est in sero apud somnū deglutiēdo. ʒ. j. electuarij de calamēto descriptione Nicolai in antidotario. ¶ Et si rauca pcipietur uox eius eadē hora deglutiat electuarij dyaris. ʒ. j. descripta ubi supra. aut saltē bibat dissoluta cū modico vini albi dulcis pcalefacti. Dilatāt enī hec talia pectus apiēdo oppilationes eius: dissoluēdo mās: ⁊ puocando sputum. ¶ At vo si motus tremulus cordis adesset tūc accipiatur pul. çedoarie. ʒ. j. ⁊ dissoluat cū aqua decoctionis croci: ⁊ fiat ex ea linimētū sup mamilla sinistra. Zedoaria enī cōfert tremori cordis uehemēter ualde ⁊ ppe a frigore ⁊ frigiditate facto. Si aūt stomachus eius nausearet ⁊ abominationē hēret: tunc ꝯferūt eidē pillule suprascripte in intētione diuersionis ⁊ electuariū de xilobalsamo supra statiꝫ positū. ¶ Et optimū instrm est ad hāc intētionē inunctio ex oleo nardino cū puluere ameos facta: in qua etiā infundant cotū uel lana ⁊ stomacho actu calida superponant. ¶ Si aūt pciperet in epate oppilatio per tēsionē ibidē representatā: tūc ꝯueniens instrm de localibus ad ex est eupatoriū recēs calefactū fomētando ipz epar sub hypocūdrio dextro. ¶ Aut det. ʒ. j. trociscoꝝ de spica cū. ʒ. j. aque absinthij pcalefacte. ¶ Aut saltē eidem exhibeatis in aurora electuarij de ligno aloes. ʒ. j. ß. cū. ʒ. ij. aque iris aut capillorū ueneris calefactis. ¶ Dolori vo renū eius si supueniret puidēdū est fomētando eos cū paritaria recēti calefacta: aut cū furfuribꝰ ⁊ milio. ¶ Et melius illis est fomētū factū cū serpillo recēti calefacto ⁊ renibꝰ applicato ⁊ est de exptis meis. ¶ Et scio etiam ego ꝙ tales dolores ꝯuenienter aufert offerre. ʒ. iiij. aque capilloꝝ uene. calefacte cū medio. ℈. croci. cū in aurora exhibent. ¶ Et expientia certificatus sū ꝙ exhibere. ʒ. j. tyriace Andromaci cū. ʒ. j. ß. aque eupatorij est ualde ꝯueniens: ipsa enī ꝯfert doloribus renū ex pluribꝰ causis aduenietibus ⁊ pluribus etiam modis iuuamēti in 5ᵒ canon. summa pma de laudibꝰ tyriace colligēdū. Hec in summa vident mihi sufficere pro intētione quarta eligēdi medicinas nōnullas ꝯueniētes accītibus ꝙ pluribus molestātibus hūc virū: neqʒ existimādū est ꝙ hec oīa uel eoꝝ plura simul ꝯfundi debeant. Sed sapiēter intelligēdū est. Nequaꝙ enī esset possibile tot ⁊ tāta medicamina cōfusa administrare. Cū neqʒ virtus pati posset eoꝝ opationem: nec illa ꝯueniēter actuare posset.

Pro qnta vo intētione pncipali apienda describat ꝑ hoc cōpositū. ℞. agarici electi. ʒ. j. hermodactiloꝝ. ℈. ij. turbit albi leuis ⁊ gūmosi. ʒ. ß. çinçi. ℈. j. salis gēme. g. iij. dyagridij. g. ij. puluerizent hec oīa per se ⁊ misceant in. ʒ. iij. aque eupatorij per diem nālem. post hec calefiāt ⁊ cōmisceant ⁊ fiat eoꝝ colatura cū expressiōe forti ⁊ illi colature addat çuc. ʒ. ß. ⁊ totū hoc calidū bibat obseruādo post illud regulas in ꝑ minoratiuo descriptas. ¶ Si vo eger abominaret hāc infusionē tūc exhibeant ei pillule iste. ℞. pil. fetidaꝝ. pil. de agarico: ⁊ de hermodactylis. añ. ℈. j. fiāt pil. vij. uel. viij. cū suc. rosaꝝ: ⁊ exhibeantur oēs. ¶ Tertiū eradicatiuū pōt eē puluis iste. ℞. turbit electi pulueris hermodactyloꝝ añ. ʒ. ß. dyagridij granū vnū çinçiberis anisi ameos liquiritie añ. gra. v. puluerizentur oia per se ⁊ cōmisceant. ⁊ totus hic puluis bibat cum. ʒ. ij. aque eupatorij çuccarate ⁊ calefacte obseruādo post hoc modos in alijs euacuantibus obseruandos ⁊ descriptos. ¶ Si aūt eger desideraret accipere electuaria: tūc conueniens erit electuariū indum electuarium de dactylis ⁊ de dyafinicon nominatum electuarium elescof descriptione Mes. in antidotario. Et plura alia que hic ppter breuitatem pertranseo cum predicta bene sufficiant.

Pro sexta vo intētione expediēda pmittēdū ꝑ ꝑ plurima illoꝝ que scripta sunt in intētione pma de minorātibus. in intētione 3ᵃ de digerētibus in intētione 4ᵃ de ꝯferētibus ad accītia diuersa ad hāc intētionē adaptari possunt. Quis enī dubitat ꝙ minoratiua: digestiua: correptiua accītiū ⁊ eradicatiua medicamina sufficiēter corrigē possūt malā cōplexionē frigidā ⁊ humidā huius viri: uerū adhuc inueniunt plurima a sapiētibus laudata. ¶ Primū est usus tyriace Andromaci propter multas cās: ⁊ pprie qꝛ ipsa ꝯfortat calorē innatū 5ᵒ canon. ubi supra. ¶ Scdm vo est usus metridati. ¶ Tertiū est usus electuarij dyātos. ¶ Quartum est sotyra magnū: idest electuariū noiatū sotyra: idest saluatrix. ¶ Et qntū est electuariū alchechengi magnū. ¶ Et sextū est electuariū dyalacca. ¶ Et 7ᵐ est electuariū dyacurcuma noiatū. ¶ Et 8ᵐ est electuariū dyābra noiatū: quoꝝ oiū accipiat a. ʒ. j. usqʒ ad duas deglutiēdo ipm aut dissoluēdo ⁊ bibendo cū aqua calida distillationis maiorane: uel rosmarini ppter cerebrū. Et buglosse uel mellisse ppter cor. Et hysopi uel prassij ppter pectus. ⁊ absinthij ⁊ menthe ppter stomachum. ⁊ eupatorij ⁊ apij ppter epar. ⁊ tamarisci ul scolopēdrie ppter splenē. ⁊ fu: meu: ⁊ capilloꝝ ueneris ppter renes: que oia aut ipsoꝝ aliqua tepida: aut paruū calida exhibeant cum aliquo de pdictis electuarijs in aurora uel per tres horas ante cibū. Hec enī sufficiēter cōplexionem hoiū a tēperamēto suo elongatam a frigiditate reducere possunt ꝯuenienter ad tēperiem consuetam. Et tu ꝯsidera pdictoꝝ virtutes pmas: secūdas: tertias: quartas: ⁊ inuenies hoꝝ ueritatem: ⁊ hec de intentione sexta.

Pro septima vo intētione pncipali iā apparet manifestū esse ꝙ oia istra que posita sunt in intētione 6ᵃ pcedēte ꝯsumē pñt ⁊ exiccare mās in pdictis mēbris remanētes. Uerūtñ scitū est ꝙ galāga est de medicinis ꝯsumētibꝰ mās frigidas in cerebro abūdantes. ¶ Et grana tria cubebarū deglutita hora dormitiōis multū etiā ꝯferunt ad hoc. ¶ Et flores rosmarini comesti post cibū mirabiliter ad hoc ꝯferūt. ¶ Et odor maiorane sicce ⁊ recētis etiā est ualde utilis. ¶ Et supaspergere pti anteriori capitis sero ⁊ mane aliqd de puluere gariofiloꝝ est potēs medicina ad ꝯsumptionē supfluitatū frigidarū capitis sicut placuit Auençoar ꝑ theisir. cap ꝑ. ¶ Ego vo nō minus iuuamētū ineni in puluerizatione pdicte partis cū puluere de electo ligno aloe facta. ¶ Prassij aūt hysopi: enule: ⁊ calamēti usus in cibis ꝯsumūt mās frigidas in pectore hñtes. ¶ Cordis aūt supfluitates exiccat ⁊ educit succus enule mellisse: saluie: maiorane: macis: croci: ⁊ çedoarie. ¶ Puluis vo camedreos: mētastri: storacis: calamite ⁊ serpilli mūdant stomachū a superfluitatibus frigidis. ¶ Splenē vo expurgant adiantum cortex capparorum

tamariscus scolopēdria & similia. ¶ Epar aūt mundificāt & in eo mās exiccant calamus aromaticus opobalsamum carpobalsamum: & xilobalsamum: & fu: meu: & aristologia longa & rotūda. ¶ Renibus vō ɔferunt grana milij solis deglutita semē apij rubea tinctoꝝ: radix ligritie: camepitheos dāpneta: & ucuen. ꝑprie & est matricaria de qua in dispositionibꝰ renū vide laudes scdo canoñ. cap̄ de ucuen. ¶ Si enim hec simplicia ɔdiunt cum cibis & ex aliqbus fiant decoctiones syru. iulep: trocisci: ɔfectiones: & tragee: & dent ad comedēdū uel ad bibedū nō est dubitādū tales posse ꝑducē opationes rectificātes ꝑdicta mēbra ɔsumentes mās in eis abūdātes: & tu ɔsidera hec esse uera per quaternas virtutes in medicinis inuētas ut supra tactum est: & hec de intentione septima bene sufficere possunt.

Consilium. 21.

De dolore capitis cōposito ex emigranea & cephalea a mala cōplexione frigida & humida capitis cuꝫ mā cum cōplicatione pluriuꝫ accidentium. que sunt. ¶ Dolor musculorū lacertoꝝ & pāniculoꝝ faciei. ¶ Nocumētū visionis. ¶ Nocumentuꝫ auditus. ¶ Nocumentuꝫ in sensibus interioribus. ¶ Profunditas somni cum grauitate capitis. ¶ Tinitus aurium. ¶ Saltus oculi. ¶ Difficultas motus brachij & manus. ¶ Instantia doloris capitis.



Dispositio huius nobilis & laudatissime dñe uxoris celeberrimi Baptiste de ualle marana si diligenter inspicit absqꝫ dubio est emigranea: qꝺ facile deduci pōt ex accidētibus multuꝫ accurate notatis subtilius atqꝫ ꝓfundius inuestigatis per clarissimos doctores Petrū Sulmonēsem: & Baptistā Uincētinū: qui huius dispositionis ueritateꝫ accurate multuꝫ rimati sunt. Et ꝑncipalis egritudo in ea est mala cōplexio frigida & humida substātie cerebri: imo totius capitis cum mā flegmatica pāniculis intrinsecis immersa: & sui multitudine per cōmissuras ad extra ꝑpulsa. tāta eniꝫ & tot accidētia nō bene saluari possunt: ut precise fiāt a mala cōplexione cerebri & pāniculoꝝ intrinsecoꝝ: ꝓpter quoꝝ colligātiam exterior pāniculus patiat. ¶ Etiaꝫ qꝛ egritudo lōga fuit lapsusqꝫ magnus rōnabiliter. coicata mala cōplexio ꝑtibus exterioribus fuit: & potuit esse cā generationis materieꝝ flegmaticarū per viā indigestionis exterius ɔgestarū. ¶ Possibile etiā est plurimū materiei effusam esse ab intus ad extra. lꝫ nō videat necessariū ꝑpter ineptitudinē trāsitus materiei per vias angustas cū sit ipsa grossa & viscosa & torpidi motus. ¶ Adhuc egritudines etiā per colligātiam. cū perseuerāt transeūt in eas que per essentiā nōiantur. ¶ Quare dolor ꝑceptꝰ in musculis mādibularū: & pāniculis ꝑtiuꝫ faciei: & in temporibꝰ & ꝓfundis ꝑtibus a mala cōplexione ꝑdicta cū ꝓfundata uentositate in eis indubie accidit. ¶ Est aūt in supficie cutis faciei stupor ꝑpter oppilationē cadentē in 2° 4° pari neruoꝝ orientiuꝫ a cerebro. ꝑpter quod sensus in istis viget partibus. ¶ Stupor aūt in brachio apparēs nō precise nocumētuꝫ in cerebro factū arguit: sed etiā coicatuꝫ ꝑ 2° & 3° paribꝰ neruoꝝ a tribus ꝑmis spōdilibus ueniētiuꝫ: ex quo facile deduci pōt cā difficultatis motꝰ brachij & manus & tremoris eius aliqñ & nōnunꝙ nocumēti eius in capiēdo & retinendo ꝓuenientis. ¶ At vō saltus in oculo ꝑncipaliter a nocumēto pāniculoꝝ cerebri ɔtingit. Deinde per ɔcauos neruos facile uētositas ad oculuꝫ pellit. lꝫ ex motibus nō nālibus cerebro & eius pāniculis aduenietibus saltus in oculo absqꝫ aliquo uapore ɔtingere possit. Et insup hoꝝ videtur accñtium dispositio fixa sinistre ꝑtis magis ꝙ dextre. Et ita per hūc terminū emigranea ꝓpius importatū ut in diuisionibus 4° cap̄ colligēdum. & in viatico absolute cap̄ 2° legi pōt. ¶ Mirabile qꝺ videt quare in opationibus sensuū exterioꝝ nocumētuꝫ diminutionis corruptionis uł ablationis qnqꝫ uł iter ɔtingit. In sensu qdē visus opationis diminutio uel corruptio ꝑturbationē importare videtur. In sensu auditus corruptio per tinnitū & fragorē itellecta. Adhuc etiā somnus ꝓfundus nō videt per se ɔsequi dispositionē hāc: cuꝫ ad ipam nō fiat necessario nocumētū in organo ꝑmi sensitiui aut rete miraculoso. Adhuc etiam ꝗre nocumētū utriqꝫ oculo ɔuenit & auri cū distincte sint ab inuicē dextra & sinistra ꝑs capitis per lineā seccātē cerebrū in duas medietates cū uētriculis eius ꝑtientē. ꝑma tertij. cap̄ 2°. interioꝝ 3°. cap̄ 8°. determinat etiā alterutranqꝫ ꝑteꝫ corporis dexterā & sinistrā dyametrū que ꝺm lōgitudinē extēdit que inter ossiū lineā que mediū cerebrū diuidit ordinata est: ad quā utiqꝫ ꝓuenit distinctio iterioꝝ duoruꝫ uētriculoꝝ cerebri. ¶ Propter qꝺ fortasse dispositionē hāc nō purā emigraneā credo: sed ex emigranea & cephalea cōpositā: terreri eniꝫ a strepitu & actibꝰ fere oībꝰ & a luminositate fere quacūqꝫ & ab his dolorē excitari tenebras & solitudinē diligē resupinationē & taciturnitatē: & silia accñtia oia que patit hec generosa dña ꝑprie vident potius sub cap̄ cephalee collocari ꝙ emigranee appropari. Reliqua vō eidē ꝑpria sunt. ¶ Hāc igit dispositionē ex kautari & ex emigranea cōpositā credo: ut de his legi pōt. 3ª primi. tractatu 2°. penultimo & ultimo cap̄. & interioꝝ 3° cap̄. ¶ Nec obstat ꝙ ouuꝫ dicat qꝛ cōprehēdat caput totū: qꝛ de cōprehensione aptitudine & nō actu itelligit: ut seipm Auic. declarat. Hec pauca scripsi clarissimi doctores ut uobiscuꝫ aliquid theorice agerem. Et qꝛ nosipsi sublimius uestro ingenio istam dispositionem inuestigādo cognouistis: neqꝫ in his mirandum: cum dispositiones ualde raro: ita simplices videantur ut per auctores capitulantur.

Et quia dispositio hec ualde uerēda videt: qꝛ lōga & fortis est: & ꝑncipali mēbro ꝑpria & accñtia multa & suspecta sibi complicat: & lapsui nāli ɔ̄ria. Ideo in regimine ipsius accelerare magis ꝙ amplius theorice indulgere decreui. ¶ Et si regimen ipsius in duo capitula partienduꝫ sit. s. nō nāliuꝫ ꝑmo: deinde medicinaliū administrationē ɔgruā ꝑmi ordinis expediendum decurram: cum sapiētibus non sit opus extendere capitula. ¶ Cū itaqꝫ dispositio ista sit mala cōplexio frigida cuꝫ mā flegmatica in toto capite neruis & pluribꝰ adiacētibus ꝑtibus coicata & coicari apta. Ideo aeris cibi & potus exercitij & aliarū regimen inclinare debet ad moderate calefaciendum & audacius exiccāduꝫ in terminis tñ instroꝝ nō transeūtiuꝫ ꝺm siccitatis gradū & caliditatis ꝑmum. Itaqꝫ aer cibus & potus artificialiter preparent. ¶ Adhuc etiam cuꝫ in hac dispositione multum inueniat ex uaporibus fieri nocumētuꝫ. In oibus talibus exterminādis & carminādis vtus immisceat moderato usu. Et ex his que nō sunt in gradu eleuata multuꝫ: hec eniꝫ talia grauant caput multuꝫ siue calida sint siue frigida: ꝑpterea qꝛ aperiunt viam uapoꝝ ad cerebrū. tertia ꝑmi. tractatu scdo. capitulo septimo.

His itaqꝫ mēsuratis ad medicinalium regimen accedēdum duxi. Cū itaqꝫ in particula patiētē & in dispositione ipsius utraqꝫ māli ɔueniamus ut alias in simili dispositione & nobili quadā ordinaui domina ut inēsi erit in. 8. intētiones diuisuꝫ. ¶ Prima est materierū ad ɔ̄riuꝫ diuersio. ¶ Scda est ipsaruꝫ minoratiua euacuatio. ¶ Tertia earuꝫ digestio. ¶ Quarta eradicatiua euacuatio. ¶ Quinta accidentium correctio. ¶ Sexta residui materierum cōsumptio. ¶ Septima est mandantium particularum rectificatio si qua sunt. ¶ Octaua capitis & neruorum confortatio.

Prima intētio fulcit per diuertētia absqꝫ manifesta euacuatiōe: uel cū his que euacuādo distrahūt. ¶ ꝑm genꝰ cōplet per fricatiōes extremoꝝ añ cibū factas iuxta illud tertij. tractatu ꝑ. cap̄ ultio. Cūqꝫ cibas patiētes egritudines capitis māles frica extrema & incipiat ab inferioribꝰ cū mediocri fricatione ascēdēdo quetāto lenior esse debet quāto capiti vicinior. ¶ 2ᵐ est in ieiunio facta.

¶ Tertiū est sola fricatio pedū. ¶ Quartū est effusio aque calide sup eis. hec eniꝫ assidue facta freqṫer resoluit sodā. pma tertij. tractatu 2°. cap x°. ¶ Quintū est pānoꝝ calidoꝝ sup extrema pō. ¶ Sextū ꝛ fortius est ligatura extremoꝝ cuꝫ strictura. ¶ Septimū est uētosaꝝ absqꝫ scarificatione positio sup domestica pte carnositatis tybiaꝝ cruriū ꝛ spatularū: hec eniꝫ oīa maximū afferūt iuuamētuꝫ caput grauatis ā mā̄imo plura eoꝝ conferunt dolori in materiali ꝛ in omni Soda cui nō ɔiungitur reuma. Et si eoruꝫ aliqua in reumatica Soda utilia forent. Que vō cuꝫ euacuatione manifestā ɔiuertūt sequēti intētione ponentur.

Secūda vō pncipalis intētio remouēdi mās complet pluribꝰ instris. ¶ Primū est ut ɔsentiente ṽtute cū habitudine ɔuenienti fiat ei flobotomia: nec error ex ea: ꝛ si nō appareant signa dominij sanguinis manifesta: qm̄ qnqꝫ humores occultant. ¶ 2° qꝛ alleuiat plenitudinē. ¶ 3° qꝛ diuertit si ɔueniēter fiat. ¶ 4° qꝛ est euacuatio cōis humores etiā a sanguine distinctos euacuans aut euacuationi disponēs. Ūn 3° practice. ultimo cap. Et si alij etiā dominent humores: tū ab ea incipimus: qm̄ flobotomia est euacuatio cōis humoꝝ. ¶ Sit aūt in hac flobotomia ɔsideratio: qm̄ si suspicamur aliqd de mēbris inferioribus sua discrasia in nocumēto coicato adhibendo uel alterādo mās in capite: fiat aptio uene illud mēbrum aspiciētis: ꝛ nō debet esse flobotomia multa sed leuis quātitatis. ¶ In qua etiā inspiciat ɔsuetudo euacuationis cōsuete iuxta quale ꝛ quātuꝫ. nā si soluerit suis tēporibꝰ debite mēstruari: ꝛ accidit uarietas in tēpore ꝛ in quātitate euacuationis flobotomet ꝑpe tēpus ɔsuete mēstruationis de saphena sinistra. ℥. iiij. sanguinis educēdo ꝫm iudiciū clarissimoꝝ doctoꝝ aut plus aut minus. ¶ Silr̄ si epar aliqd coicet in causa: ꝛ iterū si splen apiatur saluatella dextra aut sinistra. ¶ Si aūt nullum inferioꝝ membroꝝ coicet flobotomet de cephalica aduerse ptis: ut maior sit in sanguine motus ꝛ in humoribꝰ distractio etiam qꝛ debilitas ptis sinistre inuitat ad illud. ¶ Si aūt euitet flobotomiā: aut sapiētibus nō placet qbus credere debeo: tunc ad alia deueniat diuersionis instra: puocent igit mēstrua si iuuamentuꝫ sperat ex illis: ꝛ ne magna fiat alteratio cū medicinis leuioribus fiat nascale ex radice ciclaminis recētis uel ireos uel paucedani. ¶ Aut fiat ex folijs mercurialis cū musco croco ꝛ myrra. aā. g. iiij. ꝛ interponat post mediam noctem: forte aūt flobotomia excusabit ab istis. ¶ Tertium instrm̄ est puocatio emoꝛroidaruꝫ facta cum fricatione folioꝝ ficus aut pāno bisello aut seta tamisij aut alia re aspera: aut cuꝫ vngue scalpēdo aut cornua uel uētosas apponēdo super fiteri absqꝫ scarificatione. ¶ Quartū instrm̄ est uētosarū cuꝫ scarificatione positio sup domestica pte carnosa tybiaꝝ uel cruriū aut sup nates uel spatulas hac uel illa pte uel ptibus ꝫm iudiciū doctoꝝ prefatoꝝ. ¶ Quintuꝫ instrꝫ est clisterioꝝ administratio ꝛ ptes capitales euacuantium que sunt. 108. sed taliū inhibemus usum. ℞. colloquin. ciclaminis. aā. ℥. j. blete: saluie: sticados. aā. M. 5. malue: violaꝝ. aā. M. ij. Ex hac decoctione. ℞. lib. j. iere galeni. ℥. 5. hieralogodion. ℥. ij. benedicte. ℥. iij. olei irini. ℥. ij. olei lilioꝝ al. ℥. ij. salis cōis. ℥. 5. misce: ꝛ fiat clistere. ¶ Sextum instrumētum est per euacuantia ebibita: ut pillule de iera maiori. simplex eniꝫ iera hic nō ɔuenit. ¶ Soleo aūt hoc facere cum. ʒ. ij. pillularū de sarcocolla maiori aut cuꝫ pillulis lucis ꝛ de iera dando aā. ʒ. j. ¶ Aut cum infusione hac. ℞. aque betonice. ℥. iiij. agarici electi. ℥. iiij. nitri gra. iij. çinçi. ʒ. j. infusa maneant per tres dies: deinde colentur ꝛ cum. ℥. 5. penidiarum colatura tribuatur cum obseruatione in farmacijs conuenienti.

Tertia intētio pncipalis que est digestio materieruꝫ fiat cū iulep aliq̄ uel syrupo caput ꝛ oꝛta ab eo ꝛ flegma respiciētibus: ut syru. de hysopo de calamento de sticados cū aqua saluie: rorismarini: maiorane: betonice: ꝛ silibus. ¶ Spālem̄ in hoc est syrupus iste. ℞. foliorū hedē: lauri: betonice: rorismarini: ruthe. aā. M. j. origani: hysopi: pulegij: calamēti: assari. aā. M. ij. acori: sticados: artetice: hypiconis: paralisis. aā. M. iij. macis: saturegie: ireos. aā. ℥. j. sglle. ℥. 5. granoꝝ peonie: cubebarū: ameos: sisileos amomi. aā. ℥. j. Infundantur hec oīa per dies. 4. in lib. x. aque: ꝛ deinde coquant usqꝫ ad mediū. postea fortiter exprimant ꝛ colature addat pulueris çuc. lib. ij. aceti squillitici ℥. 5. coquant ꝛ aromatiçent cum galāga: ꝛ fiat syrupus lōgus ex quo dent. ℥. v. Si vō fiat plene decoctionis dentur ex eo. ℥. ij. cum aqua iris saluie betonice. ¶ Digerūt etiam mām hāc ɔfectiones magne: ut dyamuscus dyambra dyaolibanum dyacinamomuꝫ dyamacis: ꝛ similes. ¶ Adhuc etiā nō parū iuuat quies ab excellētia motuū corporeoruꝫ aīalium: ɔueniens dormitio etiā hora ꝛ quātitate ɔueniētibus ꝛ letari ꝛ bonā habere de salute spem ꝛ deo placabilē esse ꝛ nō nālium oīum rerum administratio congrua.

Quarta pmissa intētio fuerat eradicatio euacuans mām antecedētem que cōplet per medicinas per tertias ꝛ quartas ṽtutes hoc faciētes: parū vō ꝛ raro sperādo ꝛ educant mām ɔiunctā nisi in lōgo ꝛ forti usu: sed hoc ɔueniētius dicet in intētione sexta. ¶ De numero aūt oīum instroꝝ sunt pillule iā dicte: ꝛ ifusio iaꝫ dicta: que ubi pus erāt debiles ɔuertant in fortes ꝛ ecōuerso additione dosis penes ṽtutes cum leuitate ɔueniūt: ꝛ maxime pillulis de sarcocolla pciosa sunt hec: ut videt finalr. ¶ Sūt aūt plurime ꝛ expte ex antedictis medicinis: ut hieralogodion qua multas cronicas extirpāui dolores capitis ꝛ iera phaneligoris ꝛ husicus ex qnto canoñ. tractatu scdo. ꝛ do eas cuꝫ decoctione seminū peonie. ¶ Infusio solutiua domestica satis. ℞. arthanite. ℥. j. acori: peonie: nucis mus. heyl. aā. ʒ. j. agarici. ℥. j. 5. pulpe colloquintide. ℥. j. dyagridij gra. j. subtiliter omnia bene trita infundantur in. ℥. ij. aque mulse per diē nālem: deinde calefiant ꝛ colentur ꝛ expmantur ꝛ additis çucca. al. ℥. x. totum calidum exhibeat in potu leuis est ꝛ ɔueniens. ¶ Pillule etiam alefangine conueniunt aucta dosi ꝛ reliqua similia.

Quinta intētio que fuerat accitiuꝫ hāc dispositionē ɔcomitātiuꝫ correctio per administrationem prescriptaruꝫ acqritur. uerū qꝛ freqūēter debilitas partiuꝫ nālis uel accidentalis est causa fixionis ꝛ augmēti accitium. bonum est vnicuiqꝫ suo ɔuenienti prouidere auxilio. ¶ Decoctio maiorane: camomil. cū nuce muscata cū spongia optima est doloribus musculoꝝ lacertoꝝ ꝛ panniculoꝝ faciei ꝛ tempoꝝ. ¶ Nocumētum aūt visionis corrigit per comestione eufragie in omni cibo ꝛ potu. ¶ Madefacere etiā oculū omni mane cum aqua cineris est utile ualde. Et silr̄ cum urina ppria. ¶ Aqua vō decoctionis collogntide audituꝫ roborat actualiter auribus calida instillata ꝛ supponere sacculuꝫ heyl ꝛ peonie factuꝫ cum maiorana. ¶ Vigorat aūt interiores sensus tyriaca maior parum ex ea deglutiēdo. ¶ Cōfectio etiam anacardina aut plirisarcoticon optima sunt. Auferūt etiam grauedinē capitis: somni pfunditateꝫ: doloris fixionem: lotiones odoramēta facelli ꝛ plurima in tribus sequētibus intētionibus tacta. ¶ Tinnituꝫ aūt auriuꝫ ɔuenienter tollit succus ellebori nigri mane ꝛ sero calidus in eisdeꝫ instillatus. ¶ Saltum vō oculi ɔuenienter amouet madefactio bis in die facta cū lixiuio infusionis ligni aloes ꝛ cāphore in subduplo ¶ Difficultati amplius motus brachij ꝛ manus subuenit inunctio facta sup spondilibus quatuor primis colli cum oleo de lauro de rutha uel de cinamomo. ¶ Mihi aūt exptum est oleum spice per sublimationem factū. Instantie vō doloꝝ multum subuenit exhibere in sero distāter a cena satis. ʒ. j. auree alexandrine aut sotire magne aut tyriace: nec timeatur in istis. ¶ Et lixiuium factum ex decoctione peonie ꝛ brionie antiquos capitis dolores aufert ablutione cū hac facta. ¶ Ego autem in forti ꝛ lōgo dolore ca-

pitis ultimā inueni linitionē factā ex dyaltea ad q̄ libet. ʒ. eius incorporādo duo grana musci subtilissime triti ꝛc.

Sexta vo intētio pmissa residui materierū ɔsumptio quā multiplicibus adimplebimus instrumētis. ¶ Primum est flobothomia uene frontis que in casu isto predicto mihi placeret consentiente virtute. ¶ Secundum est flobothomia uene sinistre partis post aures cum euacuare ꝛ distrahere intendimus. ¶ Tertium est sectio uenarum tempoꝝ sinistre partis que omnem antiquā sodam eradicat. ¶ Quartum est positio uentosarum super loco cōiunctionum colli cum capite ꝛ cum scarificatione. ¶ Quintū est gargarisma ex hac decoctione factum mane ꝛ sero per mediam horā ante cibuꝫ. ℞. arthanite: collonqntide: aga. añ. ʒ. j. staphisagrie: piretri: costi: iris: piperis al. añ. ʒ. ß. galāge: gariofiloꝝ: çinçi. añ. ʒ. ß. macis. ʒ. j. coquanť in lib. x. aque usqꝫ ad ɔsumptionē medietatis: dein de expmēdo colenť ꝛ colature addať mellis mūdi lib. j. aceti sqlliti. ʒ. ß. ꝛ coquanť usqꝫ ad medietatē. De hac aqua accipiať pars vna aque decoctionis passularum ꝛ maiorane partes tres: ꝛ fiat gargarisma. ¶ Ad hoc etiam confert gargarisma factum ex metridato cum aqua p̄dicta. ¶ Sextū est collutio ex decoctione iris cuꝫ melle sepe facta ꝛ calida. ¶ Septimū est masticatio sepe facta cuꝫ mastice aut piretro ꝛ çinçi. simul: aut cuꝫ galāga ꝛ heyl. ¶ Octauū est caputpurgiuꝫ cū modico mumie ꝛ aque maiorane calidum aut cuꝫ succo arthanite: aut cū succo blete: ꝛ aque maiorane: sed primuꝫ melius est. ¶ Nonū est linitio super nasuꝫ ꝛ tempora in sero facta cum tyriaca uel metridato. ¶ Decimuꝫ est usus electuarioꝝ magnorum: ut tyriace metridati. ¶ Ego vo expientiam magnā habeo in ɔfectione anacardina scđe descriptionis Auic. 5° cañ. 2ª etiaꝫ ibi posita optima est. ¶ De simplicibus ad exiccādum materias capitis optima est pillula vna facta ex ligno aloes per duas horas post cenā accepta ꝛ incorporeť cuꝫ succo maiorane.

Septima ꝛ penultima intētio erat rectificatio mēbroꝝ mādantiuꝫ si que sunt: difficile tñ in cronicis egritudinibus reperiri aliqđ mēbrorum quin in cā morbi uel in augmēto accitiuꝫ nō coicet. ¶ Igiť qđ cūqꝫ fuerit mēbruꝫ lesuꝫ malitia cōplonis nālis regať sibi appropato regimine digerētium ꝛ euacuātiū: ut pluribº locis ab auctoribus colligendum. ¶ Post mūdificationem attendať ɔfortationi ut pulmoni ꝛ pectori cuꝫ enula ꝛ hysopo ꝛ croco cū dyahysopo dyacalamento dyairis. ¶ Stomacho aūt cum ameos: absinthio: amomo: mace: ꝛ mētha cum dyacinamomo: dyamace. ¶ Spleni etiam cum scolopendria: tamarisco: cortice capparoꝝ: dyamace: dyacurcuma. ¶ Epati cū spodio: endiuia: cipero: squināto cum dyarodon. dyalacca ɔfectione de seminibus cū aqua radicis ꝛ emorusia. ¶ Cordi vo cum hiacincto: smaragdo: osse de corde cerui margaritis ꝛ croco cū letificante dyamusco: trociscis de croco electuario dyambre confectione de hiacincto. ¶ Matrici cū arthemisia: matricaria: betonica cū trifaria magna theodoricon: anacardina ɔfectione de seminibus benedicta: electuario de galia muscata: ꝛ similibº ¶ Renibus aut lūbis: aut spine subuenimus cū spica dauco comestione renū aialiuꝫ lacte ouino ꝛ reliqs cum nuce ɔdita dyamace ɔfectione de seminibus bn̄dicta iustino ꝛ similibus cum oleo scorpionum nardino ꝛ similibus.

Octaua ꝛ ultima intētio erat ɔfortare caput. s. ipsiº partis vtutes. Et lꝫ hec intētio ex supradictis ɔuenientius adimpleať: aliqua tñ utilia p̄tacta in intētione sexta hic apponere mihi utile visum est. ¶ Cōfortat itaqꝫ caput ꝛ vtutes eius semen mellisse capiti superaspersum comestum ꝛ bibitū. ¶ Et spica nardi confortat cerebrū ꝛ prohibet reumatismos 2° cap. ¶ Xiloaloes ut dicit Auic. etiā cerebruꝫ ꝛ sensus ɔfortat ut supra. ¶ Similiter ambra ɔfert cerebro ꝛ sensibus. ¶ Castoreū etiam in sero deglutitū, quantū est granū ciceris est mirabile in casu isto ¶ Cinamomuꝫ etiā in cibis huic dispositioni ualde utile: mundat eniꝫ cerebruꝫ attrahendo superfluitates ex eo ꝛ ponatur in medicinis aureis Auicenne. ¶ Auellana torrefacta ꝛ comesta post cibuꝫ caput confortat. ¶ De rebus aūt ad extra approximatis bonuꝫ confortatiuū est suffumigiū factū ex laudano: ligno aloes: storace sicca ꝛ ex decoctione camomille que specialis est in hoc cuꝫ sepe caput sup. eius fumo inclinať. ¶ Eximie etiā confert capiti superpulueri çato ex puluere gario. cōmissure coronali ꝛ sagittali facta. ¶ Sacculi etiā ex speciebus dyamusci dyambre ꝛ dyaxiloaloes mirabiliter caput cōfortant. ¶ Odoriferuꝫ bonū ad istud. ℞. origani: folij ameos. añ. ℈. j. ligni aloes. ʒ. j. ß. storacis calamite: masticis: cipi. añ. ʒ. ß. ambre. ℈. ß. fiat pomuꝫ cū. ʒ. j. boni laudani: uel ligentur in pāno de sindone. ¶ Lotio bona capitis ɔfortatiua. ℞. ex lixiuio facto cum camo. ꝛ folijs hedere arboree. Aut ex lixiuio cum sapone. ¶ Trocisci boni cū quibus illiniať caput: ꝛ postea exicceť ualde ɔfortat. ℞. masticis: storacis calamite: granoꝝ catapucie: piretri: gypsi. añ. ʒ. ß. eufor. ℈. j. spice, gariof. laudani: florum rorismarini: cubebaruꝫ. añ. ℈. ij. ꝛ fac trociscos cum succo maiorane pōderis. ʒ. ij. ꝛ ex eis vnus accipiať. Omnipotens autem saluator hec dirigat in salutem anime ꝛ corporis huius domine.

Cōsilium. 22. ¶ De octo malis dispositionibº videlicet. ¶ De mala cōplexione frigida ꝛ humida cerebri cuꝫ materia. ¶ De mala cōpositione cerebri. s. de oppilatione eius coartatoria. ¶ De uertigine. ¶ De debilitate retentiue mēbroruꝫ motiuoꝝ: scilicet mollificatione ꝛ paralisi. ¶ De scotomia. ¶ De impotentia motus brachiorum ꝛ crurium. ¶ De doloribus crurium. ¶ De defedatione cutis in manibus ꝛ pedibº periodice eueniente. ¶ Diuiditur autem consilium in tres particulas.

Particula prima hec accidentia enumerando distinguit ꝛ eorum causas ꝛ signa ponit ꝛ continet capitula nouem.


¶ De uľi sermone narratiuo p̄dictoꝝ accitiuꝫ. Cap. I.



Doricus de Coloreto vir notabilis diuersis accidētibus laborat ingēter siue ipse egritudines aut accidentia nominare uolumus. ¶ Primuꝫ itaqꝫ hoꝝ est mala cōplexio frigida ꝛ humida mālis cerebri illius: siue ipsam a gñatione aut a tēpore contractaꝫ intelligere uelimus. ¶ Scđa vo ipsius dispositio est cerebri sui mala cōpositio. s. in via cadēs uel in poris ꝛ est oppilatio coartatoria uel implectoria prouenies a multitudine mucillaginosi flegmatis in predictis locis. ¶ Tertiū aūt principale accidens est uertiginosa dispositio alternatis vicibus eideꝫ eueniens. ¶ Quartū vo p̄ncipale nocumētuꝫ est debilitas in ɔtentiua uel retentiua vtute que etiā includit in se spēm corruptionis in opatione motiua ꝛ sustētatiua: ita q̄ ei appeat qūqꝫ inclinari ad cadere: lꝫ non cadat: qūqꝫ tñ euenit nocumētum ablationis in operatione sustētatiue potētie: ita ut neduꝫ inclinetur timendo cadere: sed de facto cadit. Et est locus iste punctus altissime speculationis ut videbitur. ¶ Quintuꝫ accidens p̄ncipale est scotomia dispositio: per quam ei apparet qūqꝫ uolantes muscas: ꝛ similia animalia in medium percipere uolantia uel mobilitata uarijs differentijs: que tamen nequaq̄ inueniunť in medio. ¶ Sextū nocumētum p̄ncipale est impotētia ad motus iteriores in brachijs eius fortius ꝛ in oībus cruribus minus eueniens. ¶ Septimū p̄ncipale accñs est dolor extēsiuus ꝛ contractiuus in sinistro crure eueniēs: magis tñ in musculis tybie apparens. ¶ Octaua vo dispositio p̄ncipalis est periodica pustularū cuꝫ rubore ꝛ infectione cutis tybiarū ꝛ manuū apparēs determinato tñ tēpore anni ꝛ nō in oī: qm̄ hoc ei accidit p̄cipue in uere

z in autūno. Hec in sūma est ipsius dispositio ex tam uarijs nocumētis cōplicata difficilibus: nōnulla tñ alia accidentia frequēter in mēbris alijs apparēt: ut aliquādo leuis tussis cum facili anhelitus ɔstrictione: z qnqz stomachi discrasia cū debilitate digestiue: z nō raro lumboꝝ z renum dolores extēsiui: ad quos qnqz leuiter ɔsequit̄ difficultas urinandi. Sed hec ultima quatuoꝛ accidentia z q2 leuia sunt z q2 ab eadem radice pēdentia in fieri z in cōseruari a qua pendent premissa octo accidentia: ideo non sunt multum mētem molestantia egrotantis neqz medicantis.

¶ Pricipale declarās p̄dictaꝝ dispōnū cās z signa. z p̄ mala cōplo cerebri p cās z signa ei9 declarat̄. Cap. II.



Quoniā impossibile videt̄ alicuius dispositiōis rōnalē ostēdere curā sine ipsius disticta cognitione: que hēri debet p̄mo ex causis dispositionis cuiuscūqz ꝑductiuis. Et scdo iterū ex signis vniuersalibus z pticularib9 demōstratiuis cuiuslibet egritudinis. Et 3° iteꝝ ex accntib9 coib9 z ꝓprijs vnāquāqz egritudinē ɔcomitātib9: ex qbus egritudines oēs specificant̄. Ideo in p̄missis dispositionib9 declarādis parūper est theorice cōtēplādū. Et rōnib9 z auctoritatib9 disserēdū: eo q2 iniustuꝫ est vni p alijs credē demōstratione alimētoꝝ p̄. z cap p̄mo.

Prima igit̄ huius viri dispositio erat mala dispositio frigida z humida cerebri: que aut est a generatione talis aut a tēpore: qm̄ hec diffinitio cuiuscunqz egritudines essentiam euacuat. ¶ Videt̄ aūt q̄ cerebrū eius a generatione nō sit discrasiatū in frigore z humiditate. ¶ Primo qdē ex signis a casib9 hoc declarari pōt. facies eniꝫ huius viri z tota cutis capitis ipsius manifesta rubedine colorat̄. ¶ 2° capitis capilli z plurimi sunt z satis grossi: lꝫ ad mollitiē tendentes z sunt manifesta rubedine colorati. ¶ 3° vo cutis eius ex parte essentialiter inherētiū tactu percipit̄ calida notabiliter z leuis. ¶ Iterū effusiōes que ab operatione digestiue potētie emittunt̄ mediocriter sunt digeste in substātia satis adequate in colore suo albedine manifesta ꝑticipātes. Et ut in pluribus actu calide: lꝫ multa in actu expulsionis percipiant̄ accidentia ex qbus hoc facile declarari pōt. ¶ Ex pte tñ operationū aialis potētie sensitiue sensib9 exterioribus apte ondit̄ur. ¶ Et q̄ obiectoꝝ tāgibiliū oium impressiones z facile z ɔueniēter ꝑcipiunt̄ z distinguunt̄ z reseruant̄. ¶ Silr̄ in sensus visu nāliter fuit bene dispositus in cōprehendēdo obiecta oia usqz ad distātiam magnā in suo colore: ut alba z rubea in sui quātitate: ut magna uel pua in sui figura: ut lōga uel sperica in eoꝝ situ: ut iferius uel supius situata in eoꝝ substātia uel ptiū ɔtinuitate uel sepatione: ut solida uel pforata in eoꝝ se hñdi modo ut mobilia uel q̄eta: z sic de alijs: que oia arguunt bonitatē z ꝑfectionem visiue potentie. ¶ Adhuc etiā z gustatiua potētia exit in actuꝫ ɔuenienter ꝑcipiendi dulce amarū pōticuꝫ z acumē: z sic de alijs z distiguendi inter illa. ¶ Et iteꝝ olfatiua potētia obiectū oē debiliter aut potēter sub modo delitie uel tristitie imp̄mēs app̄hēdit z ꝑcipit: z iter illa distinguit. ¶ Silr̄ etiā exteriores motus diuersos sonādi modos sibi associātes sub spē acuitatis: ut tinitus sub specie grauitatis: ut tonitruū magnū z sic de alijs ɔueniēter ꝑcipit. Igit̄ appet q̄ in opationibus exterioꝝ sensuū z cito z ɔueniēter cerebruꝫ ipsius est bene dispositū. ¶ Amplius iterū dispositio caliditatis in cerebro hui9 viri assumi pōt ex pte opationū interioꝝ sensuū: sensus enim cois opatio uelox est z uehemēs in discernendo uel distinguēdo opatiōes exterioꝝ sensuū. ¶ Silr̄ etiā fantasia que ponit̄ in postrema iteriori pte āñrioris uentriculi cerebri z facile spēs a sensu coi sibi delatas recipit z modificat. ¶ Et iteꝝ imaginatiua potētia uelociter exit in actū comprehendēdi z diuidendi. ¶ Silr̄ etiā altioris potētie que cogitatiua est opatio z festina est: z ɔueniens in eligendo z prosequēdo hoc in euitādo z fugiēdo aliud. ¶ Silr̄ z facit memoratiua potētia z detinet spēs eidē delatas: z q̄ primum est necessariū reminisci de p̄teritis: tam cito rememoratur oiuz que iā per spēs in cellula sua reseruata fuerūt. ¶ Hec aūt oia videnť attestari iudicio caliditatis z humiditatis in cerebro suo: ut 2° tegni ꝑcessu multo. z 2° cōplexionū. z p̄ma tertij. tractatu p̄mo. colligi pōt in radicibus theorice medicine: que oia satis nota sunt. ¶ Ex qbus oibus videt̄ cerebrum huius viri nullatenus debere poni frigide complexionis nālis sicut supra premissum fuit. Neqz enim est alius modus demōstrandi alicuius mēbri complexionem naturalem q̄ similitudo super ipsam ex signis ab operationibus a substantialiter inherentibus assumptis z a casib9: z tu iam vidisti omnia hec: quare zc̄.

Nunc aūt oportet sumere p̄ncipiū aliud declarandi lapsuꝫ cerebri huius viri ad frigiditatem z humiditatē nālem. ¶ Pro cuius declaratione premittēduꝫ p̄ q̄ oēs cāe p̄mitiue infrigidātes z humectantes cū sua excellētia applicate mēbro cuꝫ diuturnitate applicationis earū z dispositione mēbri ad pati ab eis de necessitate inducēt infrigidationē z humectationē. sed cerebro hui9 viri potuit applicari uehemēs humiditas ab aere ul' aqua cum frigiditate agens in ip̄m. ¶ Silr̄ z multitudo ciboꝝ taliū z potuū: z medicinarū infrigidātiuꝫ z humectātium fortis z diuturna applicatio. ¶ Et passionū aialiuꝫ multitudo z impressio fortis: ut tristitia uehemens cogitatio z timor magnus. ¶ Et iterū lōgitudo z pseuerātia in dormiēdo: ut est ɔsuetudo nobiliū: qm̄ supfluus somnus ifrigidat z humectat: sicut vigilie multe calefaciūt z exiccāt: ut scda p̄mi. cap de his que ꝑueniūt ex somno z vigilia. ¶ Amplius iterū excessus in altera re nō nāli. s. in multa repletione: qm̄ qui ingluuiose comedūt z cibū sine ɔueniēti masticatione degluttiūt z potū uoracissime hauriūt: oino calorē nālē stomachi debilitādo ꝑducūt ad augmētum generationis humiditatū flegmaticarū. qui postea in kilo remanētes cause sunt gñationis aq̄si sanguinis q postea in cerebro frigiditatis z humiditatis augmētum gñat. ¶ Et iteꝝ facilius z citius mãe frigide z humide in stomacho genite per modū euaporationis delate ad caput: z ibidē retēte ꝑpter frigiditatē cerebri igrossant̄ z in aquā cōuertunt̄ que per totū cerebrū sparsa z coicata malā cōplexionē frigidā z humidaꝫ efficiūt in eo. ¶ Pariter etiā excessus in supfluitate motus z exercitij per viā resolutionis est cā ut in cerebro acqratur mala cōplexio frigida z humida mālis. Pro q̄tuꝫ eniꝫ p̄ñtia mēbrū aliqđ essentialiter est calidū z humidū per eoruꝫ remotionē effici frigidū z siccū: sed per p̄ñtiam spūuꝫ multoꝝ z sanguinis in cerebro ip̄m reddit̄ caliduꝫ. ergo ꝑpter remotionē ipsoꝝ ip̄m efficit̄ frigidū. Sed supfluum exercitiū ipsuꝫ est cā ɔsumptionis spūum in ipso cerebro per modū resolutionis spūum z humoꝝ z innati caloris. igit̄ zc̄. ¶ Silr̄ etiā ad hoc caplm adde. q̄ vna de causis cerebruꝫ notabilr̄ infrigidātib9 est multitudo coitus z supfluitas in eo. Coitus eniꝫ multiplicat9 ꝑducit ad ifrigidationē totius corporis: ad debilitatē innati caloris: ad mortificationem ṽtutis: ad debilitatē sensuū: ad epilepsiā occultā: ad caluitiē z debilitatē iūcturaꝝ: que oia ꝑueniūt a frigiditate z humiditate cerebri mālib9. ut 20a tertij. tractatu p̄. cap de nocumēto ex coitu collr̄. ¶ Quare appet q̄ plurime haꝝ cāruꝫ poterūt in hoc viro augmētū frigiditatis efficē: z ipse debet esse ɔsideratoꝛ circa istas cās: z iueniet ueritatē in eis ex p̄terito regimine suo deducēdā. ¶ Ex qb9 oib9 satis leuiter ɔcludit̄ q̄ mala complexio frigida z humida mālis in isto accñtalis est: z a tpe: ꝑpter icōueniēs regimē ex pte p̄dictoꝝ z male obseruatū. ¶ Et ex hoc ultimo appet declaratio p̄me dispōnis eius. s. q̄ iste vir egrotat mala cōplexione frigida z humida cerebri. z accñtaliter in eo acqsita. ¶ Ex q̄rū etiā fundamēto ɔsiderās itellig̃e poterit. q̄ hec mala cōplexio est fixa magis q̄ fiēs: qđ arguit lōgitudo ipsi9: lꝫ etiā in eo possit assignari aliq̄ spēs male cōplexionis fientis per colligātiā in fieri z in ɔsuari depēdēs a mēbris iferioribus

ut stomacho epate ul' alijs: ut in posterū videri poterit. Hec in summa est pme dispōnis ipsius aperta declaratio &c.

¶ De mala cōpositione cerebri ipsius. Cap. III.

Nunc aūt declarādū est in hoc cap 3° nocumētū cerebri hui⁹ viri pueniēs ex cōpōne nō nāli sui cerebri. Est aūt mala cōpositio eius oppilatio coartatoria qdē pueniēs a multitudine mãerū coartātiū vias cerebri: per qs itelligo arterias & uenas in pāniculis ei⁹ & medullari substātia disseminatas in qb⁹ & circa qs mucillaginosa mã multiplicata p idigō-nē coartationē fecit: ad quā segtur mãerū intēsio & augmētatio que est aggrauatiua. Uñ caput eius dolore grauatiuo molestat' magis aut min⁹ ſm augmētū q̄titatis extēdendo eas. ¶ Et qr etiā iter pāniculos cerebri & in substātia eorū detinent': iō scōaz spēz doloris efficē pñt extēsiuum noīati. ¶ Et si ɔtingat huic mãei admixtionē fieri mãei acute aut salse: cū tūc pdictis dolorib⁹ cōplicari pñt dolores pūgitiui & mordicatiui & ſm spēm mãei que cōmiscet' flegmati mucillaginoso. ¶ Et itez si magna ps hui⁹ mãei ɔtinet' in ɔcauitate arteriaz ad ipsaz segtur pulsatiuus dolor: & sic de aliis ſm mãerū diuersitatē. ¶ Ex q̄ fundamēto ualde facile itelligi pōt: qre vir iste qñqz pcipit cū grauitate capitis extē-sionē ac si magnificaret' caput ei⁹: aut pūctionē ac si pūgerent' pāniculi cū spina uel acu. & pulsationē magnā in temporib⁹ & in toto capite. ¶ Et iterū ex hoc fundamēto ɔcludit' q̄ si mã ista nō solū in uenis & arterijs aut porosis cerebri ptib⁹ ɔtinet': sed etiā i originib⁹ neruoz de septē parib⁹ q oriunt' a cerebro: tūc necessario ɔtigēt nocumēta diminutionis in opatiōib⁹ illoz mēbroz: si oppilatio illa semicompleta fuerit. aut nocumēta oblationis opationū in pdictis mēbris: si oppilatio cōpleta fuerit. ¶ Ex quo fundamēto iterū subtili⁹ & pulchre pticularius deduci pñt nocumenta opationū sensus tact⁹: si enim semicōpleta fuerit oppilatio in neruis q expādunt' per cutē capitis: tūc nocumētū diminutionis in sensu tact⁹ sentit' in tota cute capitis exterius. Et iste est ille stupor q in cute capitis pcipit'. ¶ Et si ɔtigat iterū q̄ hec oppilatio accidat in neruis dispsis per cutiz totius corporis: tūc in toto pcipiet' stupor: sic pz in tota spina ipsi⁹. ¶ Si aūt huic mãei cōmisceat' aliqd uētositatis uel uaporis petētis exitū ad ex. tūc patet q̄ cū stupore ul' diminuta sensatione in cute ipsius pcipiet mot⁹ iectigationis. Et iste uere est ille motus uel sensatio q̄ter nām quā hic vir formicationē noīat: in sua spina pseuerātē. ¶ Nō curo hic extēdere que & qlia nocumēta ɔtingāt in opationib⁹ alioz sensuū: qr hoc facile itelligi pōt ex hoc fundamēto & maxie a viro pito in notitia originis septē parium neruoz a cerebro orietiū: & tu per te ɔsidera: qr talia nō sunt multū de pposito isto: & a me sepe in alijs ɔsilijs declarata fuerūt. Hec de accidente scōo premisso superius pertranseant.

¶ De uertigine huius viri. Cap. IIII.

Videt iterū necīuz esse declarari modū euēt⁹ uertiginis in hoc viro. ¶ Est aūt uertigo ista per quā hoi hñti eā appet ut mediuz & res altiores sup ipm exītes uoluant' in giruz: ita ut appeat egro cerebrū ipsi⁹ reuolui adeo ut se a casu ɔtinē nō possit: imo aliqñ cadit. ¶ Prouenit aūt hec dispō a mltitudine uapoz uel uētositatū que in añriori pte cerebri comiscent' spūi aīali & reuolutione giratiua mouēt spiritum. Ex cuius motu potētie sensitiue sensu tact⁹ appet q̄ cerebrū & oēs ptes capitis rotatiz moueant'. Neqz eniz al'r potētia sensitiua sentire pōt q̄ sibi offert' ab obiecto uel spēb⁹ eius: tale aūt obiectum est uapor uel uētositas circulariter mota que spūm eadē spē motus mouet circulariter: ex quo mouent' in spū tal'r motu facto & imitant' organa mot⁹. vñ potētia etiā sensitiua imutat': ex motu enim obiectoz mouent' instra quoz motu mouent' organa ex qbus imutant' potētie. Uñ lz obiectū & ipsi⁹ imutatio sit iteri⁹ potētia tñ sensitiua indicat motū in exteriorib⁹. Et ideo appet q̄ in hoc est corruptio in sensu tact⁹ pcipiētis moueri exterius qd nequaq̄ mouet'. ¶ Uñ ex hoc fundamēto appet q̄ uertigo est dispō pcipue sensui tact⁹ approprata. ¶ Appet 2° q̄ pōt esse talis dispō interiori sensui etiā appropriata. s. imaginationi. Si eniz hoc nocumētū & sua cā cōmiscent' añriori pti uētriculi ipsi⁹ cerebri scdō: tūc patet q̄ nocumētū accidet imaginationi: ut iā dictū est. ¶ Et segtur ex hoc fundamēto itez q' declarari pōt q̄ uertigo est nocumētū corruptionis eueniens visiue potētie. Si eniz uertiginosus ituitiue ispiciat mediū ppter motū a uētositatib⁹ factū in spiritib⁹: ut declaratum est pcipiet visiua potētia corpora in mediū posita circulariter moueri: eo qr spūs visibilis tali motu palteratus qui refert' ad cristalloidem representauit in eo motū circularem. Errās ergo potētia visiua pcipiet moueri in exteriorib⁹ corpora que qescunt: ut iam pdictū est. ¶ 4° iterū ex hoc fundamēto apte colligit' q̄ hec dispō seua & uerēda est: eo qr ut in plurib⁹ nocumētū eius in visiua potētia tactiua & imaginatiua coicatur. ¶ Et adhuc hoc ex hoc sermone appet q̄ hec dispō cū pseuerat pōt enūtiare epilepsiā aut apoplesiaz multiplicata mã ipsi⁹: ita ut nō solū euaporādo noceat: sed in cōplete aut cōplete oppilādo uētriculos cerebri: ut itelligēti appet. ¶ Preter hec etiā ɔsiderādū est: q̄ hec dispō a pmitiuis causis nō raro pcedit: sic appet in pueris aut in aliis sup suū caput giratiue inuolutis. ¶ Et sic appet etiā hoi q distrahit' a sono circulari: & sic ɔtingit etiā q̄ hō seipm giratiue reuoluit intātū q̄ cū a motu tali cessat ad terrā cadit ¶ Et sic appet in cerebro hoīs reseruari motū discurrētiū aquaz que in syluis aut in mōtib⁹ appuerunt ut nauigāti ɔtingit. Spēs eniz ab obiectis decise & recepte & reseruate in organis sensuū repītant in eis imagines ɔsil'es que si lōgo tēpore impsse detineant' faciūt appere accītia ɔsimilia. ¶ Et sil'r hec dispō ɔtingē pōt ppter aspectuz corpoz que rotatim mouent' sic in rota fabri & molēdini pcipi pōt. Et hec oīa pulcherrime sentit pnceps. pma tertij. tractatu 5°. dicens. Et hec qdē uertigo qñqz accidit hoi ppter qd reuoluit seipm. s. iferiores ptes eleuādo & caput deponendo igiratiue ppter quē motū reuoluunt' spūs & uapores in ipso. s. cerebro sicut reuoluit' uas plenū aqua post quā circūductū fuerit & ab ipellēte dimissuz. uas eniz mouet dimissū supple ipulsione. Et qñ reuoluunt' spūs. s. a uaporibus sibi cōmixtis imaginat' hō q̄ res uoluant'. s. exterius. Et ppter hoc supius dixi q̄ nocumētū istud etiā cōtingit imaginatiue potētie. Et subdit de rōne huius rei demōstratiua dicēs Nā equale. i. simile est siue diuersificet' pportio ptium spūs ad ptes mundi. i. ad corpora que in medio inueniunt': uel ad ptes mūdi. i. ad ptes ipm spūm ɔtinentes. Ex pte spūs. s. moti circulariter siue diuersificet' illud. i. nocumētū illud ɔtingat ex pte mūdi. i. ex pte corpoz que exterius in medio mouent' cum pro qñ fuerit sensibilitas per eas. s. ptes mūdi. i. res in medio positas facta fuerit sensibilitas. i. impssio Et sunt supple tales reuolutiones que sunt ppter oppōnē. nā cuz pro qñ sentiēs mouet' supple cū spūs sensibilis mouet' & mouet organa & potētiā pmutant' opposita. i. a potētia sensitiua pcipit' obiecta pmutari. sicut cū pro qñ sensatū mouet'. i. qñ obiectū impmit in instra & organa mouendo potētias: & subdit. Et hec qdē uertigo qñqz fit ppter ɔsiderationē ad res que reuoluunt'. s. ɔtinuatiz & fixim ita ut ifigatur. i. impmat' forma illa sensatiin aīa. i. spēs ab obiecto ifixa istro & organo moueat potētia: ut iā dictū est. Hec l'ra magne speculationis in summa plus nō laborat ōndere q̄ q̄ a spēbus obiectoz exterius in mūdo giratim reuolutoz in spiritib⁹ & in organis pōt impmi & remanere impressio uertiginis effectiua cā sufficiēs: sicut si ɔtingat giratiuū motuz in spiritib⁹ ab interiorib⁹ uētositatib⁹ & uaporib⁹ factum pmutare organa potētias: ut pdictum est. Quare iterū subiungit princeps. Et ppter hoc dixi q̄ oēs opationes sensibiles pendent ex instris corporeis compatiētibus: quorum pmuz & dignius est spūs sensibilis: & remanet in ipo ab oi

In cibis uo ꝛ potibus sir̄ pcedat ut euitet cibos oēs actu ꝛ potētia ualde humidos: imo oino sit eoꝝ assumptio pua ꝛ ualde rara uelut sunt mucillaginose carnes antique ualde ꝛ difficilis digōnis ꝛ piscium multitudo saltē elixatoꝝ: frixis aūt uti pōt qñqꝫ ꝛ pꝑe aspsis cuꝫ granis feniculi uel anisi. Lacero aūt anguillis ꝛ tēchis uti nō debet. ¶ Silr̄ euitet lac ꝛ lacticinia cibaria oīa ꝛ cibos pastilleos ut laganas ꝛ sibi siles. ¶ Effugiat etiā plātaꝝ frigidaꝝ usuꝫ ut sunt lactuce portulace spinachia atriplex endiuia nisi agresti que cicorea dr̄. Bleta aūt qñqꝫ uti pōt ꝛ pꝑe cū feniculo: petro. ꝛ iterū cucur. comedē pōt in brodio coctas carnium ꝛ caseo salito ɔfectas. ¶ Peponibus aūt aliqñ uti pōt. ¶ Cucumeres aūt ꝛ angurias nullo modo tāgat. ¶ Aceto aūt ꝛ agresta salita ꝛ limonibus uti pōt. ¶ Leguminū aūt usum apud se nō habeat nisi cicerū rubeoꝝ. reliq̄ uo nō placēt. ¶ Butyrū etiā dimittē debet: lꝫ sit ɔtra cōem fere usum germanoruꝫ: sed melius ei est oleū oliuarū aut oleū de nucib'. ¶ Carnib' aūt salitis ꝛ caseo salito aliqñ uti pōt. ¶ Poma uo ꝛ pira cerasa crisomilla psica ꝛ sīlia ualde humida putribilia facile euitet nisi fuerint cū çuccaro croco cinamomo ꝛ alijs spēb' ɔdita. ¶ Radice autē raphani uti pōt ꝛ ppie post cibum. ¶ Cepas aūt ꝛ porros ꝛ alleuꝫ ꝛ similia effugiat. ¶ Preter has aūt res que sibi phibite sunt: ut in hoc caꝑ appetu ti potest qbuscūqꝫ alijs carnibus plantis seminibus speciebus ꝛ radicibus iam virtualiter tactis. ¶ Uino aūt utat' claro bñ fumoso ꝛ aromatico albo: aut saltē rosei coloris ꝛ nō ualde nigro uel opaco: cui si oportuerit aquā adiungere ppter consuetudinem uel aliam causam omnino sit pauca ꝛ de bono fonte uel cisterna collecta.

Circa tertiā aūt rē nō nālē caueat multoꝝ ciborū ꝛ potuū assumere quātitatē: cū enim calor innatus a materierū multitudine noceat in actionib' suis nō est dubiū ꝙ multitudo ciboꝝ est causa disponēdi ad meliorem ipsius caloris nālis suffocationē: itaqꝫ nunꝙ comedat neqꝫ bibat usqꝫ ad amplā uel cōpletā saturitatem a cibis ꝛ potibus: sed potius a mensa surgat ɔseruatis adhuc in stomacho uestigijs appetitus ad cibum ꝛ potum aliquantis.

Pro qrta uo re non nāli uel pfectiori digōne cibi ꝛ potus ꝛ māe f'atice in ipso augmētate digerant' ɔuenit ei dormitio ɔsueta aliqliter amplioꝛ ut si ɔsueuerat dormire horis. vij. inter diē ꝛ noctē ɔuenit ei dormitio. viij. horarū neqꝫ ad dormiēdū ingrediat' nisi post cibū transiuerit hora vna aut vna cū dimidia: ꝛ caueat dormitionē resupinā quātuꝫ pōt ꝛ icipiat dormire pus in dextro latere pro pmo somno ꝛ reuolutiōe in sinistro p dormitione scd̄a ꝛ dormiat capite notabilr̄ eleuato: curuatio enim capitis fluxuꝫ materierū inclinat ad ipm: reliquo aūt tpe vigilandum est.

Circa qntā rē nō nālem ɔueniēs est sibi exercitiū non solū mediocre: sed amplius notabilr̄ ipso siue sit ipsum exercitiū equestre siue pedestre: qd̄ tñ iuxta possibile fieri nō debet post cibū immediate neqꝫ cū magno conatu ꝛ proprie egtando. qd̄ tñ est ɔtra cōem alamanoꝝ modū qui pōs

pti z festinātes sunt ad pperam eqtationem: per exercitium enim talr celebratū calo: nālis augef z potētio: fit ad māo di gerendas z superfluitates excutiendas z ɔsumendas.

De ultima vo re nō nāli. s. de accītib⁹ aie. dicendū est q̄ oia ai accītia que in spiritibus z humorib⁹ notabilē efficiūt motū ɔueniētia sunt ei: uelut cantādi modus mediocri uociferatione tū z orādi uel psalmicādi cū uocis eleuatione notabili z passiōes aie uehemēti imaginatione cogitatione z ɔtēplatione mouētes spūm z innatum calorē. ¶ Adhuc etiā aliq̄ passiones ut mediocris ira nō tū ualde pseuerans ei ɔuenire pōt. In motu eniz spūum z humoꝝ qui p̄ occursu fit decircūferentia ad cētruz z in 2° de cētro ad circūferētiā habilitanf māe ad resolutionē z cōsumptionē. Et v̄tutes nāles expulsiue maiorē hūt potētiā ad humorales sup̄fluitates expellēdas sensibilr uel isensibilr. ¶ A sup̄fluo aūt coitu qui iter passiōes aie enumerari solet pp appetitū imaginationē z delectationem que in ipso necessarie sunt sibi oino cau̾ debet: ne materierū decursus augmentetur ad renes: cū etiam ad dispōnē renales parat⁹ existat uelut ad gn̄ationē lapidis z oppilationē in eis sicut facile videri pōt z cognosci per ɔtenta que in eius urinis frequentantur uelut sunt trūbi petala crinoides harena z similia.

¶ De regimine medicinaliū per ipsum obseruādo per duodecim medicamina conuenientia. Cap. III.

Quoniā dispō ista ut in p̄mo cap̄ appet cōplicata est ex neutrali lapsu diuersoꝝ mēbroꝝ. s. capitis stomachi pectoris z renū. ideo pro regimine tali videf mihi sibi. XII. instr̄is medicinalib⁹ esse puidendū. ¶ Quoꝝ p̄mū est ut oi uere saltē usqz ad annos tres purgef s̄m ordinē infra scriptū. Et purgef etiaz in autūno semel. Scio eniz q̄ cū istis purgationib⁹ z cū obseruatione eoꝝ que de reb⁹ nō nālib⁹ sunt dicta sup̄ius vir iste ad bonā sanitatē solēniter reduct⁹ erit. Itaqz pro purgatione ueris a medietate mēsis martij icipiēdo a qn̄ta die lunaris illi⁹ usqz ad qn̄tā lunarē z usqz ad medietatē mēsis ap̄lis purgef s̄m hūc modū. accipiat in aurora pillas istas: post q̄s dormiat hora vna: z tardet cibū suū horis. v. z tūc accipiat cyathū vnū aque calide cocte cū çuccaro z ordeo: z post illā aquam adhuc per horā vnā tardet accipe cibū. Pille aūt sūt iste. ℞. pillarū cochiaꝝ. ℈. j. pillarū aggregatiuaꝝ ℈. j. z tertiaz alteri⁹ reformenf pille. v. uel. vj. cū oximelle cōposito. ¶ Post istas aūt pillas accipiat hoc digestiuū q̄d ɔtinuet saltē. viij. dieb⁹ ℞. sy. acetosi compositi mellis ro. sy. de sticados añ. ℥. ß. aque saluie absinthij cicoree añ. ℥. j. ß. misce. ¶ Sumpto digestiuo accipiat hoc medicamē. ℞. eluarij indi. ℥. iij. eluarij succi ro. ℥. j. ß. accipiaf cū cyatho. ß. vini albi bū̄ fumosi calidi z post ipsuz obseruef totū q̄d dictū est post minoratiuū obseruandū. ¶ 2m vo p̄ncipale istr̄m est descriptio purgationis in autūno sufficient. Itaqz ex decima die mēsis septēbris usqz ad finē illius mensis vno mane in aurora accipiat istas pillas. ℞. pillulaꝝ cochiaꝝ pillaruz de reubarbaro añ. ℈. ij. reformenf pille. viij. cū eluario succi ro. z accipianf z post ipsas obseruenf ea que post p̄scriptas purgationes ueris dicta sunt obseruari debē. ¶ Post istud minoratiuū incipiat assumē hoc digestiuū q̄d ɔtinuet. viij. dieb⁹. z tardet cibū suū post ipsi⁹ assumptionē horis saltē. iiij. ℞. sy. dyarodon. sy. cōpositi acetosi sy. de eupatorio añ. ℥. ß. aque cicoree. ℥. ij. aque absinthij saluie añ. ℥. j. misce. ¶ Post istō vo digestiuū sequēti immediate die accipiat hoc eradicatiuū. ℞. pillarum de iera cōposita uel maiori pillaruz aureaꝝ cochiaꝝ añ. ℈. j. boni pōderis reformenf pille. viij. uel. vij. cū eluario succi ros. z accipianf cū ɔditionib⁹ z modis positis in p̄cedētib⁹ purgationib⁹. ¶ 3m vo p̄ncipale instr̄m est descriptio haꝝ pillaꝝ de q̄bus vir iste accipe pōt oi die uel alterna die vnā parū añ cenā tp̄ibus q̄bus assumit digestiua p̄dicta. Si vo uēter ei⁹ fuerit stipticus aut nō bū̄ fluxibilis z istis pillis etiā toto tp̄e sui regiminis uti pōt post purgationes accipiēdo de eis vnā semel uel bis in septimana s̄m maiorē uel minorē fluxibilitatē sui uētris: z est descriptio talis. ℞. aloes electi agarici añ. ℥. j. ß. z infundanf in. ℥. ij. succi endiuie cū masticis z. çç. añ. ℈. ß. z reformētur pille ex oi. ℥. vj. de hac massa postq̄ fuerit exiccatus succus a sole. ¶ 4m instr̄m p̄ncipale est eluariuz hoc quo uti debet iste vir accipiēdo de eo oi mane per. xv. dies ɔtinuos post purgationes z est in eo intētio mūdificādi stomachū pectus z caput a sup̄fluitatib⁹ z carminat z ɔsumit uētositates in eis ɔgregatas. ℞. sp̄erum eluarij dyatrionpipeon. ℥. ß. specierū eluarij de gēmis. ℥. ß. sp̄erum eluarij de ligno aloes z aromatici ro. descriptione Gabrielis añ. ℥. vj. mellis ro. co. lib. ß. aceti squillitici. ℥. j. çuccari scđe decoctionis. ℥. iiij. coquanf simł çuccarū z mel usqz ad ɔueniētem glutinositatē z cuz infrigidari cepit denf sp̄es z fiat eluariuz bū̄ contritū z quantitas que debet sumi est. ℥. iij. ¶ 5m vo instr̄m p̄ncipale est puluis iste de quo per. xv. dies oi sero asp̄gere debet sup̄ capite suo coronalis cōmissure usqz ad finē sagittalis quātitatis. v. uel vj. ḡnoruz ordei. ℞. ligni aloes. ℥. j. macis. ℥. j. ß. sandaracę. garioł. añ. ℥. ij. cubebaꝝ storacis calamite añ. ℈. ij. puluericētur oia per se deinde inuicē cōmisceanf. postq̄ aūt per. xv. dies usus fuerit p̄dicto puluere z p̄dicto electuario eis ambobus uti pōt saltem duabus vicibus in septimana horis z modis predictis. ¶ 6m instr̄m principale est ut postq̄ hic vir fuerit purgatus z accepit eluariū tunc omni mane faciat gargarisma cū hoc. ℞. oximellis sq̄llitici. ℥. ij. aque deco. radi. ireos: ℥. iiij. calefiat totū z impleaf os z cū fuerit in os parū fiat cū eo gargarisma oi mane z sero añ cenā saltē vicib⁹ sex. ¶ Post q̄ aūt predictū gargarisma fecerit per septimanā vnā: tunc omni mane per duas horas ante prādium masticet vnā de istis pillis. ℞. dragagāti gūmi arabici añ. ℥. j. ß. amili. ℥. ij. piretri staphisagrie costi aristologie lō. ligritie añ. ℥. j. puluericenf oia deinde incorporenf cū aqua in qua dissoluta fuerit ℥. j. armoniaci. ¶ 7m instr̄m p̄ncipale est ut postq̄ iterū gargaricauerit per septimanā vnaz omni sero per duas horas ante cenā faciat caputpurgiū cuz hac medicina. ℞. succi radicis blete. ℥. ij. macis. ℥. ß. pulueris ireos. ℈. ß. aque mellis. ℥. iiij. z pleno p̄us ore ex aqua frigida accepto hoc medicamine in uola manus leui attractione attrahaf per narē dextrā p̄mo z modico tēporis interpolatione facta iterum fiat eius attractio per sinistrā narem z iteruz p̄cedat reuoluendo ab vna ad reliquam per quālibet narem tribus vicibus. ¶ 8m vo instr̄m p̄ncipale est ut postq̄ vir iste has solēnitates in medicando obseruauerit: tunc vno mane in hora electa faciat sibi fieri flobotomiam in basilica dextre partis in domestica parte brachij apud cubitum inuenta z extrahanf sanguinis. ℥. iij. aut. v. ¶ 9m instr̄m est ut vir iste p̄pter dispositionē suoꝝ renum p̄pter quā videf mihi paratus esse ad euentū lapidis in eo saltē omni mēse q̄tuo: vicibus in aurora accipiat. ℥. j. huius pulueris cū. ℥. iij. aque calefacte deco. radicis staphisagrie z post illū puluerem tardet cibū suum horis q̄tuo: ℞. vitri cōbusti. ℥. ß. lapidis spōgie lapis iudaici radicis staphisagrie añ. ℈. j. pulueri cenf omnia per se postea cōmisceātur. ¶ 10m instrumētum est ut vir iste p̄pter dispositionē renū iterum utaf hac ɔfectione de qua sepe ante cibū accipiat ℥. ß. bis uel ter in septimana s̄m cōmoditatem quam habet. ℞. specierum iustini specierum litontripon. añ. ℥. ij. çuccari secunde decoc. ℥. iiij. cum aqua saxifragie fiat cōfectio in rotulis. ℥. ß. ¶ Ultimum instrumentum est ut vir iste tentet iuxta possibile aperire uenas emoroidales in ano existētes circulum ani interius fricando sepe cum pāno aspero uel folijs consolide maioris: uel corticibus radicis serpentarie: aut cū felle tauri. si enim aperirentur emoroidales uene nulluz in eo inueniri posset s̄m mei iudicium remedium magis p̄seruatiuum ipsius a decidendo in egritudines predictas z ad conseruandum: imo ad reducendum ipsum ad sanitatem meliorem. Sunt itaqz hec instrumenta efficaciora que reperire potui pro regimine huius viri per res non naturales z medicinales in nomine eius qui omnem remouet languorem. Amen.

Cōsilium.30. De duplici mala dispositione: videlicet. ¶ De mala cōplexione frigida ꝛ humida cerebri a flegmate salso. ¶ De ardore urine a flegmate salso in epate genito.



Amuel hebreus de roueredo duplicē egritudinē hēt molestaꝫ satis ꝛ suspectam. Prima est mala cōplo cerebri sui frigida ꝛ humida mālis ꝓpter quā in ipso cōgerunt superfluitates flegmatice ꝙ plurime que ut in plurib⁹ acgrunt salsedinē in capite suo: siue illud ɔtingat: ꝓpterea qꝛ ille māe oppilātes ptes uenaꝝ ꝛ arteriarū capitis ꝓhibēt debitā euentationem propter quam supercrescēte calore excoquunt ille materie: aut ꝫm ptem putresiūt adeo ꝙ salse efficiunt. ¶ Siue iteruꝫ māe ille salsedinē acgrant ꝓpter mixtionē materiei cholerice cū eisdē ꝛ nō dubito ꝙ ambe iste cause salsedinē efficiant in flegmatibus inuētis in capite. ¶ Hoc igit flegma salsum retinet in nocte ꝛ nō euacuat ꝓpter qđ somn⁹ est causa ꝓhibitiua euacuationis materierū oiuꝫ ꝑter eas que fiūt per sudorem. cum ergo in aurora uel uersus mane expergesit tūc māe tales incitant ṽtutem ad expulsionem sui: qre fit in eo multiplicatio sputi salsi. ¶ Cōcedendum etiā est imo nō solū uerisimile ꝙ ps aliqua haꝝ materierū cadit in pectus ꝓpter qđ incitat in eo tussis ꝛ excreationis multitudo. ¶ Et aliq̄ etiam pars hoꝝ flegmatū nō raro descendit ad stomachū ꝛ corrūpit in eo digōnē: multas etiā uentositates in eo generando: qđ apparet ex multitudine ructuū ꝛ rugitus in stōcho eius ꝓseuerantiū. ¶ Et circa curā huius dispositionis debet esse ualde sollicitus: quoniam praua est ut apparet ex dictis.

Secūda vo ꝓncipalis egritudo eius est ardor in urina: q̄lꝫ possit a multis ɔuenire causis mālis tñ illius cā est flegma salsuꝫ salsedine acq̄sita in epate ex cōmixtione multi flegmatis aquosi cū cholera rubea que multa in eo gñatur: qm est hō epatis notabilr calidi. ¶ Ad hanc etiā salsedinē augmētādā ɔcurrē pōt flegma salsuꝫ in stomacho multiplicatū per descēsuꝫ ipsi⁹: ut supra dictū est: qđ flegma cibis cōmixtū in kilo ex eis gñato reddit ipm dispositūꝫ ut humoralis massa que ex eo gñatur in epate salsa efficiat. ¶ Ex q̄ fundamēto colligēde sunt tres cāe salsedinis flegmatis. ¶ Pria est efficiēs. s. calitas epis. ¶ 2ª mālis ut flegmata ꝑdicta. ¶ 3ª formalis ɔueniēs ex ambaꝝ applicatione ad inuicē acq̄sitione modi substātie ꝛ saporis in ꝑdicto flegmate. ¶ Quārecūqꝫ igit ɔtingat urinalis aq̄sitas que essentialiter salsa est maiorē acgrit salsedinem ab hoc flegmate. Qualiter cūqꝫ eniꝫ ṽtus separatiua emulgētiū uenaꝝ ꝛ sequestratiua pāniculi colatorij renū sit potēs ad colādū aq̄sitatē urinalē a māebus sibi aū cōmixtis: nō tñ ipsa est potēs ad colandū ꝛ mūdificādū eādē aq̄sitatē a q̄litatib⁹ urinalib⁹ impssis in eādē aq̄sitatē a flegmate iam ꝑdicto. ¶ Hoc igit flegma per poros uritides ad uesicā delatū ꝓpter acuitatē suā in collo uesice posuit spēm male cōplexionis que est imediata cā doloris mordicatiui in urinādo appenter: ꝛ ipsa etiā mā efficit solutionē ɔtinuitatis in supficie colli uesice intrinseca: que est cā imediata doloris iā predicti. ¶ Cū ergo urina iā essentialr ꝛ accn̄taliter sit acuta mordicat colluꝫ uesice: ꝛ fortius eo: qꝛ ipsum est passibile magis ꝓpter solutionem continuitatis in eo ipso ab illa urina factam.

Quod aūt in eo talis existat solō ɔtinuitatis in collo uesice: supficialis tñ ꝛ nōdū ꝓfunda ta appet ex grauedine in inferiori pte femoris ꝛ in loco iter radicē testiculoꝝ ꝛ siteri iter medio: cū acuitate q̄dam ꝛ punctione ibidē. ¶ 2° appet hoc ex urina frequēter micta. ꝙ cito enim ipsa offert collo uesice iā leso tam cito mouet uesica ad expulsionē eius tanꝙ obiecti tristantis: ꝛ ita expellit. Sed hec est rō formalis frequētis mictus noiati disuria. ¶ 3° iteruꝫ appet hoc ex ardore in actu urinādi ꝛ post ipm reseruato parūper. ¶ 4° iterū appet hoc ex furfureis resolōnibus ꝛ minutis corticib⁹ multis in urina appentib⁹ qui ɔueniunt a collo uesice excoriato testimonio hyppocratis affo 4°. illo sermone. Quibuscūqꝫ in urinis furfuree resolōnes appentibus uesica scabit. Et lege cōmentatorē ibi. ¶ Et ex hoc fundamēto appet ꝙ iste vir molestat duab⁹ prauis egritudinibusque nō sunt curabiles nisi magna difficultate ꝛ sollicitudine: ut nūc sequitur.

Ab aere igit incipiēdo ciuitatis habitationis ꝛ camere aer calidus ꝛ siccus ɔueniens est loca oia talia ei ɔueniētia: pp qđ nec laudo ei hitaculū neqꝫ morā in stuffa ꝫm ɔsuetudinē rouerētū ꝛ ꝓpe in qua dormiūt comedunt ꝛ bibūt. in talib⁹ eniꝫ stuffis aer uaporosus ꝛ plurimū semifetidus ꝛ corrupt⁹ reperit: ꝛ nō bñ euētatus uel euentabilis: talis igit aer suo capiti ualde nociuus est. ¶ Caput etiam suū birretis ꝛ caputeis bñ tectū ɔseruare debet ꝛ ꝓcōseruare ꝛ ꝓpie in nocte cū birretis bñ calefacientib⁹ ut de pellibus vulpinis agninis ꝛ silibus. ¶ Lotionē etiam capitis dimittē debet aut saltē raro facē ipsam ꝛ ꝓprie cū lixiuio bene acuto ꝛ celeriter exiccare ipm. frequens aūt pectinatio capitis ꝛ fricatio cum pānis calefactis ꝛ suffumigatis thure ꝛ storace calamita est sibi ualde conueniens.

De cibis aūt ꝑ euitet oia acuta nāliter uel artificialiter ut cepe alleū porrū synapismuꝫ raphanū oliuas ualde salitas erucā tarconē ꝛ rutbā ꝛ silia. ¶ Similr euitet oia salsa ꝛ ɔdita ex eis ut notū est in dispositione sua. ¶ 3° euitet brodialia ualde pinguia nisi cū oleo cōdita. ¶ 4° euitet cibaria fumosa ꝛ uaporosa multū uelut legumina ꝛ ɔdimenta mellita. ¶ 5° effugiat oia cibaria que multa sua hūiditate aquea ꝛ viscosa caput gnāt ꝛ replēt uelut lac ꝛ oia cibaria cū eo ɔdita ꝛ fruct⁹ molles ꝛ humidos ꝛ ꝓprie nō lenitiuos ut cerasa auellane pira muscata cucumer anguria cucurbita ꝛ silia illis. ¶ 6° dimittat cibaria oia grossitudine sħstātie oppilatiua inuiscatiua ꝛ materie ꝛ notabilr ingrossatiua ut sunt pastilles cibi oēs frumētū coctū fabe cōfracte neruose ligamētales ꝛ pāniculares ptes aialiū ꝛ ꝓpe antiquoꝝ ꝛ pisces ɔsiles ut cācri tinche anguille ꝛ siles. Luceos vo themalos capedanos carpiones recentes bñ laudo sibi ꝛ etiā oēs tales leuissime salitos ut sunt carpiones ꝓme frixionis in oleo absqꝫ sale multo. ¶ Piper aūt utriusqꝫ gñis ꝣinciber cinamomū galāgā nucē muscatā māna gariofil. ꝛ cōsimilia aromata in puo usu ꝛ ꝙtitate in cibarijs apposita laudo ꝛ adhuc magis leuistici semē ꝛ oia silia ꝑter apiū qđ euitare debet ut ignē ne disponat ipm ad epilepsiā uel apoplexiam ad que fortasse patus existat. ¶ Oleū vo oliuaꝝ electum bonum est ei. ¶ Butyrum vo ꝛ recentem caseum omnino dimittat: ꝛ siquis caseus est ei laudabilis est anni etatem habens frangibilis aromaticus ꝛ mediocriter salsus: cuius tamē quātitas sit pauca. ¶ Acetū aut agrestā succū arāciorum aut lymonuꝫ collaudo sibi ꝛ granata dulcia ꝛ muça hec oiater uel q̄ter in septimana accepta aut ipsoꝝ aliqđ. ¶ Uinum aūt huic viro ɔueniēs esse debet albū uel ceresoleū uel gauꝫ substātia subtile ꝛ bñ claꝝ aromatici ꝛ mediocris fumositatis. Uina vo rubea grossa ualde fumosa ꝛ oia dulcia euitare debet. Aque vo usuꝫ dimittat ꝛ ꝓpcius que reperit in rouere do. ois eni talis scaturit a mōtib⁹ multa calce ꝛ gipseis lapidib⁹ plenis: ut sensus ońdit. ꝛ ideo nocēt capiti stōcho epati ꝛ renib⁹ infrigidādo oppilādo inuiscādo māes in eis ꝛ alias malas q̄litates dimittēdo: ꝓpter qđ in silib⁹ locis sōm e laudo usuꝫ aque cibalis ꝛ potabilis per harenā bñ distillate: ꝛ est hebreoꝝ ferrariēsiū ꝛ plurium boium ɔsuetudo ubi oportet. ¶ Laudo insup huic viro ut mane aū cibuꝫ exercitet motu calefaciēte ipm ꝛ ad leuē sudationem ꝑducēte ut passim ambulādo colles mōtiuꝫ ascendēdo aut eqtando per miliaria duo: reliq aūt tpe quiescat. ¶ Etiā diligēter attendat in cibationib⁹ suis: ut nunꝙ comedat neqꝫ bibat nisi nāli utriusqꝫ appetitu iducēte ipm: neqꝫ in cibādo se cōplete saturet neqꝫ in potādo imo a mēsa discedat appetitu ad cibos ꝛ pot⁹ adhuc aliq̄liter reseruato magis ꝙ cōplete victo. ¶ Hoc iteruꝫ attēdat ne post assumpta cibaria immediate dormiat: sed po

stea expectet spatiũ duarum horaꝝ aut saltē vnius: ꝛ tūc dormiat in die non amplius ꝙ per horam ꝛ semper capite eiꝰ notabiliter eleuato ꝛ effugiat dormitionem resupinam nocturnam uel diurnam.

De passionibus aūt aīe effugiat iracūdiā furorē ꝛ motꝰ ꝯsimiles mās influxu ꝛ vaporatione ponētes. hec de rebꝰ nō nālibus.

Cura aūt p̄dictaꝝ dispōnū ꝯcordiā hēe pōt in medicinalibꝰ instrīs ꝙ ambo ꝯueniūt in formalitate sua. sunt eni cōplonis frigide ꝛ humide capitis ꝛ renū Cōueniūt etiā in cā māli q̄ꝛ in utrisq̄ꝫ multiplicatꝰ flegmatica mā salsa. ¶ Si ḡ in instrīs medicinalibꝰ ꝯuenire pōt intētiones curatiue in calefaciēdo exiccādo incidēdo subtiliando ꝛ aliq̄liter remittēdo caliditatē accn̄talē a flate positā a caliditate ex̄nea uel a mā cholica videtꝰ ꝙ talia oīa ꝯfracta esse debent ab infrigidātibꝰ ꝛ humectātibꝰ sicut esset cōmiscē syrupū de endiuia cū aq̄ absinthij hysopi ꝛ siliuꝫ ꝛ ꝓprie qn̄ talia utrāq̄ꝫ pticulā patiētem respiciūt per opationē ꝓuenienteꝫ a v̄tute tertia medicinarū sicut in cōposito dicto. Aq̄ eniꝫ hysopi aspicit caput. aq̄ absinthij stomachū. syrupus de endiuia ꝛ aq̄ feniculi epar ꝛ renes: ꝛ est in eo ꝯfractio ex īfrigidante ꝛ humectāte cū calefaciēte ꝛ exiccāte ut notū est. q̄re regimen istarū dispōnum in duo capitula ptiri decreui. Primo q̄deꝫ tangendo ea que mihi utiliora visa sunt ad dispōnem capitis. 2º ea que ad dispōnem renū p̄ncipaliꝰ ꝯueniant: lꝫ utrūq̄ꝫ sit cōplicandum cum attētione ad alterū ꝛ econuerso.

Primo itaq̄ꝫ pro dispōne sui capitis septē pono remedia. q̄rūꝫ p̄m est ꝙ in medietate mēsis februarij p̄ntis anni hic vir in medijs tertijs a 4ª die lunaris usq̄ꝫ ad XXII. faciat sibi fieri flōmiā de basilica dextri brachij sub cubito posita per quā educantꝰ sanguis. ℥. v. q̄ꝛ satis plectoricꝰ est. ¶ 2m est ut die imediate sequēti accipiat hoc euacuās minoratiuū. ℞. pillarū de iera maiori pillarū cochiaꝝ an̄. ʒ. ß. salis gēme dyagridij an̄. ℈. j. cū succo ciclaminis fiātꝰ pille. vij. q̄s accipiat per horas nouē post cenā ꝛ post eas dormiat hora vna ꝛ post q̄ntā horā accipiat cyathū vnū aque ordei calefacte ꝛ çuccarate post quā comedat per horā vnā. ¶ 3m est ut mane imediate sequēti accipiat hoc digestiuū calm in aurora: q̄ð ꝯtinuet per dies. viij. ꝛ tardet cibum. iiij. horis post ipm. ℞. syrupi compositi acetosi. ℥. j. syrupi de sticados. ʒ. vj. aque milij solis aque cicoree ꝛ mellisse. an̄. ℥. j. ß. misce. ¶ 4m instrm est ut nona die imediate sequēti accipiat hoc eradicatiuū post assūptionē digestiui. ℞. pillaruꝫ de sarcocolla ꝛ cochiaꝝ an̄. ℈. ij. cū syrupo violato ꝛ accipiat eas hora ꝛ modis omnibus obseruatis in minoratiuo suprascripto. ¶ 5m est ut postꝙ purgatꝰ fuerit vir iste in septimana ter qn̄ uadit ad lectū sup tota caluarie sui capitis aspgat huius pulueris q̄ntitatē sex granoꝝ frumēti iter capillos cū pectine mūdificando p̄mū puluerē cū ponē vult scōm. ℞. coralloꝝ ru. spo. ro. an̄. ʒ. j. folij aloes. gaꝝ. an̄. ℈. ij. macis. ʒ. ij. sandarace. ʒ. iiij. pulueris betonice. ʒ. ij. pulueriçentꝰ oīa p se ꝛ misceantꝰ. ¶ 6m est ut iste vir post purgationē per. xv. dies oī mane ꝛ sero p horā ante cibū faciat hoc gargarisma. ℞. aque decoctionis uel sublimationis radicū ciclaminis cyathū vnū oximellis cōpositi. ʒ. ij. piretri. ℈. j. staphisagrie costi an̄. ℈. ß. misce totū: ꝛ calefiat ꝛ gargariçetꝰ duabꝰ vicibꝰ per horā vnā. ¶ Ultimū est ꝙ iste vir per totū mēsem maij oī 4ª die accipiat vnā de infrascriptis pillis a p̄ma incipiēdo post duas horas post cenam scdām v̄o accipiat per mediā horā an̄ cenaꝫ ꝛ ita reuoluat se de vna ad aliā. ℞. pillaruꝫ alefanginaꝝ Mesue pillarū assaieret an̄. ʒ. iij. pulueris collognitide malaxate cū oleo amigdalarū dulciū. ʒ. j. ß. pulueris arthanite agarici an̄. ʒ. j. cum succo violarū fiāt pille ex omni. ʒ. vj. ꝛ cōsulo iterum ꝙ quolibet mense bis accipiat ex eis. ℈. iiij. per totū mēsem maij obseruādo post eas que in solutiuis supioribus dicta sunt.

Pro ardore v̄o in urinādo eueniēte ꝓuidē debet q̄nque remedijs ifrascriptis. ¶ Primū est hoc. ℞. olei onfancini uel crudi. ʒ. iiij. olei nardi. ʒ. ij. ß. alkekengi cum p̄dicto oleo ultimate ꝯtritoꝝ numero. XX. ponantꝰ oīa in ampulla cuius orificiū argilla uel pasta sit bn̄ obturatū ꝛ suspēdatꝰ in aquā bullientē bn̄ submersa usq̄ꝫ ad medietatis olei ꝯsumptionē. tūc ergo remoueatꝰ ēt ex eo oī die semel a furcula spatularum usq̄ꝫ ad caudā calida tota spina vngatur qn̄ uadit ad lectū. ¶ 2m v̄o instrm est hoc. ℞. aque paritarie aque milij solis an̄. ℥. j. aque portulace. ℥. ij. calefiāt cū çuccaro ꝛ utatꝰ eis saltē in septimana ter in aurora accipiendo sicut de syrupo suprascripto dictū est. ¶ 3m est hoc. ℞. çuccari albi lib. ß. se. lactuce portulace an̄. ℥. j. granoꝝ papaueris al. ℥. j. ß. granoꝝ pineaꝝ minutiꝫ incisoꝝ. ℥. ij. fiat ex istis tragea: de qua accipiat ante prādiū ꝛ cenā immediate coclear vnū per tres menses aut saltē oī die semel. ¶ 4m instrm est hoc. ℞. granoꝝ sebesten numero. XL. radicū ligritie mūdatarum. ʒ. j. ß. radicuꝫ iringi ꝛ doronici an̄. ʒ. j. lauent p̄us sebesten cū aq̄ calida: dein de bulliat in lib. v. aque cuꝫ alijs rebus minutim incisis ad ꝯsumptionē medietatis. de hac ergo decoctione q̄ter in septimana bibat ipse cyathū vnuꝫ tepidū per horā ꝛ mediam ante cenam. ¶ Ultimū est hoc. ℞. folioꝝ cupressi corticū intermedioꝝ castanearū an̄. ʒ. j. pul. ligritie. ʒ. j. ß. se. lactuce portulace endiuie ꝛ acetose an̄. ℈. j. corticū papaueris al. ℈. ij. pulueris iusquiami mādragore an̄. ℈. ß. pulueriçentur oīa per se ꝛ misceantur ꝛ cum supuenerit magni ardoris instantia omni nocte accipiat. ʒ. j. huius pulueris cum. ℥. ij. decoctiōis immediate scripte calefacte. est enim mirabilis ad hanc intentionem ꝛ proprie apud non effrenitātes in coitu. In quo iste homo ualde auarus esse debet ꝛc̄.

Consilium. 31.

De dolore capitis circa ptem dextrā ptenso ad musculos colli ꝛ spatularum usq̄ꝫ ad adiutorium cum contractione digitorum manus partis eiusdem.



Onceperā ꝛ nō minus necūꝫ fuisset in accn̄tibꝰ huiꝰ dn̄e calamū erigē ꝛ accurate multū: eo q̄ꝛ accn̄tia que patitꝰ satis ualide sunt. Primuꝫ etenim accn̄s q̄ð est dolor circa dextrā ptē capitis ptensus ad musculos colli ꝛ spatularum usq̄ꝫ ad adiutoriū: oportet mām multā a capite deriuatā esse ad illas ptes. Et q̄m multiplicatꝰ dolor in manu illius ptis adhuc maioris dubitationis existit: ꝓpterea q̄ꝛ ꝯiungitꝰ cū stupore manus illius ptis etiā impediēte motuꝫ ad cōstrictionē manus. Sed eo minꝰ dubitādū est eo q̄ꝛ deficiēte dolore remouetꝰ etiā stupor illius ptis: sed in hoc ꝯsideratio hr̄da est nō leuis. Quia fixio doloris in loco adiutorij suspicatꝰ euentū apostematis in eo: ꝛ adhuc oportet mām esse in cerebro que successiue funditur ad inferiora.

Propter q̄ð appet in regimine suo attēdendū esse, simul cerebro ꝛ ptibus lesis ꝛ dolētibus p̄dictis cū q̄tuor. ¶ Primū est ut abstineat a cibis calidis ꝛ uaporosis multū ut sunt brodia piguia aromata vinū album potēs ꝛ fumosuꝫ ꝛ dulce ꝛ salsa cibaria ꝛ acuta ut alleū eruca raphanus ꝛ siīa ꝛ cibi pastiles ꝛ lacticinij ꝛ pisces elixi ꝛ ꝯsīa. ¶ 2m est ut ꝓcuret oī die hēre bn̄ficiū uētris saltē his cū clistere hn̄te ieram simplicem bn̄dictam: ꝛ çuccarū rubeum. ¶ Aut saltē cū istis pillis que mihi placēt magis de q̄bꝰ accipiat oī tertio sero. ʒ. j. per duas horas post cenā. ℞. sperum cōpletaꝝ iere simplicis. ʒ. j. aloes abluti. ʒ. ij. pulpe colloquintide. ℈. j. bdellij mollis ꝛ subalbidi. ℈. ß. formentꝰ pille de omni ʒ. vj. cū succo maiorane uel saluie. ¶ 3m est ꝙ hec dn̄a omni die post prandiū ꝛ cenā in fine accipiat frustū vnū huius cōfectionis. ℞. speruꝫ aromatici rosa. ʒ. j. masticis. ℈. j. coriādri p̄parati. ʒ. ß. çuccari albi. ℥. iiij. cū aqua acetose. fiat ꝯfectio in rotulis. ʒ. ß. ¶ 4m remediū est hoc: ut incipiat inungē colluꝫ spatulas ꝛ totū brachiū cū hoc vnguēto mediocriter fricando: ꝛ post supponat pellē agninā calefactā ꝛ bn̄ applicatam. ℞. olei de costo de pipibus ꝛ de croco an̄. ʒ. ß. sandarace. ʒ. ij masticis. ℈. ij. boli ar. san. ora. acatie hypoq̄stidos an̄. ʒ. ij. cere albe q̄tū sufficit. fiat vnguentū mediocris tenacitatis ꝛc̄.

Pro cõtractione digitorum manus. ¶ Primũ remediũ. ℞. medulle cruriũ boũ.℥.j.pinguedinis tassi butyri recẽtis pinguedinis anatis.añ.℥.ij.croci.ʒ j.mucillagis fenugreci sebesten sisami añ.℥.ij.olei liliorũ celestiũ olei de croco olei violarũ citrinarũ añ.℥.ij.ß.cere al.q.s.fiat vnguẽtũ molle. ¶ 2m remediũ est hoc. ℞.radicũ altee lib.ß.radicũ saponarie maior.lib.j.fenugreci granorũ sisami añ.ʒ.ij.coquant in q̃tuor situlis aque usq3 ad ꝯsumptionem q̃rte ptis. ¶ 3m remediũ est. ℞.hysopi humide.℥.iij. ¶ 4m remediũ est. ℞.armoniaci bdelij dissolutorũ cũ aceto forti añ.ʒ.j.emplastri de mucillaginibꝰ.℥.iiij. amurce olei recẽtis.℥.v.cere albe q̃tũ sufficit fiat vnguentũ molle. ¶ 5m remedium est. ℞.pul.de polip.℥.j.ꝛ diuidat in XXIIII.ptes eq̃les. ¶ Modus ꝓcedendi in suprascriptis est iste. Primo per octo dies ꝯtinuos faciat ablutionẽ cũ aq̃ calida pedũ ꝛ manuũ scripta in 2o cap. deinde mẽbris bñ exiccatis fiat inũctio eorũ cũ vnguento tepido descripto in tertio cap. ¶ Trãsactis vo octo diebus dimittat vnctionẽ p̃scriptã ꝛ alijs octo diebus sequẽtibus inungat p̃dicta mẽbra cũ vnguẽto scripto in p̃mo cap ꝛ teneat mẽbra coopta cũ lana molli seu succida calefacta. ¶ Deinde trãsactis alijs octo diebꝰ dimittat scðm vnguẽtũ ꝛ inũgant mẽbra oĩa cum vnguẽto scripto in 4o cap. ¶ Et cõpletis istis ultimis octo diebꝰ reuertat iterũ ad ablutionẽ mẽbrorũ cũ aq̃ p̃dicta ꝛ vnctionẽ post ipsam:ꝛ sic transeat de illis octo ad vngendum cũ secunda vnctione:ꝛ alijs octo diebus cum tertia. Et ita continuet iuxta posse per totum istũ annum. ¶ Ultimo vo omni fine sex dierum parum ante cenam accipiat partem vnam de puluere scripto in ultimo capitulo. Et ita continuet per totum ꝓcessum sue cure ꝛc.

Consilium.32. De dolore capitis a materia flegmatica mixta cum cholera:dominante tamen materia flegmatica.



Nobilis vir Jacobus de roma molestat dolore capitis a mã flegmatica cũ cholera cõmixta dñante tñ mã flatica sup cholericã:ita tñ q̃ nõ denoiat cholera vitellina. Hec aũt mã facit egritudinẽ in cerebro ipsiꝰ per essentiã ꝛ ptiz per colligãtiam stõchi ad caput.in stõcho eniz eiꝰ multiplicant flegmata mucillaginosa que euaporant ad caput eius ꝛ iterũ eadẽ mã cõmiscet cuz kilo aut refrãgit ipm in q̃litatibꝰ suis vnde sãguis reddit a flegmate notabilr alteratus. ¶ Mã igit hec aliq̃ñ euaporãs capiti fert ad organa auditꝰ ꝛ ibidẽ facit sonitus erneos.q̃nq3 vo pãniculis cerebri imersa dolores efficit extensiuos in eis:ꝛ si talis uapor spũ visibili cõmisceat q̃nq3 facit ei illusiones ꝛ imaginationes in visu. ¶ Amplius si ꝯtingat has mãs inferius ꝑ arterias uenas ꝛ neruos deferri motus nõ raro saltuosos extensiuos ꝛ contractiuos in cruribus facit apparere.

Unde oportet q̃ in istis dispõnibꝰ ꝓuideat cũ his que ꝓhibẽt flegmatis illiꝰ multiplicationẽ in stomacho ꝛ capite cũ cibis ꝛ euacuationibꝰ opportunis:ut nũc sequit. ¶ Primũ itaq3 hic vir euitet oẽs cibos ꝛ potus actu ꝛ potẽtia flaticos uelut est panis açimus piscis cãcri antiqui ꝛ carnes molles bleta spinachia ꝛ cetera que nõ accipiantur nisi in raro usu. ¶ Dimittat etiã usuz lactis ꝛ lacticiniorũ ciborũ ꝛ pastiliũ ꝛ multũ usum fructuũ frigidorũ:ꝛ ꝓprie in quibus nõ est potẽtia mũdificationis uelut in cerasis dulcibus. Auellanas molles pira muscata poma mollia ꝛ alios fructꝰ similiter actu ꝛ potẽtia humidos euitare debet saltẽ ad annũ vnũ. ¶ Oino etiã dimittat multe aque frigide potũ simplicis uel vino cõmixte. Bibat vinũ rubeũ uel album nõ ualde grossuz clarũ aromaticũ vinositate ꝑticipãs ꝛ non acuitate: nec sit ualde bruscum uel ualde põticum. Ultra predicta accipiat cibaria omnia ad libitum suum.

De medicinalibus aũt q̃tuor sibi cõueniẽtia ꝯscribo. ¶ Primũ est q̃ ipse accipiat vnã de infrascriptis pillis oĩ fine.vj.dierũ immediate añ cenã ꝛ vnã aliã accipiat per horã.j.uel.ij.post cenã:ꝛ ita in curatione sua utat intẽtione reuolutionis ab illa que sumit añ cenã ad illã que sumit post cenã ꝛ eꝯo. talr eniz stõchũ suũ mũdificabit ꝛ caput ꝛ nouã mãerũ gñationẽ effugiet. Sũt aũt pil.iste. ℞.agarici electi.℈.j.turbith pul.pulpe collogntide añ.g.viij.çç.electi.℈.j.aloes p̃parati.℥.ß.salis nitri.g.viij.forment pille cũ succo ro.pro oi.ʒ.vj. ¶ 2m instrumẽtũ p̃ncipale est hoc:q̃ utat hac ꝯfectione de qua accipiat imediate añ prãdiũ rotulã vnã:ꝛ silr ante cenã excepta die qua accipit pillula añ cenã ꝛ bibat post ipsaz modicum vini electi usq3 ad tertiã ꝑtez cyathi:ꝛ faciet hoc usq3 ad medietatẽ mẽsis iunij. Cuius descriptio. ℞.spẽruz electuarij de ligno aloes spẽruz dyambre añ.ʒ.j.çuccari scðe decoc.℥.v.ꝛ cum aq̃ mellisse fiat ꝯfectio in rotulis.ʒ.ij. ¶ 3m p̃ncipale instrm est:q̃ ter in septimana per.ij.horas añ prãdiũ masticet vnã de infrascriptis pillis per q̃rtã partẽ hore. ℞.dragaganti gumosi ꝛ electi.℥.ß.piretri costi dulcis staphisagrie.çç.electi.añ ʒ.ß.dissoluant cũ modico aceti:ꝛ ꝓpe dissolutionẽ eius icorporet cũ pulueribꝰ ꝛ fiant pille ad modũ auellane ꝛ seruentur in pixide sicca cũ modico puluẽ nucis muscate. ¶ 4m p̃ncipale instrm est:q̃ vir iste accipiat purgationẽ infrascriptaz a.X.die mẽsis septẽbris usq3 ad.XX.eius ꝛ silr in mẽse aplis futuro sm hũc modũ. ℞.pillu.cochiarũ pil.aurearuz añ.ʒ.ß.reforment pille.vij.cũ syrupo de sticados ꝛ accipiat eas in aurora ꝛ dormiat per horã post assumptionẽ earũ ꝛ tardetur cibꝰ post per horas.vj. ¶ Post aũt istud minoratiuũ sequẽti die accipiat hoc digestiuũ. ℞.sy.acetosi cõpositi.℥.ß.sy.de sticados.℥.j.aq̃ acetoꝭ.mellis.ꝛ violarũ añ.℥.j.misce sumendo ipm calidũ in aurora.vij.diebꝰ ꝯtinuis. ¶ Q̃ð si tpe assũptionis huiꝰ digestiui uẽter eiꝰ nõ esset lubricus tũc oĩ alterna die accipiat vnã de pillis suprascriptis in p̃ cap. ¶ 8o vo sequẽti die imediate accipiat has pillas. ℞.pil.de sarcocolla cochiarũ de iera cõposita añ.℈.j.reforment pil.vij.cuz succo roꝭ.ꝛ accipiant hora dicta de minoratiuo ꝛ obseruentur ꝯditiones que circa ipm dicte sunt. ¶ Et silr cũ eisdẽ medicinis purget in vere:nisi q: in sy.suprascripto adiungat.℥.j. aque violarũ:ꝛ loco pillarũ de iera cõposita ponat.℈.j.pillaruz fetidarũ. In alijs aũt obseruet oĩa que scripta sunt. Amẽ.

Consilium.33. De mala cõplexione frigida ꝛ humida cerebri pulmonis ꝛ pectoris a flegmate mucillaginoso ꝛ vitreo ad quã sequunt accñtia suspecta difficultas anhelitꝰ tussis fortis ꝛ elõgatio vulē ex descensu materiei a capite usq3 ad illas partes.



Creda multũ est dispõ nobilis viri hieronymi de põte ꝓpterea q: ipsa est dispõ mẽbrorũ pluriũ nobiliũ ꝑtiũ corporis humani:est eni mala cõplexio frigida ꝛ humida cerebri essentialr ꝓueniẽs a multitudine mucillaginosi flatis cui etiã nõ dubito cõmixtã esse partez vitrei flegmatis ꝓpter uehemẽtẽ frigiditatẽ in exterioribꝰ ꝛ interioribꝰ ꝑtibus cerebri ꝑceptã imo etiaz in ꝓfundo. ¶ Est etiã hec dispõ egritudo pectoris ipsiꝰ: q: spatiositas eius a multo flegmate p̃dicto repleta est. ¶ Magna etiã ps illorũ flegmatũ imersa est pulmoni ꝛ dyafragmati suis:q̃ð declarat ex uehemẽtia difficultatis anhelitus ꝛ ex tussi cum expultione multa ut in pluribus difficulter facta. ¶ Propter q̃ð ipossibile est nocumẽtuz notabile nõ esse coicatum cordi:silr etiam stomacho ꝛ epati eius. ¶ Unde non est mirabile si iste vir ex forti ꝛ vniuersali debilitate factꝰ est debilis. ¶ Ex q̃bus appet dispõnẽ ipsam genere esse vnaz q: lapsum cõplexionalẽ frigidũ ꝛ humidũ a flegmate mucillaginoso dñante ꝛ vitreo subdominãte depẽdentem. ¶ Apparet scðo que sint loca patiẽtia:q: cerebrũ pulmo dyafragma ꝛ pectus totum. ¶ Appet tertio que sint accñtia suspecta ut difficultas anhelitus tussis fortis descẽsus materiei ad pectus. ¶ Et existis facile ꝛ ultimate deducit causa mollifi

cationis uel elõgationis vuule ꝓpter ipsam repleri a flegma
tica mã mollificãte ipsaz. ¶ Unñ ultimate ꝯcludit ꝙ opz ipm̃
esse diligẽter sollicitũ ad ꝓcurationẽ sui ne mã pectori imer
sa vertat in saniẽ ꝓpter quã fiet empicus ꝛ de empimate trã
seat ad ptisim ad quã satis est paratus ꝓpter maciem pecto
ris ꝛ reliqua signa gratia breuitatis omissa.

Pro regimine itaqz dispõnis huius cõmẽda-
tissimi viri attẽdat p̃mo ꝙ uta
tur insculis factis ex farina ordei cũ altera medietate farine
amili cũ brodio galline uel caponis. ¶ Utat etiã ouis recẽ-
tibus ꝛ pipionibus ꝛ panatellis ꝛ insculis factis in predicto
brodio ꝛ ꝓprie alterato cum folijs violarũ ꝛ malue blete spi-
nachie ꝛ atriplicis: ꝛ utat carnibus p̃dictis ꝛ capretinis etiã.
¶ Et vinũ bibat albũ sapore dulce cum altera medietate cõ
mixtum aque decoctionis q̃tuor seminũ coium frigidorum
aut saltẽ cum aqua decoctionis ligritie rase minutim incise.
aut tertio cũ aq̃ decoctionis passularũ enucleatarum. ¶ Et
in omni cibario suo semp ponat quãtitatẽ duoꝝ granorum
frumẽti de croco: est enim optimus in hac dispositione ꝛ est
de summa medicinaꝝ ꝯferentium nocumẽto anhelitus deci
ma tertij apparens. conuenit etiã sibi q̃nqz accipere parum
eius in aqua lactis infusi. ¶ Carnes capretine ꝛ gaçelline es-
sent sibi utiles. ¶ Et melius esset ei ut cibum accipet paula-
tine deglutiendo ꝛ in quantitate pauca q̃tuor vicibus in die
comedere magis ꝙ duabus spargere. i. ptiri cibum cũ debi-
litate virtutis prorsus melius est. p̃ma q̃rti. cap̃ de cibatione
febricitantium. ¶ Euitet etiã neruosas ꝛ cutaneas partes ꝛ
pisces ꝛ pastiles cibos ꝛ fructus oẽs preter ficus quarũ tres
aut q̃tuor comedere põt ante cibum semper. ¶ Caueat etiaz
dormitionem uel moram contrahere in loco frigido ꝛ humi
do maxime ꝓpinquo aquis ꝛ exposito flatui uenti septẽtrio
nalis ꝛ turbidi ꝛ vaporosi. ¶ Caueat etiã ab omni exercitio
usqz ad octo dies uel decem: ꝛ maxime post cibũ intantuz ꝙ
exercitiũ aiale etiam euitare debet: ut studij ꝓlixitatem ꝛ pro
fundarũ rerum speculationẽ: imo iracũdiam ꝛ tristitiã ꝛ oẽs
aie passiones euitare debet. ¶ Euitet dormitionẽ immedia-
te post cibũ imo elõget ab eo per horã vnam saltẽ: ꝛ dormiat
capite mediocriter eleuato super dextro latere: minime v̄o su
per spinã iacendũ: ꝓpterea q2 grauat anhelitũ scd̃a primi col
ligendum. ꝛ hec de regimine huius viri rerum non natura-
lium succincte pertranseant.

Pro regimine v̄o per medicinalia lz multa ꝛ
diuersa medicamina necessa-
ria forent ad curã huius dispõnis ꝛ accñtiũ eius: tñ q2 in cu
ra egritudinũ ꝛ accñtiũ varioꝝ eisdez cõplicatoꝝ oportet at-
tẽdere his que sunt suspectiora sine quoꝝ cura talia feliciter
curari nõ possunt. ¶ Idcirco sex ponã remedia oĩno necess-
saria in cura huius dispõnis: neqz eniz oia instr̃a que in sua
rum dispositionũ curatione a p̃ncipio usqz ad finẽ forẽt ne-
cessaria: ita describi possunt utiliter ꝓpter varietatẽ egritudi
nũ ꝛ intercidẽtiam varioꝝ ꝛ multoꝝ accñtiuz que emergunt
¶ Si qua aũt preter hec sex medicamia erũt auxilia oporte
bit ea administrari ſm trãsmutationem que appebit in hoc
viro ex administratione sex instr̃oruz p̃ractoꝝ. ꝛ totũ hoc cõ
plebit ſm ꝙ per calamum fiet notitia de predictis horum
instr̃oruz. ¶ Primũ est hoc. ℞. radicũ altee seminis lini fe-
nugreci añ. M. j. blete malue añ. M. ij. coquant oia in lib.
v. aque usqz ad ꝯsumptionẽ medietatis. deinde. ℞. hui9 ex-
presse decoctionis librã vnam olei violarũ ꝛ de sisamo añ. ℥.
j. ſ. çuccari rubei: cassie b̃ndicte añ. ℥. ſ. salis gẽme granũ vnũ
misce totum ꝛ clisteriçet omni sero per horã vnam ante ce-
nã. ¶ 2m instr̃m est hoc. ℞. mãne electe. ℥. ij. electuarij de psi
lio. ℥. ij. infundant in. ℥. iiij. aque lactis caprini per noctem
vnã: in aurora v̄o calefiãt colent ꝛ exprimant ꝛ eisdem ad-
dant aque decoctionis granoꝝ sebesten. ℥. ij. ꝛ totum paruz
calidius tepido assumatur: ꝛ tardet cibus horis ad minus
q̃nque. ¶ 3m instr̃m est hoc. ℞. dyapenidionis rotulã vnaz
ꝛ si haberi nõ poterit loco eius accipiat penidiarum. ℥. j. ſ.
dissoluantur in lib. ſ. aque ordei calide in quã infundantur
xxv. uel. xxx. grana sebesten p̃us lota: cũ ergo turgescent tene
at semper ex eis granum vnũ in ore leuiter comprimẽdo ip-
suz ut descẽdat ex eo mucillago leniẽdo membra anhelitus:
mãm disponet ad expuitionez ꝛ facilitabit anhelitus. ¶ 4m
instr̃m est hoc. ℞. aque sublimationis radicum altee. aque
angurie añ. ℥. j. ſ. syrupi de liquiritia syrupi violati. añ. ℥. v.
misce ꝛ totũ in aurora accipiat omni mane ꝛ tardet post ip
sum assumptio cibi per horas ad minus tres. ¶ 5m instru-
mentum est hoc. ℞. aloes preparati. ℥. j. croci ligritie hysopi
vngule caballine añ. ℈. ſ. collo q̃ntide bdelij mollis ꝛ subalbi
di añ. ℈. j. salis indi grana. v. cum syrupo de hysopo formen-
tur pillule ex omni. ℥. vij. de quibus omni sero accipiat vnaz
per duas horas post cenaz. ¶ Ultimũ instr̃m est hoc. ℞. co
ralloꝝ rubeoꝝ spodij rosarum añ. ℥. ſ. sandarace. ℥. ij. folij. ℈.
ſ. ligni aloes. ℈. j. macis. ℈. iiij. fiat oium per se puluis dein-
de cõmisceant. de hoc ergo puluere omni sero tota prora ca
pitis caluarie nõiata pulueriçet semp primum puluerem
cũ pectine deponendo quando scd̃m vult apponẽ. Accipe
igit çelanti caritate mi Hieronyme hec predicta auxilia so-
lẽniora. Cũqz hoꝝ usum per q̃tuor dies ꝯtinuaueris: accipe
calamum ꝛ ne sis piger in scribẽdo statum tuum: tãtuz eniz
tibi caritatis ostendam quãtum scio ab optimo amico te cre
dere posse ad laudem dei. Amen.

Cõsilium. 34. De sode a mã melancholica ꝯtẽta in ambobus pãniculis cerebri.



Iste adolescens egrotat soda melancholi-
ca que est dolor capitis ꝓueniens a materia
melancholica ꝯtenta in ambobus pãniculis
cerebri sua mala cõplexione ꝛ grauitate dolo
rẽ in eis facit extẽsiuum ꝛ grauatiuũ: cuius tñ
maior pars in anteriori uentriculo ꝯtinet ꝙ
in posteriori. ¶ Et signa q̃dem huius sunt do
lor grauatiuus cõpressiuus ꝛ magis q̃dem in sinistra ꝙ in
dextra p̃te fixus. lz q̃nqz augeat in dextra magis pp caldita
tẽ que influit sibi ab epate: siue sit caliditas simplex: siue a va
pore cholerico ꝓueniens: eo q2 cõplexio eius a generatione
videt esse cholerica ad adustionẽ tendẽs que reddit materiã
melãcholicam acutioris actiuitatis per accñs ꝙ esset per se
sola. Scd̃m signuz sumi põt a cõplexione totius que ad me-
lãcholiam per adustionem genitã inclinat. ¶ 3m sumi põt a
dispõne splenis: q̃m ꝓpter exercitiũ plerũqz mã melancholi-
ca agitata uel vẽtosata dolorẽ facit in splene eius. ¶ Et 4m
signum est descensus sputi acris uel põtici a capite descen-
dentis. ¶ Et 5m signum sumi põt ab habitudine que ad sic
citatẽ videt esse inclinata ꝛ nõ q̃dem ꝓueniente a simplici sic
citate uel a mã cholerica. igit a melancholica. ¶ 6m signum
est durities pulsus sine uelocitate ꝛ frequentia ꝛ absqz spa
smo ꝛ apostemate duro in aliquo mẽbro. igit videtur esse a
siccitate melancholica. ¶ 7m signum põt esse appitio somnio
rum magis tristãtium ꝙ delectãtium: ꝛ plura alia signa sub-
iungere potuissem que significarent p̃ntiam materierum in
capite: sed ista sufficiant. ¶ Ex his clare ꝯcludi põt ꝙ iste iu-
uẽculus patus est egritudinib9 melãcholie. Si enim melan-
cholia multiplicaret aut transiret de pãniculis eius ad uen-
triculos ꝛ medullã cerebri: ita ut ꝓmutaret cõplexionẽ eius
ꝛ sp̃uum tẽperamentũ: tunc necessario incurreret melancho-
liã que est ꝓmutatio extimationũ ꝛ cogitationũ a cursu nãli
ad corruptionẽ ꝛ malitiã ꝓpter cõplexionẽ melancholicã fa-
cientẽ syluestrẽ sp̃m cerebri interius ꝛ facientẽ ipsum timi-
dum ꝓpter tenebras ipsius. Et ex hoc ꝯcludit ultimate ꝙ ne
cessarium est ei subuenire celeriter.

Regatur igit hic adolescens hoc regimine. p̃mo qui
dem euitet mãsiones ꝛ loca valde frigida ꝛ
excellenter calida ꝛ sicca ꝛ conet contrahere moram in aere
ad caliditatem inclinato ꝛ humiditatem. ¶ Et euitet exerci-
tia ꝛ labores superfluos saltem usquequo curatus erit: quie

scat inquãtum potest: ⁊ summopere conetur euitare iracun-
diam furorem ⁊ tristitiam ⁊ cogitationes malas ⁊ in loco te
nebroso cõmorari solus. ¶ Et caueat a multa quantitate ci
borum replendum: lʒ tñ credam sibi melius esse aliquantulũ
magis declinare ad quãtitatem ciboꝝ ꝙ ad multam subtra
ctionem ipsoꝝ ⁊ potuũ. Timeo enim ꝙ augmẽtum siccita
tis in ipso pducet ipm ad aliquam melancholie spẽm. ¶ Ad
huc etiã ꝑpter hanc causam effugiat multitudinẽ vigiliarum
imo opʒ ipm paruʒ amplius dormire ꝙ ꝯsueuerit ad hoc ut
in eo melioꝛ fiat digestio ⁊ corpus humectationẽ ꝯuenientẽ
accipiat. ¶ In cibis aũt ita se regat ut omne genus acetosoꝝ
⁊ acrium ciboꝝ quãtum pōt effugiat: vniuersaliter enĩ usus
aceti nocet melancholicis. 2° regiminis acutorum. ¶ Eui-
tet etiã cibos ualde calefacientes ut sunt aromata ⁊ vinũ ual
de potens ⁊ uegetabilia calida sicut rutbã rosmarinum pe-
trosellinũ saturegiam mẽtbam calamẽtuʒ ⁊ similia. ¶ Effu-
giat etiam uaporosa multuʒ ⁊ ꝑprie calida uelut alleium poꝛ
rum cepe bulbum ⁊ raphanum. ¶ Dimittat etiam facietia
uentositatem uelut legumina ⁊ proprie fabas faseolos lẽtes
caules ⁊ similia. ¶ Effugiat etiaʒ inuiscantia ⁊ ingrossantia
materias uelut cibos pastiles cutes ⁊ animalium partes ner
uosas. ¶ Et iterum caueat ab usu omnium rerum acuentiũ
humores uelut salsa sinapismum ⁊ ꝯsimilia. ¶ Utaꝛ igiꝛ pa
ne recẽti bene fermẽtato nõ multum cocto neqʒ combusto ⁊
carnib⁹ bene pinguib⁹ facilis digestionis ⁊ boni nutrimenti.
Et utaꝛ carnib⁹ pinguium pulloꝝ castrati agni ⁊ hedi ⁊ recẽ
tis porcelli: ⁊ utatur brodijs medie piguedinis. Macras ṽo
antiquas ⁊ grossas carnes dimittat. ¶ Et comedat de pisci
bus fontilib⁹ habentibus carnes non ualde molles nec feti-
das elixis uel in dulci oleo oliuarũ assatis ⁊ placẽt etiam can
cri non multe tñ ꝯsuetudinis: ⁊ placent cibaria ex lacte cocto
ꝑparata si nõ percipiꝛ ex eis grauitas capitis. Et caseus mol-
lis mediocris piguedinis placet mihi. ¶ De ferculis ṽo pla
cent blete spinachia portulaca atriplex ⁊ borago ⁊ buglossa
cũ quibus ponunꝛ sparagi pauca folia petrosel. ⁊ salute fe-
niculi ⁊ similium edibiũ: ⁊ placent mihi oĩa cibaria cõdita cũ
sapa ⁊ succo pomoꝝ dulcium ⁊ çuccaro. ¶ Et de fructibus
cõcedunꝛ ei cerasa auellane ⁊ ꝑprie recẽtes amigdale pira
muscata ⁊ poma ⁊ ficus recẽtes ⁊ vue tñ dulces ⁊ pepones ⁊
cucumeres ⁊ iuiube ⁊ fructus oẽs quoꝝ caliditas aut frigi-
ditas est pauca cũ augmẽto humiditatis aut ꝑprietatis ad
cerebrum uelut amigdale ⁊ auellane. ¶ De conditis ṽo uti
potest çuccaro violaceo: sed ꝯuenientius est ei ꝯditum cum
buglossa ⁊ boragine equaliter mixtis de qbus accipiat co-
clear in medijs tertijs aut in uesperis. ¶ Uino ṽo utaꝛ dul
ci⁹ aut sibi vicino ⁊ sit album: ipsum enim mẽtem. i. cerebruʒ
minus percutit. scđo regiminis acutoꝝ. textu ⁊ cõmento pri
mis. ⁊ siquidem tale vinum esset mediocris fumositatis pu-
rum bibatur. ¶ Si autem vinum esset ualde potẽs sicut so
lent esse vina brixiensia tunc frangere debet eius potentiam
cum bona aque fontis ẜm discretionis mensuram. ⁊ hec de
regimine non naturalium.

De his ṽo que per medicinales administrationes ne
cessaria sunt ei. Primum quidem ⁊ ṗncipa-
lius est ut dum fuerit domi quietus a q̃rta die instantis mẽ-
sis usqʒ ad. xx. fiat sibi flobotomia de cephalica dextre ꝑtis
inter policẽ ⁊ indicem posita. ⁊ extrahanꝛ sanguinis. ℥. iij. us-
qʒ ad quatuoꝛ. ¶ Et facta flobotomia lʒ per insignẽ doctoꝛ
rẽ magistrũ Baptistam fuerit ꝯuenienter purgatus; tñ pro-
pter uehemẽtem agitationẽ in humoribus factaʒ a balneis.
¶ Etiã qꝛ urine eius substãtia ⁊ contẽta notabiliꝛ arguunt
repletionẽ. ¶ Et 3° qꝛ pulsus affirmat ipsam. ¶ Et 4° itẽꝝ
qꝛ nõ habuit alleuiationem ex ꝑcedentibus sensibilib⁹ eua-
cuationibus. ¶ Ideo videꝛ oĩno mihi opportunuʒ ut post
flobotomiã accipiat hoc digestiuũ in aurora calidũ ⁊ conti-
nuet ipm. x. uel. xii. diebus. ℞. aque buglosse. ℥. iij. aque mel
lisse. ℥. ij. ⁊ est ualde leue. ¶ Et si uolueris digestiuum poten
tius uel efficacius illo. ℞. syrupi de epithimo. ℥. j. syrupi vio
lati recẽtis. ℥. ß. aque buglosse ⁊ capill. ueneris aã. ℥. j. ß. mi-
sce. ¶ Et si desiderares cuʒ digestiuo mãm educẽ acuitatis
aliqd habẽtẽ uel adustionis. ℞. syrupi de thimo ⁊ de fumo
terre aã. ℥. j. aque violaꝝ ⁊ nenufaris aã. ℥. j. ß. misce. Si aũt
dieb⁹ intermedijs qbus digestiuũ assumiꝛ uẽter eius esset sti
pticus accipiat vnã de istis pillis. ℞. aloes electi per tres di-
es infusi in succo boraginis. ℨ. ß. masticis violaꝝ epithimi fo
liculoꝝ sene salis indi. aã. ℈. ß. formenꝛ pille cũ succo boragi
nis ex oi. ℨ. vj. ex qbus accipiat vnã oi alterna die parum an-
te cenã. ¶ Accepto igiꝛ digestiuo purgeꝛ cuʒ altero coꝝ. ℞.
pillaruʒ idaꝝ pillarũ de lapide laçuli aã. ℈. ß. reformenꝛ pil-
lule. vj. cũ syru. violaꝝ ⁊ accipiaꝛ in aurora dormiendo post
eas per vnã horã ⁊ tardãdo post cibũ sex horis. post ꝙ q̃ntã
accipiat vnũ cyathũ aque oꝛdei calide çuccarate: ⁊ in altera
hora comedat. ¶ Post purgationeʒ itaqʒ sequẽti die 3° fiat
sibi appositio uẽtosarũ in spatulis cũ scarificatiõe mediocri.
¶ Adhuc etiã oi sero abluanꝛ pedes ei⁹ usqʒ ad inguina cũ
hac decoctione. ℞. folioꝝ violarũ nenufaris salicis ⁊ solatri
aã. M. ij. floꝝ camomille. M. j. coquanꝛ in sufficienti quãti-
tate aque ⁊ abluanꝛ cuʒ aq̃ calida ṗdicta extremalia. ¶ Ita-
qʒ si per hoc caput eius a dolorib⁹ curatuʒ aut notabiliꝛ alle
uiatũ erit tũc utaꝛ hac cõmixtione de qua accipiat oi mane
hora qua sumebat syrupũ coclear vnuʒ tardãdo post ipsam
cibũ per tres horas. ℞. ꝯserue violarũ buglosse ⁊ boraginis
aã. ℥. j. incoꝛporenꝛ cum melle ros. ¶ Et si uelis ipm coꝛdia
lius ⁊ cerebrale magis tunc adde sibi spẽrum dyamusci dul
cis ⁊ dyambre aã. ℨ. j. ⁊ ꝯuenit etiam sibi hoc electuarium si
nõ fuerit curatus ex ṗmis instrumentis. ¶ Post hoc iteruʒ
si insteterit doloꝛ tunc fiat ei hoc gargarisma. ℞. oximellis
squilliti. ℥. ij. eluarij dyairis ⁊ dyacalamẽti. aã. ℨ. ß. incoꝛpo
renꝛ simul ⁊ accipianꝛ ex eo. ℨ. iiij. ⁊ misceanꝛ cum aq̃ deco-
ctionis radicũ blete ⁊ cũ hoc bene calido oi mane ⁊ sero fiat
gargarisma per duas horas aã cenã. ¶ Cõfert etiã ei tpe do
loris capitis ablutio talis. ℞. foliculoꝝ sene. M. ij. floꝝ ne
nufaris violaruʒ buglosse aã. M. j. fol. maiorane. M. ß. co
quanꝛ ꝯuenienter in aq̃ ⁊ addito ei cinẽ fiat lixiuium ex quo
caput eius ꝯuenienter abluaꝛ omni alterna die. ¶ Adhuc
etiã cõfert ei caputpurgiũ hoc. ℞. aque maiorane. ℨ. ij. aque
sublimationis radicũ blete. ℨ. iij. çuccari albi. ℨ. ß. dissoluanꝛ
simul ⁊ proijciatur ex eo calido leuiter per utrãqʒ narem om
ni sero per horam ante cenam quatuoꝛ uel qnque vicib⁹ cuʒ
aliquãta tẽporis interpolatione ⁊ ṗus os impleaꝛ aqua ne
per palatum descendat in os. ¶ Si aũt per hec omnia com
plete adhuc nõ esset curatus laudo ꝙ bis in septimana per
duas horas post cenam accipiat. ℨ. ij. auree alexandrine cuʒ
℥. j. vini dulcis calidi. ¶ Aut in aurora accipiat ut predictũ
est. ℨ. j. tyriace recentis cum vino iam predicto. ¶ Scio etiã
ꝙ si natura uel ars prouideret ei de apertione emoꝛoida-
rum omnino curaretur. Hec sunt que in dispositione ista me
liora colligere potui ⁊c.

Consilium. 35. De soda a materia melancholica immersa panniculis per communitatem inchoatiue a splene.



Ffluentia bonitas cũ copia bonoꝝ moruʒ ⁊ honestissime vi-
te, ẜ Frãciscus bondei deduxerunt me ad eri-
gendũ qnque remedia pro sua honestissima
ꝯsorte uel uxore necessaria: pro mala disposi-
tione capitis eius que est soda melancholica
ab eadem materia cerebri pãniculis immersa: que lʒ inchoa
tiue fuerit dispositio in cerebro per colligantiã a splene huic
honestissime domine: tñ ꝑpter diuturnitatẽ temporis nõ ita
nunc se habet per colligantiam: quinetiam insit cerebro per
essentiam. Itaqʒ prouideat sibi per hunc modum. ¶ Pri-
mo quidem abstineat ab usu carnium antiquarum ⁊ ꝓpe
Erem igit ⁊ oẽm aliã rex nõ nãlẽ oportet in hac dispositione maxime a ɔ̃rijs denudatũ esse. Si eniʒ in egritudinibus pedũ abstinẽtiã seruamus a ɔ̃rijs quanto magis in ista cuius sanitas tãtum necessaria est. p theisir. ubi supra. Dimissa igit impitoꝝ deceptoꝝ ɔuersatione sapiẽtis medici cõsilio est adherẽdum decipiẽtiuʒ ribaldoꝝ ppulsata uersutia. ¶ Eligat igit aer ad calidũ ⁊ siccũ notabiliter iclinatꝰ nãliter talis ul' artificialiter cũ igne accẽso in cameris ex lignis lauri iuniperi tamarisci pomoꝝ ⁊ siliuʒ. sit etiã clarus nebulis uaporibꝰ grossis puatꝰ ut spũs de cẽtro moueat ad oculos. sitqʒ oriẽtalis pus: deinde septẽtrionalis: occidẽtalis vo nõ: australis vo nequaq̃. Aer enim meridionalis oculoꝝ egritudinẽ facit. 3° Almanß. 25° cap. Idem de uẽtis meridionalibus intellige. sitqʒ domus habitationis eius ab aqs fluuijs ⁊ fontibus elõgata solarata nõ terrestris: neqʒ in camera habitet antiquoꝝ muroꝝ testudinales tecturas hñtium neqʒ sit camere aer fumosus puluẽ sepe turbatus lacunis ⁊ fetidis uaporibꝰ infectus. ¶ Sed in hyeme hoc puluẽ aromaticus factus. ℞. colofonie sandarace gall'. mus. añ. ʒ. ij. storacis calamite thuris. añ. ʒ. ß. fiat puluis grossus de quo ignis aspergat ⁊ suffumigetur camera. In estate vo gallia mus. suffumigent ut ɔfortet vtus ⁊ dilatent spũs ad extra: ita de insulis eius dicẽdum. Calorem igit capitis excitet birretis de dossibus varioꝝ factis uel de pellibus martirio uel pãnis in tinctura de kesmes positis: ⁊ alijs que in medicinarum regimine ponuntur inferius ⁊c̃.

¶ De regimine per cibos ⁊ potus. Cap. II.

E numero aũt ciboꝝ euitentur oẽs difficilis digestionis grossi viscosi ⁊ flegmatici nutrimenti existẽtes. ¶ Euitet igit panẽ açimuʒ non bene fermentatũ ⁊ coctũ antiquũ ⁊ assum. Eligatqʒ panẽ fermẽti plus q̃ habeat cõis panis hñtem. Sitqʒ a suo fermẽto ɔueniẽter spumificatus ad soliditatẽ ɔuenientẽ sine põdere per suã decoctionẽ pductus obscuro cãdore aut opacitate puatus. Et si fieret de farina modicũ furfuracea melior esset. Talis enim nõ multi nutrimenti ⁊ viscosi est ⁊ est facilis descẽsus. 21° continentis. cap. 22°. Sal nãqʒ fermẽtum ⁊ bona coctio remouent ab eo viscositatem ⁊ reddũt ipsum digestionis faciliores.

De carnibus aũt euitent oẽs difficilis digestionis ut bouine uaccine porcine ouine caprine anserine anatine ⁊ aialium ptes viscositatẽ hñtes: ut capita ⁊ collũ. Colluʒ enim ⁊ capita ppietatẽ habere pbant in faciẽdo cecitatẽ: ut Zoar cap de debilitate visus. ¶ Eligant itaqʒ carnes gallinarũ caponum ⁊ pulloꝝ iuuenũ. Caro nãqʒ gallinarum est oi alia carne melior. continẽtis 24°. cap. 665°. ¶ Eligant etiam carnes starne ⁊ coturnicis que inter reliquas uolatiliũ syluestriũ carnes ponunt laudabiliores. 3° Almanß. cap. 43°. ¶ Laudant etiã carnes pdicuʒ que ad caliditatẽ declinant ⁊ siccitatẽ. sunt etiã ualde ɔuenientes ei: cuius corpus ifrigidatuʒ est ⁊ sanguis paucificatus. 24° ɔtinentis. allegato cap. ¶ Caro etiã fasiani huic dñe ɔueniens est cum sit melior carne pullorũ.

2° cañ. cap de durat. ¶ Colũbi etiam iuuẽculi cõplete pennati uolare incipiẽtes laudant uobis ⁊ ppᵉ syluestres. ppietatẽ enim in eis posuit Zoar ad debilitatẽ visus ex penuria spũs visibilis: ⁊ maxime si coquant cũ rapis. Rape enim nõ modicã ppietatẽ oculis hẽre pbant: ut Zoar allegato tractatu. cap 19°. ¶ Caro aũt anatuʒ nõ placet: q: multas generat supfluitates ⁊ fastidium. 3° Almanß. cap. 39°. ¶ Aues aũt minute oẽs ⁊ in dumetis degentes placent: ut fincij philomene carduelli turdi meruli ficedule alaude caude tremule ⁊ passeres. stornelli vo irũdines picus ⁊ pice nõ placent. ¶ De quadrupedibus vo laudat uobis caro hedi vituli lactentis ⁊ annualis agni: lʒ raro ⁊ rarius castratine. nunq̃ vo porcine. ¶ De syluestribꝰ bone sunt caprioline. ipse enim iter syluestres carnes meliores existunt. sanguis ex eis genitꝰ paucas hẽt supfluitates. 3° Almanß. 32° cap. Caro etiam leporis cõueniens est uobis.

De pparationibus vo carniũ elixe cuʒ feniculo recenti uel sicco cũ rapis ⁊ ppe cũ eufragia semp accipiant. Assate etiã placent. frixe vo cũ pinguedinibus ⁊ oleo dimittant.

De piscibus aũt dimittant oẽs. Si qui tñ cõuenire possent qñqʒ ppter reuerẽtiam legis sunt sicut hñtes substãtiaʒ mediocriter solidã humiditate supflua ⁊ viscositate puati: ut sunt torrẽtine uarioli marsiones temali lucij ⁊ siles. sint tñ semp calidi actu ⁊ spẽbꝰ ⁊ aromatibꝰ ɔditi. Oẽs alie pisciũ spẽs dimittant lʒ de salitis aliqd qñqʒ ⁊ nõ multo usu accipere potestis.

De lacte aũt usus ois dimittat. facit eniʒ euenire tenebrositatẽ visus ⁊ caliginẽ. 2° cañ. in suo cap. Silr caseus ⁊ caseata oia cibaria sunt mala.

De ouis vo recẽtia trementia dum sunt cocta igne uel aqua bona sunt uobis. frixa autem ⁊ dura dimittantur.

De cõdimentis aũt ⁊ saporibus placẽt mihi oia cõdita cũ aceto. agresta vo granata arãcia ⁊ oiuʒ hoꝝ succi nõ placent. limonibꝰ etiam uti potestis ⁊ eoꝝ succo. ¶ Spẽs qbus ɔdimenta pparare potestis pre alijs sunt puluis feniculi eufragie maiorane ⁊ ligni aloes. hec quatuor ɔfortãt cerebrũ ⁊ spũm visibilem acuũt ⁊ abstergũt vias. ¶ Adhuc ⁊ cinamomũ qð ɔfert pãno ⁊ tenebrositati 2° cañ. ¶ Et crocus qui abstergit visum ⁊ phibet fluxuʒ ad ipm. ¶ Et çinçiber qð abstergit tenebrositatẽ oculi. oia hec in scðo cañ. ⁊ rutha que visum acuit ibidẽ. ¶ De melle aũt q: calidum est ⁊ siccuʒ in scðo. ⁊ q: abstergit oculum cañ. scðo placent omnia condita. ¶ Adhuc oleũ oliuaruʒ est uobis cõmendatũ magis q̃ oleum nucũ ⁊ butyꝝ. Oleum nãqʒ oliuarũ ⁊ bñ maturum calidũ est in pñcᵒ pmi humidum in fine eius. Olea eniʒ oia ex oliuis bñ maturatis facta ɔfortant corpora ⁊ ex oleo antiquo fit colliriũ tenebrositati. nõ minus igit interius assũptuʒ ɔfert aut saltẽ nõ nocet. Oleum aũt de nucibus calidũ est in 2° humidũ in p° ⁊ caput grauat. ¶ Butyꝝ aũt calidũ ⁊ humidũ in p°. crudũ aũt nõ placet: q: fastidiũ facit ⁊ superius ad os stomachi ascẽdit. 3° Almãß. cap. 95°. coctum iterꝝ nõ laudo. qui enim in comestione utit eo flegmaticas patiet egritudines. ibidem cap. 96°. ¶ Zuccarũ etiã q: calidũ in fine pmi ⁊ equale in passiuis aut parũ siccum placet mihi: ⁊ ppᵉ çuccarũ non laboratũ puluis çuccari noiatuʒ. tale enim calidius est ⁊ nõ minus potẽs in abstergẽdo ⁊ mũdificãdo q̃ mel: ⁊ tale oculo impositũ abstergit euʒ de quo infra. In summa vo placet mihi amplius mel. ¶ Alie aũt spẽs qbus uti potestis sunt macis gariofili nux musc. cardamomum maius ⁊ minus galãga carui petrosel'. ameos origanum serpillum calamentum ⁊ reliqua.

De leguminibus aũt dicẽduʒ p q̃ legumină oiuʒ usus euitari debet. brodium tñ ciceruʒ rubeoꝝ q: calidũ est ⁊ siccũ in pncipio scði ⁊ diuertit mãs: q: diureticũ est: potestis uti eo ⁊ p-

prie cū radicib⁹ ꝛ semine aut herba feniculi cocto. ¶ Panicum etiā placet. nā lʒ sit frigidum in pmo siccum in scđo 2i° ꝯtinentis. cap. 199°. tamē qꝛ propter sui leuitatem ꝛ siccitatem urinam ꝓuocat laudatur uobis. ¶ Risum aūt lʒ sit calidū in pmo siccum in scđo. 2i° ꝯtinentis. cap 126°. nō tamen placet: qꝛ aliqualiter stipticum est. 8° de simplici medicina. suo cap. ¶ Fabas aūt ꝛ faseolos pisa lentes cicera alba omnino fugiatis.

De oleribus aūt utamini oibus oleribus calidis ꝛ siccis apitiuis ꝛ facilis digestionis que mās a capite diuertant ꝛ ei approprient. ¶ De quoꝝ numero est saluia de qua multi modernoꝝ predicāt medici: lʒ paꝝ de ea in passionibus ꝛ capitis oculoꝝ ab auctoribus inueniat. fecit enim de ea Dyasco. capitulum de lilissago. ꝛ in summa ex eo trahit ꝙ est ualde stiptica. In aggregatore vō Serap. cap. 149°. numerat inter medicinas calidas ꝛ siccas in scđo. ꝛ totum dicit qđ Dya. scripsit ꝛ nihil de ea capiti aut oculis approꝑat. Auic. vō cañ. 2°. ꝛ Rasis. 2i. usqꝫ ad 24m nihil dixerūt. ¶ Etiā famosus est usus feniculi: lʒ enim sit calidus in tertio siccus in primo. 8° de simplici medicina. qꝛ tū maximum iuuamētum prebet visui ꝛ est diureticum placet. ¶ Petrosellinum etiam cōpetit uobis: qꝛ calidū ꝛ siccum in scđo. 8° de simplici medicina. ¶ Mētha etiā qꝛ calida ꝛ sicca in scđo placet ꝛ est stomachalis. ¶ Serpillum qꝛ calidū ꝛ siccum in scđo. qꝛ etiā capitale placet. ¶ Rosmarinū calidū ꝛ siccū in 3° ꝯuenit capiti ꝛ oculis placet. ¶ Maiorana etiā utilis est uobis calida ꝛ sicca in 3° attenuatiua dissolutiua. 8° de simplici medicina. ꝛ qꝛ apit oppilationes capitis ꝛ ꝯfert doloribus eius a flegmate ꝛ uētositate factis. cañ. scđo optima est. ¶ Basiliconē aūt uitetis: lʒ sit calidus ꝛ siccus in scđo. tamen comestum nocet visui. tertia tertij. tractatu 5° de nocentibus visui. ubi dicit Albederogi. ¶ Similiter euitare oportet anetum alleum porros cepas oliuas ꝛ caules. ibi videndum. ¶ Lactuca etiam tenebrat visum. q̄re dimittat. ¶ Blete etiam cū sua humiditate nō placent. ¶ Boragine uti potestis lʒ de eo parū ab auctoribus habeat. ¶ Cerefoliū etiā placet. qꝛ diureticum. ¶ Alias aūt radices: ut raphanum scalonias pastinacas dimittatis. ¶ Rapis aūt in cibis coctis semp utamini. oēs enim auctores in hoc cōcordant ꝙ oculis ꝛ visui magnifice ꝯferunt: ꝛ similiter ꝯdite rape meliores sunt. ¶ Karotis aūt (qꝛ calide in ꝑ ꝛ apitiue sūt) uti potestis. ¶ Sparagi etiā suo tēpore placent: qꝛ tēperati: ut Serap. cap de halyon. aut ad paruam caliditatem inclinātur. ¶ Cappares etiam conditi placent: qꝛ diuretici ꝛ abstersiui flegmatis ꝛ calidi ꝛ sicci in secundo.

De fructibus vō euitent oēs frigidi ꝛ humidi: ut cerasa. dulcia enim ex eis stomacho sunt nociua. Acria vō lʒ sint incisiua flegmatis tamen uētrem retinēt: ideo neutra placēt. ¶ Persica qꝛ frigida in ꝑ humida in scđo dimittant. ¶ Pira vō qꝛ frigida in ꝑ sicca in scđo non placēt. lʒ eis coctis cū puluere feniculi ꝛ anisi q̄nqꝫ uti potestis post cibū. ¶ Auellane etiam non placēt: qꝛ caput grauāt ꝓpter suam vnctuositatem. si tamen q̄nqꝫ accipiunt sint torrefacte ꝛ cum çuccaro preparate ſm usum. ¶ Amigdalas vō qꝛ in calore equales qꝛ abstergunt apiunt ꝛ sunt boni nutrimenti: laudo uobis. ¶ Ficus vō sicce calide sunt in pmo sicce in scđo cōueniunt uobis pre alijs fructibus: ꝛ ꝓprie an̄ cibū. cōueniūt enim epati stōcho ꝛ renib⁹ apiēdo abstergēdo ꝛ mūdificādo ꝛ in eis est lenificatio ultima; secūdo cañ. Recentes magis nutritiui sunt: lʒ non ita stomachales: potestis tū uti eis. ¶ Passule etiam placēt qꝛ boni nutrimēti stomacho ꝛ pectori conueniētes ꝛ epati apiendo equaliter: qꝛ ponunt inter equalia. ¶ Nuces aūt lʒ inter res calidas ꝛ siccas ponant. qꝛ tamen grauant stomachū in digerendo pectori ꝛ capiti nociue sunt: dimittant. ¶ Castanee etiā lʒ frigide ꝛ sicce sint qꝛ uentose ꝛ grossi nutrimenti: dimittant. ¶ Crisomilla etiā fugiātur qꝛ frigida ꝛ humida in scđo: ꝛ caput implent fumositatibus. ¶ Pinee vō qꝛ in passiuis tēperate ad aliqualem calorē inclinātes infuse in aquam calidā per noctem ꝛ ꝯdite cum melle ad infrigidatos ꝛ cum çuccaro ad calefactos bone sunt. Nam tollitur ab eis acuitas ꝛ acrimonia. ¶ Fistici vō calidi sunt in fine scđi: ꝛ est in eis caliditas nō limitata. sunt ergo utiles. nā apiunt meatus nutrimēti: expurgāt cānales epatis ꝛ pulmonis. 8° de simplici medicina ¶ Dactyli vō dulces calidi sunt in pmo. de scđis qualitatibus discordāt auctores. Serap. nāqꝫ ponit eos calidos ꝛ siccos. Auic.a vō cap de palma dicit. ꝑterijt eoꝝ sermo: lʒ in libro meo nō inueniā. 8° vō de simplici medicina scribit ꝙ cū hoc ꝙ abūdanter nutriunt uētrem stipticāt: punctionē ꝛ in ore stomachi ꝛ dolorē capitis faciunt ꝛ oppilationes in epate ꝛ splene. dimittant ergo. ¶ Iuiube etiā frigide sunt in ꝑ. qꝛ tū in conseruanda sanitate ꝛ remouēda egritudine dixit Gal. ꝙ non inuenit eas utiles: imo difficilis digestionis dimittant. ¶ Mora etiam qꝛ stomacho nocēt ꝛ facile corrūpunt non sunt utilia. ¶ Granata vō dulcia qꝛ frigida ꝛ humida in primo qꝛ stomacho cōuenientia q̄nqꝫ accipi possunt. Acria vō frigida ꝛ sicca in scđo nō placēt. Muça vō quandoqꝫ tangi possunt. ¶ Pastiles etiam omnes dimittatis cibos ꝛ oppilatiuos.

Quia insuper aīalium carnes nō parū diuersificant ex pte mēbroꝝ: ideo euitāde sunt oēs aīalium partes: quarū nutrimētum grossum est difficilis digestiōis: ut cor pulmo stomachus renes. ꝛ uētosum ꝛ nauseatiuum: ut pinguedinis ꝛ mamillaꝝ. ¶ Cerebrum aūt leporis capitale est. cerebrum aūt columborū visum acuit ꝛ sensus fortiores efficit. ¶ Item aīalium anteriora calidiora sunt ꝛ ad digerēdum facilia. posteriora vō econtra. ¶ De melioribus aūt ptibus aīaliū sunt carnes rubee musculose pauce pinguedinis nō multum extremis aīalium vicine. tales nāqꝫ melius omnibus exhibent nutrimētum ꝛ ꝓprie cum fuerint ex alis coxis elixe in mane: assate in sero. frixa vō caro omnino non placet. Caro vō omnibus alijs melior ꝛ probata magis est que in ueru ꝛ sup craticulis coqtur. ¶ Caro vō salsa in pauca quantitate pauce salsedinis ꝛ raro nō nocet. ¶ Caro insup feniculo ꝛ qbusdam aromatibus ꝯdita in uesicis uel intestinis seruata nō nocet nisi fuerit multum salsa. nam oia cibaria salsa acuta uaporosa ꝛ os stomachi mordicantia sunt mala: ut supra tactū. ꝛ tertia tertij ut supra colligēdum. hec de cibis.

Deinceps aūt de potu dicēdum. ꝑmittendum pmo ꝙ vinū eligat albū subtile clarum aromaticū ꝯuenienter vinosum. Melius aūt est ut bibatur semper cū aqua sublimationis eufragie uel feniculi mixtū ꝛ assumatur in quantitate discretione gubernata. repletio enim vini est vna de causis efficientibus cecitatem. ¶ Ceruixia aūt de ordeo facta nō placet: qꝛ caput dolere facit ꝛ inflat. 3° Almanß. cap. 26°. Que vō de vinulo fit minus mala est: sed non placet. ¶ Potus vō ultimus esset talis melior sibi q̄ vinū. ℞. aque fontis lib. x. mellis mundi libram vnam: feniculi. ʒ. 5. floꝝ eufragie. ʒ. vj. ligni aloes. ʒ. 5. coquātur mel ꝛ aqua ꝛ bene dispumēt: deinde addant species ꝛ bulliant usqꝫ ad consumptionem tertie partis ꝛ utat potu tali ꝛ bene erit ei ut spero.

¶ De motu ꝛ quiete. Cap. III.

Exercitiū ante euacuationes infra dicēdas nō est bonū qꝛ agitat mās ꝛ effumare facit ad caput: post ipsas aūt conueniens erit omni mane media hora festine satis ꝑ domū ambulare. ¶ Et fiant sepe fricationes pedibus ꝛ tybijs pmo. deinde cruribus 2°. 3° coxis ꝛ natibus usqꝫ ad spatulas ut rubescant partes. ¶ Sepe etiam utatur capitis pectinatione que est ualde iuuatiua: imo oi die multotiens: quoniā attrahit uapores ad superiora ꝛ remouet eos a pte oculi. tertia tertij. de cura debilitatis visus. quiescat autem ad placi-

tum ⁊ maxime assumpto cibo ⁊c.

¶ De inanitione ⁊ repletione. Cap. IIII.

Euacuationes fortes oẽs uẽtris mẽstruales emoroidales ⁊ per uomitũ ⁊ fluxũ a narib⁹ oĩno vitẽtur: ⁊ maxime ille que fiũt cũ medicinis laboriose soluẽtibus ⁊ ꝓprie sine digestione p̄missa. nihil aũt ipsam ad melius reducere poterit q̄ȝ euacuationes regulariter administrate de qb⁹ infra. ¶ Repletionẽ aũt ciboꝝ oĩno fugiat: im̄o a comedẽdo discedat reliquis famis adhuc in stomacho exñtib⁹: neqȝ vnq̄ȝ accipiat cibũ nisi appetit⁹ insurgat: ⁊ tũc comedat ⁊ nõ tardet ⁊ accipiat cibũ bñ masticatũ ⁊ nunq̄ȝ tãtũ ut ex eo grauet̃ stomachus. Deterior enim cibationũ est que stomachi grauitatẽ facit: sicut deterior potuũ est qui in stomacho natat ⁊ fluctuat. 3ª p̄mi. ⁊ 4º. Almansꝫ. 4º cap. ⁊ 5º continentis ꝑ cap. Accipiat itaqȝ potũ sepe ⁊ parũ ut melius cũ cibo misceat̃. Abstineat etiam a uẽtosatione frequẽti: q2 attrahit subtilem humorum partem ⁊ grossam firmari magis facit.

¶ De somno ⁊ vigilia. Cap. V.

Superfluus somnus oĩo vitãdus: q2 humectat ⁊ flegmata ꝓprie in capite multiplicat. Melius igitur est aliquãtulũ ad excessũꝫ in vigilia q̄ȝ ad sõnũ declinare. ¶ Uigilie igĩ ſm ꝯsuetudinẽ nãlẽ moderate corpus roborãt: v̄tutes aĩales excitãt ⁊ mẽbra calefaciũt. ¶ Somnus aũt uel dormitio nãlis ſm nãe cursũꝫ facta est que noctẽ nõ effugit: ⁊ diẽ nõ impedit. ¶ Neqȝ dormiẽdũ imediate post cibũ sed distãter ab eo ꝑ ij. horas aut. j. tñ sup strato molli odorifero sup quo multa spgat̃ ruthа ⁊ melior est maiorana. sitqȝ de pluma coto uel serico. ¶ Dormiẽdoqȝ p̄us sup dextro: deĩde sup sinistro latere capite multũ eleuato ei melius est. resupine dormire supfaciẽ aũt uerti ⁊ capite iclinato ut ab igne fugiat: caueatqȝ dormire i loco ad quẽ lune radi⁹ penetrare possit ⁊c.

¶ De accidentibus anime. Cap. VI.

Post euacuationes dicẽdas supinducẽ aliqd iracũdie utile erit. aliqñ hystorias delectabiles que dilatẽt sp̄us ⁊ moueãt mãs ꝯferret in cura. Alternatim igĩ super ipsam ab ira ad gaudiũ: ⁊ econtra ꝑmutatio fiat. Multas aũt passiones ⁊ afflixionẽ in tristitijs afferre malũ esset. ¶ Delitiosam aũt sensationẽ coitus ⁊ maxime supflui oĩno fugiat. est enim de rebus cecitatẽ inducẽtib⁹ ⁊ ꝯfirmãtibus. q2 aĩalem sp̄m a cerebro extrahit: quare ip̄m exãguem reddit. Raro igĩ in ipsum nitẽdũ nisi iã potẽter inuitãte nã. ⁊ cum iã cibus in stomacho digestus credit̃: ⁊ cũ v̄tus ad coitus cõplemẽtũ sine multo labore potẽs est ⁊ post ei⁹ executionẽ sentit̃ corpus forte ⁊ nõ laxatũ. aliter eniꝫ cecitatẽ ꝯfirmabit. Hec de rerũ non naturalium administratione pauca sunt scripta.

Tractatus

scd̃s ꝯtinebit cap̄la septẽ ſm intentiones septẽ curam diuino auxilio complentes. Sũt aũt iste Euacuatio ulis. Inclinatio mãerũ ad oppositũ. Digõ mãeruꝫ coium ⁊ appropataruꝫ. Euacuatio eradicatiua eaꝝ. Exiccatio ꝑticularis eaꝝ. Cõfortatio capitis cũ aptione oppilationũ. Rectificatio reꝝ mãdantium.

¶ De euacuationibus vniuersalibus. Cap. I.

Corpus huius dñe vniũrẽ esse repletũ ea que scripta sunt apte demõstrãt ⁊ egritudo ip̄a testat̃. Nõ eniꝫ a pauca mã potuisset tã subito fieri cecitas: ⁊ illius cã ꝑncipalis indubitãter penes ꝯsciẽtiam meã fuerit narcoticoruꝫ applicatio. hec eniꝫ mãm sui frigiditate in ꝓfundo corporis coartauerũt ⁊ ꝯgelauerũt sp̄us. qbus a tota sp̄e ꝯ̄riãtur. Nullus etiã visus est qui narcoticis uteret̃ qui nõ icurreret corruptionẽ sensuũ interioꝝ ⁊ cecitatẽ. Et ideo oportet eã diligẽter euacuare. ¶ Prima igĩ hui⁹ cap̄li intẽtio cõplet̃ instrĩs quatuor. ¶ Quoꝝ p̄mũ est: ut per dies. viij. oi mane accipiat clistere tale. ℞. maluaꝝ blete violaꝝ furfuꝝ. añ. M. j. camomille. M. ij. ani. fen. añ. M. ß. ex hac decoctione accipiat lib. j. olei de lilio. ℥. ij. olei de absinthio. ℥. j. salis cois. vitellos ouoꝝ duoꝝ cassiefi. bñdicte iere hermetis uel logodion. ⁊ si neutra hẽtur accipiatur iera simplex Gal. oĩuꝫ. añ. ℥. ij. fiat ⁊c. ¶ 2m est q̄ȝ oi sero paꝝ añ cenã accipiat vnã ex his pillis. ℞. aloes succotrini. ℨ. ß. aque fontis. ℥. iij. agarici. ℨ. ij. ȝinȝi. ℈. ij. dissoluant̃ agaricus ⁊ ȝinȝiber in mortario cũ p̄dicta aq̄ calida ⁊ ꝯquassent̃ diu: deinde exp̄mant̃ ⁊ in aq̄ illa infundat̃ aloes per triduũ: deinde colet̃ ab ea: ⁊ addat̃ ei masticis. ℈. ß. ⁊ in mortario agitãdo reducat̃ in pill'as ex oi. ℨ. faciẽdo. vj. ¶ 3m instrm est: ut post illa. 8. clisteria hora. xxiª die sequenti flobotomet̃ de saphena sinistre ptis: ⁊ ex̃hat̃ de sanguine usqȝ ad. ℥. iiij. ne debilitet̃. q2 flobotomia uenaꝝ inferioꝝ magis debilitat q̄ȝ superioꝝ. 4ª p̄mi. 20º. cap. ¶ Iteꝝ post hãc flobotomiã accipiat oi tertia die hora iã dicta vnã ex p̄dictis pillulis usqȝ ad dies. 8. sequẽti v̄o die aperiatur sibi in mane saluatella dextre manus: ⁊ ex̃hant̃ sanguinis. ℥. v. ¶ 4m tertia v̄o sequenti die accipiat. ℥. ß. eluarij indi descriptione Mes. ⁊ tardet cibũ sex horis accipiẽdo ciffuꝫ aque ordei ȝuccarate post qntã horã. ¶ Et si nõ hẽret eluariũ illud accipiat has pil. ℞. pill. cochiaꝝ: ⁊ de iera cõposita añ. ℈. j. fiãt. vij. ⁊ dent̃ ut dictum est. ¶ Et attẽdat incipe has euacuationes circa medietatẽ mẽsis februarij: q2 tp̄s erit idoneum ualde ad sequẽtia: ⁊ nõ tardet: q2 p̄iculũ sibi maximũ icũbit. Et p̄tiat̃ istis ⁊ sequẽtibus euacuationibus tp̄s. Itaqȝ accipiat a coniunctione lunari distãter per tres saltẽ dies ante ⁊ post.

¶ De canone inclinãdi mãs ad inferius. Cap. II.

Materias in capite stantes ex ꝓpinquo summope debet intẽdẽ medicus ad ꝯ̄ria deducẽ. ¶ Et si qdẽ fluẽtes fuerit a mr̃ice ad caput mẽstrua multiplicate: ut dando iere simplicis. ℨ. j. croci. ℈. ß. ⁊ est mihi secretũ. ¶ Aut. ℞. pillaruꝫ de oppoponaco. ℈. ij. musci. ℈. ß. fiãt cũ succo apij: ⁊ tardet̃ cibũ sex horis. ¶ Si v̄o ab epatis gibbo ⁊ renib⁹ fluẽrẽt cum diureticis diuertant̃. ut. ℞. syru. de radicibus sine aceto. ℥. j. ß. granoꝝ milij solis. ℨ. ß. det̃ hec. v. diebus uel sex. ¶ Si aũt stomachus mãdaret mundificet̃ cũ iera simplici uel pillulis de ea. ¶ Si v̄o a cõcauo epatis trahat̃ per clistere iam scriptum. ¶ De coib⁹ aũt diuẽrtẽtib⁹ sunt fricationes de qbus supra tractatu ꝑ. cap 3º. visum est. Aut ligent̃ extrema p̄mo ꝓpe clauiculas manuũ ⁊ pedũ. 2º supra genua ⁊ adiutoria Silr̃ ⁊ tertio apponant̃ domesticis coxaꝝ paruꝫ sup genu uẽtose vitree aut lapidee: aut cornee ignite potẽter sine scarificatione. ¶ De tractu aũt materieꝝ in capite stãtium infra erit canon cap 5º. Has etiam diuersiones iuuãt flobotomie p̄misse ⁊ clisteria p̄cedenti capitulo tacta.

¶ Intentio digerendi materias. Cap. III.

Iam enim p̄cesserunt euacuationes ulẽs: que euacuationẽ minoratiuã mãeruꝫ ꝓparum respiciũt si bñ ꝯueniret. debent igĩ digeri mãe digõne appropata: plectoriã ꝑ ulẽm. scd̃o particularẽ respiciẽte. ¶ Digerat̃ igĩ cũ hoc mee intẽtionis diuino lumine expto syru. ad hec ⁊ filia. ℞. floꝝ sticados: thimi: epithimi: calamẽti: pulegij: origani: herbe palisis: spice neridẽ: flo. buglos. boraginis: radicuꝫ. iringi: mirabo kebuloꝝ: enule: fen. eufragie: ireos: ruthe: maiorane: nigelle. añ. ℨ. ij. seminis ⁊ radicũ peonie: folij ameos: cardamomi maioris: flo. anthos. añ. ℨ. j. ifundant̃ in aq̄ fontis per dies. v. deinde ex̃hant̃ ⁊ dimittat̃ exire aq̄ per diẽ mediã. ponant̃ itaqȝ in alẽbico: ⁊ cum sapiẽtia sublimẽt̃: ⁊ huius sublimationis. ℞. aque lib. ij. mellis electi lib. ß. aceti squillitici. ℥. ij. coquant̃: ⁊ cũ bullit hẽ sp̄s in sindone ligate secũ bulliãt. Et si uelis lõguꝫ facẽ syr. ut soleo dent̃. ℥. v. uel sex in aurora calide. si v̄o cõplete coquat̃: dent̃ ex eo. ℥. ij. cum. ℥. ij. aque maiorane: ⁊ tãtundẽ aque feniculi. Sp̄es sunt iste. ℞. macis nucis mus. añ. ℨ. j. ß. galãge: granoꝝ paradisi: cubebaꝝ. añ. ℨ. j. ß. eufragie: feniculi. añ. ℨ. ij. ambre musci. añ. gra. v. fiat ⁊c.

¶ Alia digestiua q̄ȝ plurima accipe potestis ex illustrium

auctorũ sententijs: ut syru. squilllitici oẽs ꝛ ꝓprie descriptione Democriti. Syrupus de calamento: de sticados: secaniabin de keisim ꝛ syrupus de hysopo: ꝛ de lilio. ¶ Domesticũ võ ꝛ bonũ digestiuũ est hoc. ℞. aque maiorane feniculi: eufragie: ruthe. aã. ℥. j. ß. misce: ꝛ calidum deꝭ ut supra.


¶ De euacuatione appropriata eradicante. Cap. IIII.


Apparẽte digõne ꝑueniẽti ex nebula alba: uel hypostasi in fundo sedẽti iũcta equali dyaphana piramidalis figure ꝛ rectificatione coloris ꝛ substãtie urine. Jlico soluaꝭ uẽter cũ his pil. ℞. pil. lucis. ʒ. j. pillaꝛ de sarcocolla: que mirabiles mihi experte sunt in similibus. ʒ. ij. ß. fiant. vij. uel. viij. cũ suc. feniculi: ꝛ denꝭ ut supra ꝛ teneaꝭ modus in ꝑ cap. hui⁹ tractatus positus. ¶ Si võ abhorreret pil. denꝭ iere simplicis. ʒ. x. cum aqua feniculi. ¶ Scribunꝭ etiã 5° cañ. summa ꝑma. tractatu 9°. pil. stomatiche alkindi: que multum utiles sunt: ꝛ dosis earum est. ʒ. j. ß. ¶ Pillule etiã sine qbus esse nolo Nicolai bone sunt. meliores tñ sunt pillule auree eiusdẽ. placent aũt mihi magis supꝛascripte ꝑmo.

¶ De exiccatione particulari materierum. Cap. V.


Facta purgatione ad ꝑticularem exiccationem deueniendum: que cõpleꝭ instrĩs nouẽ. ¶ Primũ est gargarisma hoc. ℞. pipis al. costi staphisagrie: agarici piretri: ireos. aã. ℥. j. ß. bulliant in duabus libris aque usq ad ꝯsumptionem tertie ptis: deinde ex hac colatura accipiaꝭ medius cyathus: ꝛ tãtundem hydromell. ꝛ calefiat: ꝛ fiat gargarisma mane ꝛ sero. ¶ 2ᵐ est masticatio cubebe lõgo tempore: uel neruo alicuius corporis: uel radicis ireos: uel agarici: qd meli⁹ est omni alio ꝛ fiat hora iam dicta. ¶ 3ᵐ est caputpurgiuꝫ factum cũ suc. ciclaminis: aut cum hydromelle. ¶ Si autẽ nõ habeꝭ ciclamẽ accipiaꝭ suc. radicis blitis. ¶ 4ᵐ est fortis fricatio facta in fine colli cum pulpa squille: uel cum fricatione puluerꝫ euforbij. ¶ 5ᵐ est uesicatio sup iã dicto loco facta cũ pede coruino uel oleãdro ꝯtritis: uel cũ cãtaridibus ꝯtritis: cum aceto ꝛ fermẽto. ¶ Nota nõ ualẽtibus alijs post uesicationẽ apponaꝭ parti posteriori chorda uel setonus cũ cauterio. ¶ 6ᵐ est cauteriuꝫ potẽtiale factum ibidem cum capitello: uel cum cauterio tripunctali. ¶ 7ᵐ est cauterium potẽtiale factũ sup cõmissurã coronalis ꝛ sagittalis copula: uel cũ cauterio circulari tali. ¶ 8ᵐ si mã videreꝭ finaꝭr in arterijs remãsisse est arteriotomia ipsaruꝫ. Et est ut raso capite aspiciaꝭ arteria que maior est ꝛ facta supea scissione eleueꝭ cũ duob⁹ vncinis paꝛꝛ apud vncinos ligeꝭ: ꝛ tunc in medio incidaꝭ: ꝛ ibidẽ cautericeꝭ: ꝛ filũ extra pendẽs dimittaꝭ: ꝛ cureꝭ locus cũ basilicone: ꝛ similib⁹. Si aũt mã ꝯtineꝭ in uenis fiat applicatio sanguisugarum uenis tẽpoꝛ: aut flobotomenꝭ uene anguloꝛ ꝛ domesticoꝛ oculoꝛ. ¶ Attẽdẽdumq semp toto tẽpore quo patiẽs assumit digestiua: ꝛ quo post purgationes fiũt ea que in hoc 9° cap sunt posita: debet uẽter esse fluribilis nãliter uel artificialiter cũ ꝑdictis clisterib⁹ ꝛ pillulis. ¶ Nõ potui doctor insignis ꝑticularia hec oĩa multũ accurate ꝑcurrere: qꝛ multis occupationib⁹ distrahor. ꝛ qꝛ loquor ad sapientem. sed legant hec 3ª tertij. 13° de igenio sanitatis in fine. Et in hoc cap stat ueritas curationis quam deus prestet.

¶ De confortantibus. Cap. VI.


In gñe ꝯfortãtiuꝫ quedã respiciũt caput. quedã oculos cũ spũ visiuo. Alia utrũq simul. de ꝑmis ergo plura sunt. ¶ Primum odoꝛ oẽs calidi ut macis: nucis mus. galãge: gariofiloꝛ folij ambre musci. ¶ 2ᵐ sunt sacculi ex his facti ꝛ sup prora capitis portati: aut pulueres ex his sup cõmissuris iam dictis aspersi. Et placuit Zoar primo cap theisir inter cetera puluericãdo cũ gariofilis: ꝛ est efficax ualde ut milies vidi. ¶ 3ᵐ est masticatio cubebe ut supra. ¶ 4ᵐ est acceptio modici metridati in sero cũ modico aque lauri. ¶ 5ᵐ est cõfectio dyambra Mesue fiat solida: ꝛ teneaꝭ in os multotiens

¶ Que võ oculũ ꝛ visiuum cõfortant spũm sunt sicut eufragia sepe comesta. ¶ Vidi enim hoĩes ꝛ decrepitos fere ad cecitatẽ ꝑductos fore integre visioni restitutos cum hoc puluere. ℞. macis. ℥. j. eufragie. ℥. iiij. fiat puluis subtilis de quo coclear mediuꝫ semꝑ ante cibũ degluttiaꝭ. ¶ Jtẽ feniculus sepe masticatus. ¶ Jtem suc. eius oculis iniectus. ¶ Jtẽ odor maiorane freqũẽs secretuꝫ est magnũ. ¶ Jtẽ colliriũ de fellibus rapaciũ aĩalium. ¶ Sextũ est iniectio balsami in oculis. ¶ Septimũ est succus celidonie coctus cum hydromelle ꝛc. ¶ Octauũ est pul. mirabilis iuuamẽti: quẽ habui ab vno suo dei ꝛ ego rectificaui: ꝛ sepe exptus suꝫ: ꝛ spo videbiꝭ eius in hac dña iuuamẽtũ. ℞. sileris mõtani: cinamomi: cinami. aã. ℥. iij. se. eufragie: anisi: fen. aã. ℥. ß. flo. anthos. ℥. j. cubebaꝛ: macis: gariofil. gra. paradisi. aã. ℥. j. oĩa per se teranꝭ: postea bñ incorporenꝭ: ꝛ deꝭ ex eo. ℥. j. ß. oĩ mane ante prãdium: ꝛ modicum ex eo ante cenã. ¶ Confortantia võ utrũq sunt sicut usus tyriace magne in mane per qnque horas ante cibum deglutite. confectio dyamusci dulcis tyriaca dyateseron ꝛ reliqua.

¶ De rectificatione mẽbroꝛ mãdãtium. Cap. VII.


Jam aliqd de hoc tactuꝫ est in scdo cap hui⁹ tractatus cũ de diuertẽtibus fuit descriptum. ¶ At võ cor rectificamus cũ odoriferis ut citro mellissa musco ꝛ sacculis ex istis: ꝛ eluarijs: ut de gemmis: ꝛ etiã de hiacincto. 5° cañ. ꝛ letificãte Almã. ¶ Epar võ cũ dyarodon in frigida. triasandal. in calida cũ spodio cicorea ꝛ silibus. ¶ Stomacho võ cũ absinthialibus ꝯfectionib⁹ oĩbus dyacinamomo: dyamargariton: cũ sagenea: ꝛ selite: ꝛ silibus. ¶ Splẽ võ cũ dyacapparis sgnãti scolopen tamaris. ꝛ silibus. ¶ Matricẽ võ cum trifera u traq ꝯfectione de seminib⁹ artemisia: matricaria: mellissa: ꝛ metridato ꝛc. ¶ Pulmonẽ võ cũ dyahysopo dyagalãga ꝛ silibus. ¶ Hec sunt isignis doctor que in dispositione huius mulieris occurrũt. uos aũt clara sapientia uestra ꝛ addetis ubi diminute scripsi ꝛ regetis: ꝛ gubernabitis ut solertia grandis uestra monstrabit. Amen.

Cõsilium. 59. de imaginationibus oculoꝛ siue de corruptione sensus visus a mã flegmatica ꝑueniẽte per colligãtiam a toto ꝛ a stomacho ꝑcipue. Et de dolore sciatico continens tria capitula.


¶ De causis imaginationibus. Cap. I.


Frater Jacob⁹ brixiẽsis de religione sancti dñici multis laborat accitib⁹ que tñ sunt duo ꝑncipalꝛ ꝑõderãda ꝑueniẽtia tñ ab vna ꝛ eadẽ cã efficiẽte mãli. ¶ Sũt aũt eius accntia ꝑncipalia hec. ¶ Primũ imaginationes oculoꝛ. ¶ Scõm võ est dolor sciaticus. ¶ Proueniũt aũt in hoc suo dei imaginationes a mala cõplexione frigida ꝛ humida totius: ꝛ ꝑncipalꝛ capitis: ꝓpter quã in epate suo gñatur sanguis flegmaticus multũ. ꝛ in cerebro ei⁹ ꝓpter diminutam digõnẽ gñatuꝭ ꝛ ꝯgregaꝭ flegma multũ. cuius uapores spiritui visibili ꝑmixti ꝑmutãt ipm in cõplexione nãliter in frigidãdo spũm ꝛ in substãtia igrossando ipm: ꝛ sui grossitudine ꝛ turbulẽtia reddunt spũm visibilẽ opacũ. ¶ Et adhuc etiã ꝑs aquosa flegmatis descẽdit a cerebro per viã neruoꝛ opticoꝛ ꝛ uenaꝛ ꝛ arteriaꝛ ad cristalloidẽ ꝛ araneã pãniculũ usq ad pupillã ꝛ corneã. Et hui⁹ qdẽ aqua descẽdẽs si deus nõ iuuabit ipm ingrossata frigiditate ꝯtinentis ꝑducet ipm ad ꝑfectã cecitatẽ. Et trahunꝭ hi sermones a sñia ꝑncipis 3ª tertij. 4° cap de aq. ubi inqt. Descẽsus aque est egritudo oppilatiua ꝛc. vide ibi. Cũ ergo ꝑmanet uapor ille predictus spũi visibili ꝑmixtus cũ deferꝭ ad cristalloidem ꝑcipit potẽtia visiua impressionẽ eius in organo. ꝓpter qd aspiciẽdo aerẽ extra corrupte indicat uaporẽ illũ in aere impssum cũ tñ interius ledat organum visionis totaliter ꝛ ꝑtialꝛ. Et est modus facile intelligẽdi nocumẽtũ opationis in potẽ-

tia visiua opatione ꝯtinētis. tenēdo etiā adhuc ꝙ visio fiat ītus suscipiēdo. nā spēs obiectoꝝ visibiliū per mediū exteriꝰ recepte in spū ⁊ organo visionis ꝑmutant̄ ad corruptionē visionis.

Et ex hoc fundamēto poterit hic vir solui plura ꝓbleumata. ⁋ Primum ꝓpter qd qn̄ ⁊ quāto magis dolet caput: tāto fortiores sunt imaginationes. patet hoc ꝓpter maiorē debilitatē in oculo tūc existentē. ⁋ 2ᵒ ꝓpter qd imaginationes fortiores efficiunt̄ tpe repletionis ꝙ uacuitatis. patet hoc ꝓpter debilitatē eoruꝫ ⁊ multitudinē uapoꝝ. ⁋ 3ᵒ ꝓpter qd cū alterat̄ caput a frigidis intꝰ ⁊ extra crescunt imaginationes. patet ꝓpter augeri discrasiā tunc magis ⁊ spirituosam substātiam ꝑmutari magis. ⁋ 4ᵒ ꝓpter qd in vigilia ⁊ abstinētia minus male se hēt. ⁋ 5ᵒ ꝓp qd stiptico ente uentre deterius se hēt. patet q: tunc auget̄ magis euaporatio. ⁋ 6ᵒ ꝓpter qd deterius est ei tpe hyemis ꝙ tpe estatis ꝯspicere obiecta. patet q: illo tpe auget̄ discrasia. ⁋ 7ᵒ ꝓpter qd deterius successiue semper de anno in annū corrumpit̄ ei visio. patet ꝓpter debilitatē etatiuo decursu acqsitam: est eniꝫ etas eius in fine ꝯsistētie, ubi calor notabilr̄ incipit minui. ꝑma ꝑmi. caꝑ de etatibus. ⁋ 8ᵒ ꝓpter qd lineę uapores aut alie figure repñtātur visioni sub specie albedinis. patet q: uapor aqueus ꝓueniēs ab albo flegmate representat visioni similitudinem suā. ⁋ 9ᵒ ꝓpter qd qn̄qꝫ in hac visione corrupta apparet formas ⁊ figuras illas aliqn̄ ferri sursuꝫ aliqn̄ deorsuꝫ. Patet ꝑmum qm̄ spūi visibili cōmiscet̄ uapor ualde leuis cuiꝰ est moueri motu recto sursum. ⁊ econtrario qn̄ ei cōmiscet̄ aqua aut uapor grauis: quoꝝ est moueri intrīsece motu recto deorsum. Ex qbus ꝯcludit̄ ꝙ si tantum uapor moueret sursum quātuꝫ aqua mouet deorsum necesse foret imaginationes repñtari ꝫm figurā motus circularis. ⁋ Ex quo fundamēto ultimate soluit̄ ꝓbleuma magnū videlicet quare in hac dispōne ꝑcipit̄ qn̄qꝫ in capite motus circularis absqꝫ hoc ꝙ hō aspiciat aerē uel alia obiecta exteriora. mltotiens enim homini qescēti repñtat̄ virtiginosus motus in cerebro suo ꝓpter quē homo indicat ꝙ oīa corpora exteriora uoluant̄ gyratiōe: nullo taliū corpoꝝ visu ꝑcepto exterius. Et huiꝰ dispō est uertigo circularis ut pōt pulchre ⁊ subtiliter cōprehēdi ab Auicᵃ ꝑma tertij. tractatu 5ᵒ. caꝑ 8ᵒ in exordio. Uertigo est ut hñti eam appeat ut res mūdi uoluant̄ in gyruꝫ cū enim in uētriculis cerebri: uel inter ipsum ⁊ pāniculos multiplicat̄ uapor: qui ꝫm figurā loci spiritui visibili cōmixtus mouet ipm rotatim. Quis hēt dubitare ꝙ spēs illius motus circularis ꝑcipiat̄ a potētia tactiua ꝓtiuꝫ sensibiliū pāniculoꝝ ⁊ neruoꝝ orietiū ab anteriori pte cerebri: qui sunt infra sensus. Et ꝙ spēs illius motꝰ recepta in spū per mediū intraneū delata ad organa potentie imaginatiue repñtet ei motū circularē. hoc idē oīno rōnabile ⁊ necessariuꝫ est: q: motus est sensibile cōe pluribus ꝙ vno sensu ꝑceptibilis: cuius spēs ꝑcipiunt̄ a potētia tactiua: ⁊ a potētia interiori sensitiua videlicet imaginatiua. ꝓpterea q: spēs sensate in spūm ⁊ in mediū recepte ⁊ in organo mouēt potētias que opant̄ ꝫm impssionē ab obiectis ⁊ spēbus in medio ⁊ organo factā. ⁊ sunt ꝫmones Auicᵉ in ꝑallegato caꝑ positi apiendi per hunc modum. ⁋ Ex hoc fundamēto collige pulchre differētiam inter scothomiam uertiginē ⁊ imaginationes oculoꝝ. ⁋ Prima enim dispositio ꝓuenit ꝓpter corruptionē in opatione imaginatiue potētie interioris: alia vō nō euacuat̄ a nocumēto in sensu visus ꝯtingente. ⁊ tu considera. ⁋ Et hoc quidē manifestat huic viro causam: quare caput eius nō raro percipitur moueri circulariter. ⁋ Et seqtur ulterius ex hoc fundamēto ꝙ hic vir ꝯtingēter dispositus est ad epilepsiā ⁊ apoplesiā. Si enim uapor ille in aquā ꝯuerteret̄. ⁊ mā ex qua generatur multiplicaret̄ intātum ꝙ uētriculus cerebri oppilaretur incōplete faceret epilepsiā. si vō cōplete faceret apoplesiam que oīa colligunt̄ in diffinitionibus epilepsie ⁊ apoplesie collectis ꝑma tertij. ubi supra. ⁋ Et 4ᵒ seqtur ex hoc fundamēto ꝙ non est mirabile si visus huius viri obtenebratus est. intelligēdo per tenebrositatē visus impedimētū eius in apprehēdendo obiecta visibilia nō clare ⁊ distincte neqꝫ usqꝫ ad distātiā ꝯueniētē. ⁋ Et tādē 5ᵒ ꝯcludit̄: ꝙ pseuerātibꝰ huiusmodi nocumētis iste homo dei cito ꝑuabit̄ visione: aut q: uapor ille igrossabit̄. ⁊ aq̄ ingrossata totalr̄ oppilabit pāniculū araneā añ positū cristalloidi. aut q: uapor ille in aquā ꝯuersus iplebit ipsam pupillā. aut ille idē ⁊ aq̄ ex qua gñatur igrossabit̄ añ pupillā ⁊ ꝯuertet̄ in pānū cōplete cecitatis effectiuū. Et sunt ꝫmones ꝑncipis 3ᵃ tertij. tractatu 4ᵒ. caꝑ de aq̄. In exordio sic icipiēs. Descēsus aque est egritudo oppilatiua stās iter corneā quātū ad supficiem ultime corticis eius. ⁊ īter pupillā quātuꝫ ad supficiē cōuexā eius. ⁋ Ex qbus oībus in vnū collectis appet ꝙ iste vir indiget regimine curatiuo multuꝫ accurate eligēdo ⁊ administrando ꝙ citius est ei possibile ne cadat in peius.

⁋ De cura per dietam. Cap. II.



Itaqꝫ regimē huius viri utiliter administrādū: deinceps diuidet̄ in duo capl̄a. quoꝝ alterum (⁊ est scōm in ordine) discurret per administrationem sex reruꝫ non naturalium. Aliud vō qđ est tertiū in ordine declarabit regimē ꝑ medicinalia.

⁋ Pro declaratione igitur ꝑmi discurrendo per cibaria ⁊ potabilia ꝑmittēdum ꝑmo ꝙ oēs cibi tam medicinales ꝙ medicine cibales difficilis digestiōis: aut q: difficulter: aut non nisi longo tpe trāsmutabiles a virtute seponendi sunt. patet q: cum lapsus huius viri in stomacho in toto existat a frigiditate ⁊ humiditate: patet digestionem in eo debileꝫ esse. ⁋ Secundo ꝑmittendū talia oīa cibaria debēt esse calida ⁊ non frigida. patet q: calida corrigent lapsum ubi frigida augerent ipm. ⁋ Tertia ꝯclusio ꝑmittēda est ꝙ talia neqꝫ debēt esse excellēter humida. patet: q: talia cōmutabilia sūt in aquā ⁊ uaporē multū. ⁋ Itē q: talia augerent lapsum. ꝓbat̄ q: humiditas maior ꝙ debet reddit corpꝰ frigidius qꝫ oportet. ⁋ Exēplū ꝑmoꝝ est uelut carnes laudabiles: vinū mediocriter bonū. ⁋ Exēplū scdoꝝ est: uelut fructus oēs hūidi potētia ⁊ actu: ut sūt pira poma nō hñ dulcia: citrulli: cucumeres: ꝑsica ⁊ silia. ⁋ 4ᵃ cōclusio talia cibaria nō debēt esse multum humida māliter: ut lac: pisces aqua multa: ⁊ vinū aqueū: ⁊ brodialia multa saltē macra. ⁋ 5ᵃ ꝯclo ꝙ talia nō debēt esse humida humiditate effectiue tali nec māliter. Exemplū sicut porrū: alleū: cepe: bulbus raphanus. oīa enim talia hñt humiditatē multam ⁊ euaporabilem: ⁊ habent caliditatem potentialiter euaporantem. ⁋ 6ᵃ ꝯclusio ꝙ talia nō debēt esse viscosa inꝙtū est possibile. pꝫ q: talia gñarēt humorē ualde facile glutinabileꝫ ⁊ viscosuꝫ. ⁋ 7ᵃ ꝯclo ꝙ talia nō debēt eē māliter ⁊ effectiue humida ⁊ corruptibilia uelut lac ⁊ similia. patet qa essent causa corruptionis nutrimēti boni ⁊ substātie spirituose. ⁋ 8ᵃ ꝯclusio ꝙ talia edulia debent esse per operationem a tertia virtute prouenientē calefactiua aptiua ⁊ ꝯsumptiua subtiliatiua ⁊ ultimate visus iuuatiua. ⁋ Primū patet. q: talia oculū ⁊ spūm ꝯtinētis cōseruabūt. ⁋ Et secundū declarat̄ q: aptiua faciūt euaporare supfluitates ab oculo. ⁋ Et tertiū apparet cū quarto: q: subtiliatiua ⁊ exiccatiua spūm ingrossatū a uaporibus ad mediū deducent ⁊ ab humiditate supflua expurgabunt. ⁋ 9ᵃ ꝯclo est. ꝙ ꝑdicta oīa debēt esse hñtia opationes ⁊ ūtutes visui ꝯferētes ⁊ ipm ꝯfortātes: siue ipm ꝯfortēt spūm visibilē sustentādo: ⁊ a resolutione prohibēdo: uelut corallus: ⁊ margarita: ⁊ lapis armenus lotus ⁋ Siue spūm clariorē efficiēdo ⁊ magis dyaphanū uelut succus ruthe ⁊ feniculi ⁊ eufragie. ⁋ Siue spūm visibileꝫ a magna resolutione ⁊ frequēti ꝓhibeāt. uelut succus rosarum: ⁊ berbene quam qdā frigidā ponūt. ⁋ Siue talia cōferāt visui abstergēdo panniculos: uelut fella oīa ⁊ humiditas colliquata ab epate caprino ꝫm doctores ꝯuenienter assato. His qdem oībus diligens contemplator debet talia

cibaria diligenter coquere commiscere ꝛ preparare: ut oculus reddatur visui conueniens instrumentum. ¶ Decima conclusio ꝙ q: he virtutes ꝛ operationes nunquã aut ualde rarissime inueniunt in simplici instrumẽto uel medicina. Ideo oportet medicũ esse cognitorẽ medicinaꝝ simplicium: que has operationes producere possunt.

Particulariter autem quedã ipsoꝝ pertranseundo. Panis talr egrotantium debet esse plus fermenti ꝛ salis aliqualiter hñs ꝙ cõmunis panis bene coctus nõ antiquus: sed duorum uel trium dierum ad plus: ex cuius farina euitent lagane: ꝛ coctiones in aqua: ꝛ placẽtule sine fermẽto. ¶ Et sint carnes eoꝝ uelut vituli lactentis castrati iuuenis: pinguis caprioli capreti domestici: leporis: ꝛ iuuenculi apri: lꝫ raro. ¶ De uolucribus võ domesticis sunt pulli galline: capones: ꝛ columbelli: ꝛ ꝓprie syluestres: qui magnã ꝓprietatẽ hñt in confortãdo cerebrũ. ¶ Perdices ꝛ fasiani: meruli: turdi: ꝛ cõsimiles probate ꝛ laudate carnes: uel coturnices: ꝛ frãcolini in districtu brixiensi ꝛ tridẽtino: ꝛ starne: ꝛ cobbugi in regione sicula: siue frixe: siue elixe accipiant he carnes. ¶ Pisciũ aũt usus recẽtium ꝛ elixoꝝ: ꝛ ꝓꝑe lacunarũ in aqs stantibus degẽtiũ nõ placet mihi saltẽ in freq̃nti usu. ¶ Maritimi aũt pisces ꝛ ꝓprie assati uel frixi cũ pipere ꝛ çinçibere: feniculo: aniso: ꝛ petrosellino ꝛ cõsilibus calidis ꝛ oculistis plantis preparati: uelut feniculo berbena eufragia rutha hñ placent preter anetum: quem oĩno vitet: quia facit oculorũ caliginẽ. ¶ Cancri võ anguille ꝛ tinche: ꝛ oẽs limosi pisces oĩno dimittant. ¶ Oua võ omni modo ꝑparationis mihi placent. lꝫ frixa nõ sint ita laudabilia. ¶ Lac aũt ꝛ lacticinia cibaria oĩa dimittẽda sunt. Caseum dico dimittẽdũ esse: nisi sit habens etatem ampliorẽ ꝙ sex mensiũ ac aliqd salsedinis habeat. ¶ Zuccari võ ꝛ mellis usus oĩno mihi placet. ¶ Acetum autẽ ꝓpter suã pũctionẽ sit in raro usu: nisi cũ ponit cũ oculistis medicinis. ¶ Sꝫagria: uelut agresta limones: ꝛ citranguli placẽt mihi. ¶ Granata võ ꝛ eoꝝ succus non multũ mihi placet: nisi cinamomo: pipere ꝛ çuccaro uehementer condiant. ¶ Olera võ oĩa ꝛ ꝓprie actu ꝛ potẽtia frida ꝛ humida dimittãt: uelut endiuia: bleta: spinachia: portulaca: cucumeres cucurbite: ꝛ olera: ꝛ proprie caules. quorũ est obtenebrare visum. ¶ Plãte võ calide aptiue subtiliatiue cerebrales ꝛ oculiste aptiue sunt: uelut saluia: mẽtha: ꝛ dedrolibanum: calamentum: pulegium hysopus: ꝛ saturegia ꝛ silia. ¶ De radicib⁹ võ dimittant alleum porrũ cepe bulbus: imo raphanus raro accipiatur ¶ Rape võ ꝛ napi comedi pñt: q: magnã hñt ꝓprietatẽ ad oclos intantũ ꝙ semia utriusqꝫ çuccaro cõdita notabiliter sunt visus cõfortatiua. ¶ karote aũt ꝛ radicula que di rampũceolus in cibarijs eius uti põt. ¶ Oĩum võ leguminũ usus oĩno ab hoc viro dimitti debet: ꝓpter ipoꝝ euaporationẽ multã qua replẽt caput. ꝛ ꝓpterea hñt ledere iuncturas efficiendo dolorez in eis. ut pꝫ a Gal. collígendum 2⁰ affoꝝ cõmẽto. ubi dixit ꝙ elenes ꝓpter comestionẽ leguminũ icurrerũt dolores iũcturaꝝ. ¶ Si qua autem leguminis spẽs ei cõcedi põt. videt hoc rõnabiliter dici posse de panico: riso: ꝛ farre cõdro nominato ab hyppocrate. ¶ Fructus aũt oẽs potentia ꝛ actu frigidi ꝛ humidi dimittant: nisi puus ꝛ rarus sit eoꝝ usus. ꝛ ꝓprie illi ꝯueniunt qui sũt dulces non ualde molles: uelut poma apia: dactylica ꝛ calamana museta ꝛ gayolica poma famoso noĩe in districtu taruisino inuẽta. que sua dulcedine oĩuꝫ fere alioꝝ fructuũ sapores excedũt. ¶ Cerasa võ ꝛ pira muscata põt concedi q: paruo tpe durãt nisi eoꝝ fiat crapula magna. ¶ Ficus võ recẽtes: ꝛ amigdale placẽt mihi. ꝛ itẽ auellane q: in cerebro efficiunt augmẽtum. s. vitale resoluẽdo. ꝛ fistici etiam sunt ei ꝯueniẽtes: ꝛ castanee sicce cocte post cibum comeste ei laudari pñt. ¶ Une autem passe ꝛ ꝓprie albe minute in italia inuẽte ꝛ a romania exportate quas uocat Auic⁹ aromaniaci oẽs ꝯuenire vident. Oleũ võ quo cibaria cõdiũtur sit oleum oliuarũ aut de nucib⁹ aut de amigdalis dulcibus factum. ¶ Butyro autem uti põt: lꝫ nõ ita frequenter. ¶ Spẽs võ ꝛ semina qbus uti põt ꝛ cõdiri cibos: sunt sicut piper omne galãga: gariofilos: nux mus. macis: çinçiber: cinamomũ utrũqꝫ: grana paradisi: ꝛ lignũ aloes: crocus: ciminum: ꝛ semina ruthe: ꝛ daucus ꝛ silia. ꝛ hec vident satis conuenienter includere regimẽ ꝯueniẽs ex parte ciborum.

In potu võ eligat vinũ substãtia subtile aromaticũ clarũ. hoc eñi inter reliq̃ vina mentez ꝛ rõnalẽ partẽ hoĩs minus ꝑcutit scd̃o regiminis acutoruꝫ. Et debet esse potentia mediocriter vinosum: ex quo tamen nõ fiat magna repletio: neqꝫ in usu eius delitia. ¶ Neqꝫ timeantur argumẽta si qua sunt apparentia: ꝙ vinum nõ competat in egritudinibus oculoꝝ. hoc qdẽ negandũ est: dũmodo usus eius fuerit mediocris ꝛ sapiẽter reseruatus. ꝛ proprie in hoĩbus cõsuetis ad ipsum cõplone ꝛ etate frigidis secundũ vniuersum corpus ꝛ maxime secundũ caput. his enim absqꝫ dubio conferret vini usus ꝛ non noceret. ¶ Si quis aũt desideraret hũe potũ his dispõnibus conferẽtez: ꝛ nõ esset ꝯsuet⁹ vino. imo careret eo etiã istitutione legis. tũc poterit uti potu infrascripto oĩbus dieb⁹ vite sue. ꝛ ꝓprie a ꝑncipio mẽsis octobris usqꝫ ad mediũ martij. Cui⁹ descriptio est hec. ℞. floruꝫ uel seminũ berbene: celidonie: ruthe: ꝛ eufragie. añ. ʒ.ij. coq̃nt oĩa in cẽtũ libris aque fluuialis subtilis ꝛ dyaphane usqꝫ ad ꝯsumptionem tertie ptis: ꝛ tunc absqꝫ colatura supaddant mellis citrini hñ mundi lib. xx. ꝛ leniter oĩa bulliãt usqꝫ ad cõsumptionẽ alterius tertie partis: semp cum cocleari cõueniẽter dispumãdo ipsa. tunc ergo per saccũ mundũ ꝛ hñ spissum colet his: ꝛ reseruet in uase vitreo: ꝛ hñ obturet: hic ergo sit potus eius simplex. Et si desideraret eger põt secũ cõmiscere quintã uel sextam partem vini superius electi. Uidi ego multos ad magnã tenebrositatem perductos etiam in finez ꝑmi senij ab ea fuisse complete sanatos. ꝛ tu considera virtutem simplicium: ex quibus conficitur hic potus ꝛ poteris inuenire ueritatem.

Jam enim tpus est ꝯsumẽdi tertiũ capl'm huius regiminis annũtiãdo infra medicinalia que cõuenire videntur: in quo cap hec seruabo: q: ꝑponam in ipõ ea que videntur ꝯuenire in toto tpe hyemis: ꝛ erũt infra quatuor. 2⁰ declarabo ea que ꝯueniunt in uere ꝛ erunt infra quinque. 3⁰ ponã ea que ꝯueniũt in estate: ꝛ erunt infra tria. 4⁰ võ tangam ea que vident conuenire in autumno: ꝛ erunt infra duo. Ultimo võ describam tria instrumenta sciatice cõueniẽtia: ꝛ erit huius tractatus finis.

¶ De cura per medicinalia. Cap. III.



Ro satisfactione võ ad ꝑmã ptẽ hui⁹ capituli adueniẽte fine mẽsis nouẽbris: aut ꝑncipio decembris usqꝫ ad decẽ dies hic vir purgabit per istũ modũ. ¶ Primo qdẽ vno mane in aurora accipiat pillas ĩfrascriptas: ꝛ post eas dormiat ꝑ vnã horã cũ dimidia. ꝛ ita ieiunus ꝑmaneat usqꝫ ad horas quinque: ꝛ tũc accipiat scutellã vnã brodij macri de pullo cũ çuccaro calidi: ꝛ post ipm per horã prãdeat. Sunt autez pillule iste. ℞. pillularũ de sarcocolla. ℈.ij. pillularũ cochiaꝝ ℈.j. forment pillule. vj. cũ succo rosarũ. he eñi pillule trahũt potẽter a iũcturis: ꝛ maxime ab ancha ꝓpter sarcocollam. ꝛ trahũt a stomacho capite ꝛ oculis ꝓter cochias. ¶ Die võ sequẽti imediate accipiat digestiuũ ĩfrascriptũ hora ꝑscripta calidũ: ꝛ tardet comedẽ per q̃tuor horas post ipm. ℞. syru. de sticados: syru. acetosi cõpositi acetosi añ. ʒ. vj. aque feniculi. ʒ.j. ß. aque apij ꝛ eupatorij. añ. ʒ. ß. auari põderis misce ꝛ calidũ accipiat totũ totiẽs ꝙ appeat urina in substãtia mediocriter grossa: ꝛ colore aliq̃liter citrino colorata hñs in fũdo ei⁹ hypostasim albã equalẽ ꝛ ꝯiũctã. ¶ Que cũ apparuerit euacuet cũ hoc cõposito. ℞. hñdicte simplicis. ʒ. iij. iera gal. ʒ. v. ieralogodion. ʒ. ij. aut equalis põderis: misce totuꝫ cũ cyatho medio aque feniculi calefacte: ꝛ quatuor coclearis vini albi subtilis. Et post assũptionẽ huius obseruet mo

dum ⁊ regulas que posite sunt in minoratiuo precedenti. ¶ Secundũ remedium pncipale est: ut postq̃ fuerit uł iter ⁊ pticulariter euacuatus: deinceps oi sexto ⁊ quarto die accipiat vnã de infrascriptis pillulis parũ ante cenã. altera vo scdam ex eis accipiat per .ij. horas post cenã. Quaꝝ descriptio. ℞. pillul. de sarcocolla: pil. de iera cõposita añ. ℈. j. aloes abluti. ʒ. ij. pil. lucis. ʒ. ß. cuz suc. feniculi. formentur pil. de oi. ʒ. vij. Sic enim a stomacho capite ⁊ iũcturis materias particularibus euacuationibus eradicabit. ¶ Tertiũ instrumẽtũ est: ut iste vir omni mane per tres horas añ cibũ accipiat radicem vnã. çç. cditi: ⁊ erit utilis ad oia predicta. ¶ Quartuz pncipale remediũ est ut iste vir semp in fine prandij ⁊ cene comedat. ʒ. ß. huius cfectionis. ℞. specierum de ligno aloes descriptione Auic. 5° canon. ⁊ summa pma. ʒ. iij. spẽruz dyacinamomi. ʒ. j. cũ aqua feniculi. fiat cfectio in rotulis magnis. Et hec de regimine hyemis.

Adueniẽte aũt uere vir iste ppe finẽ mẽsis februarij per octo dies ctinuos oi mane in aurora accipiat. ʒ. iiij. huius decoctionis. ℞. çç. electi piperis al. ⁊ calami aromatici. ana. ʒ. j. floꝝ eufragie macis xilobalsami. añ. ʒ. ij. hermodactylorum electoꝝ mundatorũ numero. iij. Terant̃ omnia simul ⁊ coquantur in. v. lib. aque usq3 ad cõsumptionẽ duarum partiũ: deinde colent̃ ⁊ reseruent̃ in uase vitreo ⁊ accipiant̃ ante prandiuz per quatuor horas. ¶ Scdm remediũ est hoc. ℞. succi rosarũ. ʒ. j. aque cineris aque eufragie. añ. ʒ. j. misce ⁊ teneant̃ in uase vitreo suspenso ad solẽ: ⁊ per totuz tpus ueris hic vir omni die per duas horas ante prandium ⁊ cenã madefaciat oculos suos. ¶ Tertium vo spãle remediũ est: ut vir iste in tota latitudine ueris ante cenã per vnã horã uel duas accipiat medium coclear xilobalsami cditi. ⁊ si non posset ipm hrẽ: tunc loco illius accipiat mediuz coclear acori conditi. sed pmum melius est. ¶ Quartũ pncipale remediũ est. ℞. gallarum quercus masticis terre sigillate acatie. añ. ʒ. j. sandarace. ʒ. j. succi rosaꝝ q̃tum sufficit. Terant̃ omnia simul in mortario ultima ctritione ⁊ fiat linimentũ bene viscosum de quo hic patiens omni tertio sero cum uadit ad lectum leuiter confricando cũ eo actu frigido frontem liniat ⁊ tempora. ¶ Quintũ remediuz pncipale est hoc. ℞. macis eufragie añ. ʒ. j. ß. ligni aloes. ʒ. ij. feniculi carui ameos. añ. ʒ. ß. carabe. ℈. ij. ⁊ ponit̃ ppter exiccationẽ suam ⁊ phibitionem cursus humorũ. Est autem carabe idem qd cacabre. ⁊ est gũmi acceptũ ab arbore que dr̃ populus syluester uel populus alba. Et multi incole marchie taruisine noiant hãc arborem albarum aliter arborẽ stultam ⁊ est magna eius copia apud eos in nemoribꝰ ⁊ ppe ualles. ⁊ est gũmi colore aureum ⁊ aromaticum qd durescit uelut lapides. Ex pdictis ergo omnibus cum lib. iij. aque feniculi fiat decoctio usq3 ad csumptionẽ medietatis de qua decoctione capiatur. ʒ. iiij. calefacte cum çuccaro ter uł quater in septimana ante cibum per tres horas. hec de regimine ueris.

Pro regimine vo estatis pmuz instrm est. q hic vir memoret accipere de pil. antescriptis regimine frequẽtãdo eas ut ibi scribitur aut rarius accipiendo ppter caliditatẽ ctinentis. ¶ Secundum vo pncipale remedium est hoc. ℞. suc. roꝫ. suc. feniculi: suc. celidonie: succi rutbe. añ. ʒ. iij. çuc. candi. lib. ß. penidiaꝝ. ʒ. iiij. ʒuc. al. lib. ß. granoꝝ feni. liquiritie: violarum: rosarum: eufragie. añ. ʒ. j. granoꝝ fisticoꝝ. ʒ. iij. infundant̃ fistici in aquam eufragie tepidam per. v. dies: deinde extrahant̃ ⁊ permittant̃ siccari in vmbra: deinde terant̃ ultimate ⁊ incorporent̃ cuz alijs. de quo hic patiens omni mane in aurora deglutiat coclear vnũ Et si ppter reuerẽtiã legis ⁊ ppter necessitatem uacandi cultui diuino non posset ipm recipe in mane recipiat ipm per duas horas ante cenam ⁊ sufficiat ei. ¶ Tertium spãle remedium est hoc. ℞. suc. berbene. ʒ. ij. suc. roꝫ. ʒ. j. aque feniculi facte cum decoctione radicis ligritie rase. ʒ. ij. fellis saboth. ʒ. j. misceant̃ simul: ⁊ in ampulla exponant̃ soli. aut saltẽ teneant̃ in stuffa sicca saltem per. xv. dies: deinde in subtiliori parte istius madefiat per horam ante cenã ⁊ prandiuz semel uel bis. ⁊ est colliriũ ualde conueniens ⁊ securum.

¶ At vo iter ne legētib⁹ exneū videat hoc apa non est uere purū sephiros noiandū. ¶ Et p̄ qdez q: puri sephiros color ad cinereitatē: uel subplūbeu3 colorē vgit. In hoc autē apate nō est notabilis uariatio coloris partis. ¶ Amplius in eo remāsit cuiuscūq3 obiecti tāgibilis sensatio siue calefaciendo aut aliter alterādo im p̄mētis: q̄re iter nō erit hoc apa purū sephiroticū noiandū. Vn̄ 3ª q̄rti. tractatu 2º. cap̄ de sephiros. Si remanet cū eo sensus ⁊ dolor puus: tūc nō est illud sephiros purū. ¶ Et ex hoc fundamento cōcludi possent duo correlaria apparētia ōtradictoria. ¶ P̄mū est: q: hoc apa minat suspitionem difficilis curationis. ¶ 2ᵐ est q: ipsu3 portendit spem facilis curationis. ¶ Et p̄mu3 qdē declarat: eo q: oē purū apa qn auto fuerit magis mātei apte facē corruptionē ppiqū: tāto ip3 est difficilioris curationis: s3 in tali apate inuenit cōmixtio acute mātei cu3 melācholica. igit videt ip3 hēre iclinationē ad corruptionē. Et pbat mior duplici motiuo. ¶ P̄mū est: q: q̄nq3 in loco apato sentit dolor aliq̄tā hn̄s acuitatē. ¶ Et scōm motiuū est: eo q: lachryma que ab angulo huic apati ppinquo emanat acuta est: ut patiēs pcipit: s3 hec mā multu3 facile trāsit in ōiunctā apatis predicti: igitur ⁊c̄. ¶ Scōm vo p̄ncipale correlariū deducit: eo q: hoc apa q̄to puri⁹ est ⁊ mātei apte facē corruptionē min⁹ cōmixtu3 ⁊ paruu3 extēsiue ⁊ pauci tpis ⁊ in mēbro satis raro positū tāto curationi paratu3 est magis: sed apa istius viri oēs hēt predictas ōditiones: q̄re facilioris videt esse curationis. ¶ Tu aūt iter hec ōdictoria apparēter tenē debes ueritatē: ⁊ dicē q̄ illud apostema si nō fuerit purū facilioris erit curationis alijs paribus de q̄titate eius lōgitudine tpis ⁊ alijs similib⁹. ¶ Et ad argumētū quo pbat ipsum esse difficilioris curationis: eo q: pēdet a mā corruptioni disposita: neganda est ōnia: ⁊ dicēdū q: igeniū curatiuu3 pōt administrare insra ōueniēter corruptibilitatē mātei rectificātia: etia3 q: difficilius est duritiem aliquā a mēbro raro ⁊ calido abscidere q̄ acuitatē mātei rep̄mē: eo q: durities in tali loco est morb⁹ disproportionalis q̄re ⁊c̄. Et colligit mior smōe ueteris: ⁊ cōmētatoris. affo 2º. In morbis minus piclitant egrotātes ⁊c̄. Et ex hoc iteru3 fundamēto apud intelligentes ōcludi pōt q̄ hec dispō iterū est difficilis curationis q̄tūcūq3 sit durū apostema ⁊ nō purū: ppterea q: est parti disproportionalis. ¶ Ampli⁹ ⁊ 2º. ppterea quia si hoc apostema magnificaretur ualde facile eēt causa corruptiōis ossis orbite iferioris oculi. ¶ Et 3º iterū hoc demōstrat: eo q: talia apata raro pseuerāt quin pducāt egrū ad apostema garab. idest anguli lachrymalis ppter vicinitatē eo ad illum ⁊ de tali apate q̄si semp peruenitur ad fistulā in lachrymali: ut patet tertia tertij. tractatu 3º. de apate algarab. quare ⁊c̄. ¶ Adhuc ⁊ 4º ⁊ fortius demonstrat huius apatis periculositas: eo q: ipsu3 est in osse sinistre partis cōpōnis nasi: ⁊ iuxta collateralē cartilagine3 eius. De numero eni ossiu3. 55. cōponentiū caput humanū duo sunt ossa naris ⁊ supiorē humani nasi partē cōponētia: quo ambo ossiū figura est ut imagineris duos triangulos hn̄tes duos angulos parum eleuatiores alteris qui duo anguli ōiungant ad vnū pūctū: ⁊ alij duo inferiores anguli coniungant ad aliū punctū. ḡ erūt q̄tuor anguli circa duo puncta ōiuncti; ⁊ preter hos duo erunt alij anguli ab eis sepati. igit de necessitate fiet humani nasi cōpō superius piramidalis ⁊ inferius latā basim hn̄s qua demōstrabilis est. ¶ Ampli⁹ ⁊ 5º inter mediu3 ambo ossiū ponitur cartilago quedā tenuis: ⁊ a q̄libet late dextro u el sinistro ponunt alie due cartilagines. Unde nasi cōpō integrat ex duob⁹ ossibus ⁊ trib⁹ cartilagib⁹: s3 q̄d̄libet illoru3 ossiū ⁊ cartilaginū raritate ⁊ tenuitate substātie sūt satis facile corruptibilia. ḡ apa in eisdē eueniēs notabilē curatiōis suspitionē oñdit argumēto sumpto a ptib⁹ cōponētibus ut deductū est. ¶ Et 6º iteru3 arguit dispōnis periculositas: eo q: perseuerans apta est nocere tribus operationibus uel iuuamētis que faciūt humane nares. ¶ Et p̄ quidē est: q: sunt via ⁊ locus per quē ad carūculas mamillares odorabiliu3 spēs deferunt: vñ hō discernit iter odorabilia aromatica ⁊ fetida: sed pp apostema etiā in loco illo ualde facile claudi pñt vie ille mirabilis ⁊ neruose cōpositionis pforate humani nasi: igit ualde facile poterit hō nocumētū diminutiōis aut ablationis odorādi icurrē. ¶ Secūdū vo nasi iuuamētū est ut in illo numerose pforationis osse retineat aer qui aliq̄liter modulat⁹ ⁊ fract⁹ faciat ad bonitatē plationis sermonis ⁊ sectionē lr̄a ⁊ syllaba ⁊ formationē uocis: s3 stāte clausione aut oppilatione p̄dicta ptiū aer nō poterit ibi detineri collidi aut modificari: ppter q̄d nō ōueniēter poterit smo pferri: vñ expimēto videmus q̄ hn̄tes clausione3 talē loquunt nasantes. ¶ Tertiū vo spāle iuuamētū est ipsa nariū: ut per loca illa emūgant supfluitates in duobus uētriculis cerebri añriorib⁹ abūdātes: ex q̄rū cōpleta retētione hoies nō raro suffocati subitā mortē icurrūt: sed p clausionē predicta viarū hec oia facile ōtingē pñt: q̄re facile ex fixione talis apostematis in predictis locis tria p̄dicta narium iuuamēta phiberi pñt. Et sunt smones p̄ncipis pᵃ p̄mi doctrina. 5. sūma p̄ma. ⁊ cap̄. 3º ibi. Nasi vo iuuamenta ⁊c̄.

¶ Apparēt itaq3 hec oia in vnā colligēdo snia3 q̄ egritudo hui⁹ viri nō tātū est difficilis quātū si extēderet magne piculositatis argumētum ostēdat. ¶ Existis ultimo correlarie sequit q̄ melius est ei alia humana negocia parūper seponere ⁊ sue curationi diligēter insistere q̄ talibus piculis cōtingēter accidere potentibus subiacere.

Tractatus

Secūdus de cura dicta dispositionum ōtinēs capitula duo. ¶ Igit ad huius dispositionē curādā accedēs eius regimē in duo capitula partiēdum decreui. Primū q̄dē est sermonē ptrāsirei sex rerum nō nālium administratione ⁊ ōueniēti applicatiōe earum. Secūdum vo in administratione instrumēto medicinalium conuenienter applicabilium.

¶ De regimine per sex res non naturales. Cap. I.



Taq3 locus habitationis ei⁹ oino sit elōgat⁹ a cōuallib⁹ ⁊ locis ualde humidis ⁊ nullo modo habens aspectum meridionalē qualē habet Ragusea ciuitas ppter q̄d māsionē suā corrigat recipiēdo ⁊ faciēdo aerē camere esse oriētalē aut saltē aquilonarē. ¶ Et de annexis aeri euitet suffumigia camerarum ex reb⁹ calidis aromaticis facta. uelut thure myrra sandaraca ⁊ similibus ⁊ euitet etiā gratia huius tecturas capitis multum calefacientes; ppter q̄d oino ponē debet birretum q̄d nunc portat a p̄ncipio aprilis usq3 per totum mēsem septēbris. Reliquo autē tpe calidiorib⁹ capitis ornamētis uti pōt. effugiat etiā uestes corpus eius ⁊ ilia notabiliter stringentes. ¶ De motu vo ⁊ quiete eius oino melius est ei quiescē q̄ fortib⁹ excitari exercitijs. Caueat tñ ab oi exercitio quo necessariū sit caput curuatum tenē ⁊ vsus faciē iclinatum: imo erectu3 q̄tum est possibile debet esse caput eius: ⁊ si ad aliquā positionis differētiā iclinare se debet: melius est ut ad posteri⁹ uel sinistrum latus inclinet q̄ ad alia. ¶ De mēsura vo cibi ⁊ potus accipiēdi caueat ab oi fastidiēte repletione: ppterea q: ois talis materias euaporātes multiplicat ⁊ caput replētes. vñ materialis apostematis causa augeret: ⁊ in summa melius est ei saluato appetitu adhuc a mēsa recedē q̄ ciborū quātitatē multā accipē. ¶ De accidētib⁹ aie: ampli⁹ considerādum est subtilius. cum enim apostema illud ut supra demōstratum est in p̄ cap̄ pueniat a mā melancholica oino sollicitudines melācholicas tristātes ⁊ spūm in pfundo sepeliētes euitare debet. ¶ Et iter q: apostema tale nō euacuatur a mixtiōe mātei paulisper calide: iō effugē debet oia accidētia ex q̄b⁹ uehemēs in humorib⁹ ⁊ spiritib⁹ agitatio seq̄tur: ut de circunferētia ad centrum ⁊ ecōtra uelut furor ira insania iracundia ⁊ silia. ⁊ si nō alia de causa euitare debet talia saltem ppter hoc. quoniam exterminant ⁊ mutant humanum corpus ab ea que sm nām cōsistentia. 3º tegni.

¶ De annexis aūt accidētib' aīe queamodum solet esse coitus. ideo caut' in eo debet eē: eo qz rarus debet eē eius usus ita q̄ nō fiat plus q̄ semel in septimana: z euitet eius actus ppzie post cibum etiā violenter z impetuose factus: imo morose z phyſice multū in tali actu negociandū est. ¶ De somno z vigilia dicēdum q̄ somnus ei uel dormitio amplioz ɔsueta laudabilis est: ita q̄ melius est ipsū vna uel duabus horis amplius consueto dormire q̄ in vigiliando mēsuram solitam excedere. Et forma dormitionis eius esse debet eleuato capite plus q̄ mediocriter z resupine aut super dextro latere iacere: ut iam dictum est. ¶ De cibo autē eius z potu: dicendum pmo q̄ oino euitet cibos omnes melici sanguinis generatiuos. uelut sunt carnes grosse quibus Ragusei dnī ut in pluribus utunt̄. Legumina omnia z ppzie lentes fabe z risum. Item caulium usus abominādus est: z caro salita omnis z caseus bubalinus z caseus ois antiquus siue dulcis fuerit siue salitus z panis antiquus nō bn̄ fermētat'. ¶ Et qz in materia illa aliqd est de calido ut pdictū est. Jō euitet multoz aromatū usum z salitos cibos: uel sapores: uelut sinapismū raphanū cepe allea z similia. ¶ In sūma itaqz utat̄ pane recēti duoz uel triū dierū ad plus bn̄ fermētato z per coctionē nō adusto: carnib' vitulinis hedinis castratinis z pullinis pinguibus z de annuali agno: z carnib' minutarū auiū uti pōt. Que vō sunt siē carnes lepoz ceruoz z syluestres porci dimittēde sunt. ¶ Conueniūt etiā eidē cibi cū lacte cocto ppārati z colostra z recocta z case' recēs absqz sale. ¶ Et de ferculis bleta spiachia portulaca lactuca endiuia z silia olera frigida z humida. ¶ Et de fructib' bona sunt ei cerasa pira dulcia auellane amigdale recentes pepones cucumeres z silia. ¶ Aceti vō usus dimittat̄ nisi ualde raro z loco eius utat̄ agresta nō salita: succo citrāguloz z huiusmodi. ¶ Butyri etiā usus modesta q̄titate ei ɔuenit z oleū oliuarū dulciū nō ualde salitū ¶ Et de alijs fructib' vue dulces z ficus recentes z poma dulcia sibi ɔueniūt. Castaneas aūt sorba z nespilla z citonia oino dimittet. Uinū vō quo uti debet nullo modo sit nigrū sed sit albū subtile aromaticū mediocris fumositatis: z si tale nō possit hr̄i misceat̄ cū q̄titate ɔueniēti aque cisterne: et caueat ab aqs suis grossis. Et ɔueniēs eēt ei in dieb' calorīs bibē aquā cisterne cū multo çuccaro cōmixtā. Mellis autē z siliū calidoz usus nō placet mihi. Hoc in sūma est regimē ei ɔueniēs ex pte sex rerū nō nālium limitatum.

¶ De regimie ei' per istrumēta medicinalia. Cap. II.

Pro regimie vō per istrumēta medicinalia videt̄ mihi ipsū debē hr̄e istrumēta. xvj. in quoz admistratiōe curatio ei' rōnabiliter cōpleri debet. ¶ Primū qdē est ut aū oia pcuret si est possibile facē aptionē uenaz emoroidaliū fricando eas cū pāno bisello bn̄ aspo: aut cū radice serpētarie uel folijs ficus uel cū frusto cepe sqlitici: aut cū folijs ɔsolide minoris descēdēdo usqz ad fel tauri. In haz eni uenarū aptione maioz erit mihi curationis fiducia q̄ in altero fere instrumēto: neqz eni flobotomia aut uentosatio eque conueniēter emanaret z diuerteret mās istas uelut emoroidaz fluxus z claudit̄ in snia Cōmētatoris cōmēto illi' afforismi. Melācholicis z uaricib' emoroides inate bonū. Idē eni pmo hēri pōt de puocatis artificialiter: sicut de inatis emoroidib'. ¶ Scōm vō istrumētū est: ut ad ueniēte fine septēbris accipiat hoc euacuās mioratiuum. ℞. pillaz de lapide laçuli. pillularū idarū. ʒ. ß. reformēt pillule. vij. cū succo rosarū: z accipiat eas in aurora dormiēdo post eas per horā vnā: z post qnque horas accipiat cyathū vnū aque ordei çuccarate calide. z post ipsam per vnam horam prādiū sumat accipiat. ¶ Tertium instrumētum est ut post mioratiuum predictum accipiat hoc digestiuum qđ ɔtinuet octo dieb'. ℞. mellis violati. ʒ. ß. syrupi de epithimo. ʒ. j. aque boraginis: z violarum. ana. ʒ. j. ß. misce z calidum accipiatur. ¶ Quartū vō instrm̄ est ut post digestiuum illud accipiat hoc euacuatiuū die imediate sequenti. ℞. eluarij ame ch descriptione maiori: eluarij dyasene aā. ʒ. iij. aque sublimatic is uel decoctionis lupuloz. ʒ. ij. ß. misce z totū sil' calefiat z accipiatur hora pdicta: z post ipm obseruent̄ oia que post minoratiuum supzascriptum scripta sunt obseruari debere. ¶ 5m instrm̄ est ut post eūo ne pdictā utat̄ istis pillis: de qbus accipiat vnā uel duas bis ul' semel in septiana parū ante cenā: qrū descriptio. ℞. aloes epatici. ʒ. ij. thimi epithimi foliculoroū sene aā. ʒ. j. ß. reubarbari electi. ʒ. ij. dyagridij. ℈. xij. isfundant̄ oia per triduū in decoctione folliculoz sene: deinde exponant̄ soli usqz ad exiccatiōē eoz. z ita fiat ter: eorum decoctionē renouādo semp z exiccādo: huic itaqz cōpositioni addant̄ lapidis armeni ppārati. ʒ. iij. oia sil' diligēter ɔterant̄: z fiāt ex eis pille cū succo rosarū ex oi. ʒ. vj. de illis ergo accipiant̄ due uel vna: ut iam predictū est. ¶ 6m instrm̄ est: ut vir iste sepe in os suum mane accipiat ℈. j. masti. ipm dentib' ɔterendo z masticādo saltē per quartā partē hore z expuēdo totū illud de aquositate ul' altera materia que per ipsum a cerebro educitur. ¶ 7m instrm̄ est ut postq̄ purgatus fuerit per sex dies post oi sero per horā aū cenā faciat sibi hoc caputpurgiū. ℞. aque decoctionis foliorum maiorane. ʒ. iiij. oximellis simplicis syru. violati. aā. ʒ. ij. totū calefiat sil': z tūc ipleat os suū aqua fontali ul' puteali z accipiat in palma manus decoctionē predictā z trahiciat ex ea leui tractatu per narē dextrā: deinde pmittat exire emūgēdo a naso illud qđ exibit post eā: deide iterū ex eadē trahiciat per sinistrā narē per interuallum tpis quo diceret decies pater nr̄. post illud iterū de eadē decoctione trahiciat per dextrā narem: ita q̄ tribus vicibus per utrāqz narē trahiciat hoc caputpurgiū oi die per itegrā septimanā hora predicta. 2a vō septimana sufficiat ei solū facē caputpurgiū illud oi tertia die uel quarta ɔtinuādo ipsū per totū mēsem iunij proxime futuri. ¶ 8m vō istrm̄ est: ut post purgationē suā oi tertia nocte qn̄ uadit ad lectū supaspergat prorā sui capitis a pn° frōtis usqz ad summitatē capitis cū hoc puluē per medium capitis latitudine triū digitoz: z est pars illa quā medici uocāt cōmissurā sagittalem: de quo puluē oi vice ponatur quantitas quatuoz uel qnque granoz ordei: z imergat̄ in capillis suis: z cum ponit puluerē illū scda vice cum pectine uel setula abstergat puluerē precedenti die suppositū Et hūc etiā modū ɔtinuet per totū mēsem iunij. Est aūt ei' descriptio. ℞. folij. ʒ. j. ligni aloes. ʒ. ß. violarū floz nenufaris. aā. ℈. j. pulueris maiorane. ℈. ij. oia per se subtiliter puluerīçentur: deinde misceātur. ¶ Nonū instrm̄ est: ut vir iste assuescat saltē q̄ter in septimana mane per duas horas uel tres aū prādiū facē sibi fricationē cum pāno aspero incipiēdo a pncipio colli usqz ad medium spine inferius trahendo usquequo cutis eius rubicunda fiat. ¶ Decimum instrm̄ est: ut vir iste saltē in septimana bis abluat membra sua ab inguinibus usqz ad plantas pedū cum hac decoctione calida per horā aū cenā. ℞. assari pulegij foliorum lauri aā. M. j. floz salicis folioz violarū. aā. M. ij. fiat eoz in aqua decoctio usquequo virtus herbarū sufficienter accipiatur in aqua: z fiat ex ea ut dictum est. ¶ Undecimum vō instrm̄ debet esse locale parti patiēti approximādum: in cuius quidem applicatione premittendum est q̄ cura apatum duroz perfici debet ex itentione mollificandi ad intentionē resoluēdi cōposita: ita ut per spatium vnius septimane applicentur instrumēta lenificantia. Sequenti vō septimana tota applicent̄ resoluentia moderate: nequaq̄ enim materia indurata posset ɔuenienter resolui nisi mollificaretur: imo per applicationem pure soluentium mā ɔtinue successiue magis petrificaret̄: ut sunt sermones Gale. decimoquarto terrapentice. capitulo 3°. z colligitur ab Auicenna quarta primi. capitulo. 25°. z tertia primi. tractatu 2°. legūtur clarius cap de cura sefiros. ¶ Igitur canonice pcedendo ad curam applicanda sunt remedia: has itentiones cōplentia. Et ego qdē scribā instrm̄ vnū a Galeno acce-

ptū pallegato cap in quo inuenit excellentia iuuamenti: ꝛ est cōpositū ex radice altee quā uocāt arborificatā cum pinguedine anseris uel galline: aut cum recēti pinguedie porci. ¶ Est aūt altea arborificata plāta quādā radicem hñs satis magnā albā colore sapore dulcē simillimā radicibus maluauisci a qua eleuat stipes altitudinis hois: ꝛ folia eiꝰ penes radicē inueniunt eleuata. Et silr per stipitez tota ptensa appēdiculū hñtia longius ꝙ vna spāsa: grossium humore multū plenuz qui mucillaginosus est actu ꝛ sapore dulcis ꝛ colore viridis: ꝛ sunt folia eius plurima in figura rotūda in substātia rugosa satis ꝛ tactu aspera: ꝛ flores pducti qsi per totā stipitē suā colore rubicundos ad purpureā similitudinē inclinatos in figura cāpanelle siles: in cuius floris medio appēdiculū iuenit colore albū ꝛ mollesile tintinabulo cāpane. Et hec qdem est illa planta quā multi uocant maluā hortulanam. Paduane vo mulieres uocāt ipam rosam maluā: quā ppter decorē sui floris aponunt spectaculis ꝛ fenestris suis ꝛ multi uocauerūt ipam maluā alteā ppter eleuationē eius in altum. vñ de ea scripsit Macer in simplicibꝰ: dicimus alteā qsi ꝙ crescat in altuz. ¶ Et ppter eam cām Galenus allegato loco uocauit ipam alteā arborificatā: eo qꝫ uelut arbor in altū crescit ꝛ ramos pducit ꝙ plurimos ꝛ semina oino semibus maluauisci similia: lꝫ illis sint minora: quā qdem ppter excellētiā iuuamēti eiꝰ ita describē uolui: lꝫ eius notitia nō sine labore magno uarijs uoluminibus hincinde colligat. ¶ Soleo aūt ego hāc medicinam ex fundamento Galeni ita describere. ℞. radicum pdicte plante librā vnā adipis anserini adipis gallinacei. añ. ℥. iiij. farine ordei. ℥. j. ß. olei sabini. i. a loco penes Romam inuēto ita noiati. ℥. ij. Et ego loco sabini olei accipio oleum de granis sisami gen seminū noiatū. mūdent ita qꝫ ꝛ abluant radices pdicte diligēter. deide subtilissime cōterant ꝛ finaliter additis pinguedinibꝰ ꝛ farina incorporētur simul in formā bone tenacitatis. de hac igit mā locus emplastret per septimanā vnā: ut iam dictum est. ¶ Aliud aūt cōpositū huic intentioni seruiens accipit ex smonibus Auic. 3ª quarti. tractatu 2º. pallegato capitulo. Et ego soleo ipsum cōponere taliter. ℞. bdelij molliores dissoluti cum modico aceti. ℥. j. hysopi humide. ℥. ß. cere albe. ℥. ij. incorporent oia simul ꝛ fiant cerata ꝯuenietis glutinositatis: que qdem patieti parti applicent: eo modo quo Padue ceratū eidem applicui. uerū oporteret ceratum illud esse latius ut maiorē partē amplecteret patientis mēbri. Et elicit hoc cōpositū ex lra Auic. ibi. Et de lenificantibꝰ in qbus est resolo est bdeliū sicilienseꝰ ꝛ oleū antiquū: ꝛ hysopus humida. Uerum hoc remediū facere potes magis mollificatiuum: ꝛ minus resolutiuū multiplicādo hysopū humidam: aut econuerso si bdeliū in cōpone dñabitur super oleo. ¶ Duodecimū instrm est ut postꝙ per septimanā vnam ꝯtinuata fuerit mollificationis intentio perueniatur ad resoluentium applicationē. Et de numero qdem resoluētiū plurima cōposita a sapiētibus hincinde lꝫ colligi possint. Ego tamē solum illa scribā. que mihi auctoritas ratio ꝛ quotidiana experiētia notiora fecit. ꝛ est modus quē sapiētes hoies tenere debent: ꝛ pceptū Galeni pallegato cap positū dum inqt. Rogātes medicū quecūqꝫ experiētia inuēta sunt: ꝛ quecūqꝫ de rōne sola: ꝛ demū cuz hisquecūqꝫ ꝯferentibus utrisqꝫ adiuicez. oibꝰ enim his recte utet solus: qui exercitatus est in hac metodo. ¶ Et pmū qdem cōpositū est ab Auicena acceptū cap de cura sephiros: qd ego soleo taliter describere. ℞. galbani armoniaci: bdelij: dissolutoꝝ cum modico aceti ꝛ bene colatoꝝ añ. ℥. j. fecis olei liliorū alborū. ℥. ij. mucillaginis fenugreci: mucillagis semi. lini. añ. ℥. j. ß. cere albe. ℥. ß. bulliāt simul: ꝛ icorporent oleū ꝛ cere. deide super addantur gūmi dissoluta ut dictum est: ꝛ simul cū mucillagine icorporent oia ꝛ fiant magdaleones. ꝛ si bene ꝯsideres hec est illa descriptio quā sapiētes italici medici uocāt dyaquilonē cū gūmis: ꝛ parum ab ea differēs si bñ aspicis uolumina sapiētū. ¶ 2m vo cōpositū ꝛ cōe satis ad hāc intētionem est dyaquilō simplex albū ex quo fiat ceratoriū ut iam pdictuz est. ¶ Ego vo pter predicta alias ꝯscripsi cōpositū hoc: in quo inueni excellentiaz iuuamēti. ℞. mucillaginis fenugreci: se. lini: ꝛ granoꝝ sisami. añ. ℥. j. bdelij. subalbidi ꝛ mollis. ℥. ij. litargiri. ℥. j. radicum genestre: folioꝝ cupressi: radi. hypericonis: radi. scrofularie siccarum. añ. ℥. j. ß. cere albe. ℥. j. olei de sisamo olei vulpini añ. ℥. ij. incorporent oia simul ſm artē ꝛ fiant cerata ꝯuenientis glutinositatis multiplicando ceram ꝛ bdelium si oportuerit. hoc igitur est instrumentū magne efficacie si bene perpendis de compositione ipsius qd applicari debet: ut dictum est. ¶ Decimūtertium instrm est ut si ꝯtingeret ꝙ materia hec resolutioni nō ꝯuenienter obediret post resoluentium predictorum administrationem fomentet locus cum lana succida bene pectinata infusa in oleum calidū de granis pinearū factū. ꝛ fiat eius applicatio in die ter mane meridie ꝛ ante cenā: ꝛ post illiꝰ applicationem administret aliqd de lenificātibus scriptis supra añ administrationem resoluentiū applicandis. ¶ Decimūquartū instrumētū itez est: ꝙ si dispositio nō ꝯuenienter obediret curationi post pdicta euaporet locus cum aceto ꝛ marchasita: in qua qdē euaporatione est iuuamēti sublimitas: ut ab oibꝰ auctoribꝰ hincide colligit. Et forma qdē applicationis eius est in hunc modū ut accipiat lapis marchasite: ꝛ est lapis molaris rubei coloris qui igniatur ꝛ habeat in uas aliqd positꝰ lapis ꝛ sup ipm effundat acetū albū notabiliter acutū. cuius uapor recipiat per cānulā vitreā silem tube: cuiꝰ vna sūmitas sit tāte amplitudinis ut totū locū patiētē cōprehēdat ꝛ aliquā ptē loci sani: ꝛ altera eius extremitas sit lata in quā recipiat fumus qui per ꝯcauitatē illā pueniat ad pticulā patiētē ꝛ euaporet saltē per qrtā ptē hore. Si aūt huiꝰ euaporationis applicatio nō posset cōuenienter fieri. tūc accipiat mollis spōgia ꝛ ifundat in pdictū acetū cū decoctio. pul. marchasite factū ꝛ applicet illa spōgia actu calida sup patiēte pticula sex uel octo vicibꝰ usquequo in pfundo loci egrotantis pcipiat penetrasse caliditatē. ¶ Decimūquintū instrm est ut post euaporationez cū aceto pdicto factā semp administret hoc oleū. ℞. olei de granis pinee. ℥. ß. olei de fisticis. ℥. ij. mucillagis radicū altee. ℥. iiij. misceant oia ꝛ bñ cōquassent ꝛ calefiāt ꝛ ifundat in eis frustū lane rotūdū ꝛ calidū applicet patieti pticule: ꝛ ꝯtinuet ipsiꝰ applicatio cū euaporatione pdicta aceti per qnque dies. deinde tñseat ad resoluētia iā predicta. ¶ Decimumsextū ꝛ ultimū instrumētum est ut si pcipiat ꝙ hec durities paulo magis iteriꝰ coicet fiat sepe linimētū nariuz iteriꝰ cū hoc cōposito. ℞. olei amigdalaꝝ dulcium: fecis olei liliorū al. olei de sisamo. añ. ℥. ß. medulle cruriū bouis. ℥. j. ß. dissoluant oia sil: ꝛ cū. ℥. ß. cere al. cōuenienter icorpent. hoc igitur totuz cōpositū bulliat in. ℥. iij. mucillaginis radicum altee usqꝫ ad ꝯsumptionē predicti mucillaginis. de isto igit tepido iterius nares cōuenienter duabꝰ uel tribꝰ vicibꝰ inungatur: quoꝝ oium administratione terminabit ad sanitatē integrā. qd cōcedat ille: qui solus lāguores oēs sanare pōt altissimus ex sui misericordia ꝛ oipotentia. Ad cuius laudem hec omnia cōsimiliter conscripta sunt. Amen.

Consilium. 72m. Pro polipo circa finem cure.



Pro egregia et honestissima domina dña Leona videt mihi taliter puidendū esse. ¶ Primo ꝙ utat sacculo suo sup capite posito ſm moduz datū. ¶ Secūdo ꝙ utat sparsione pulueris sup posteriori pte capitis sicut ꝯsueuit. ¶ Tertio utatur pillulis cōpositis ei qs hēt secū accipiendo ter in septimana ex eis. i. modicum ante cenā. ꝛ propriesi pcepit grauitatē stomachi. Si aūt caput grauiꝰ esset tūc accipiat vnā uel duas ex eis per duas horas post cenā.

¶ Quarto ꝙ nari sue imponat quatuor diebus continuis
bis in die de hoc pulue͂ cu͂ stilo īuoluto coto madefacto cu͂
salliua: cuiꝰ pul. descriptio est hec. ℞. radicu͂ serpe͂tarie: pul.
hermodactyloꝝ an͂. ʒ. j. sarcocolle rubee. ʒ. ß. tucie ꝑparate. ℈.
iiij. fiat puluis subtilis oiu͂ per se ꝛ post co͂misceat. ¶ Qui
to ꝙ elapsis q̄tuor diebꝰ ꝑdictis madefaciat carne͂ supaddi-
ta͂ in naso cu͂ aqua saponis 3ª bis uel ter i die ut sibi libet ꝛc̄.
¶ Descriptio au͂t sacculi ꝑmi est hec. ℞. castorei piretri: sti-
cados: pulegij: calame͂ti an͂. ʒ. ß. coralloꝝ ru. spodij. an͂. ℈. j. fi
at puluis oiu͂ per se: deinde misce ꝛ ponat in sacculo de gra
na retorta ꝛ applicet posteriori parti capitis. ¶ Descriptio
ꝟo secu͂di sacculi est hec. ℞. spe͂ru͂ pliris arcoticon: folij ligni
aloes: amomi. an͂. ʒ. iij. fiat puluis oiu͂ per se. Deinde misce
ꝛ ponat in sacculo ut supradictu͂ est: ꝛ applicet an͂riori pti
capitis. ¶ Descriptio pulueris ꝓ aspsione est ista. ℞. pulue
ris suprascripti pro pte superiori capitis. ʒ. ß. ¶ Descriptio
aute͂ pillularum est hec. ℞. pillularu͂ cochiaru͂. ʒ. j. aloes ab-
luti. ʒ. ij. fiat pillule cu͂ electuario succi rosaru͂. vj. pro dracma
¶ Ite͂ fuit ordinatu͂ ei ut odoraret sepe hu͂c puluere͂ qui sit
ligatꝰ in sindone retorta. ℞. cardamomi maioris ꝛ mioris:
gallie mus. nucis mus. gaꝝ. an͂. ʒ. j. camphore. ℈. j. musci. g. ij.
sandarace. ʒ. j. ß. fiat puluis omnium per se: deinde misce ꝛ
fiat ut dictum est.

Consilium. 73m

De quinque malis dispositionibꝰ. videlicet. ¶ De co͂gre
gatione multaru͂ materieru͂ flegmaticaru͂ in cerebro ꝛ earu͂
desce͂su ad partes iferiores: ꝛ est catarrus. ¶ De corruptio-
ne coloris cutis faciei ad rubedine͂ inte͂sam. ¶ De nocum͂
to anhelitus q̄d Asma dicit. ¶ De diminutione uel corru-
ptione digestionis stomachi. ¶ De mala co͂plexione calida
ꝛ sicca epatis. ¶ Diuidit au͂t co͂siliu͂ in duos tractatus.

Tractatus

Primus dispositiones predictas enu
merat: ꝛ earum causas ꝛ signa ponit:
continens capitula quinque.



Am pauloante Querela͂ hic fec̄ de
diuersis dispositionibꝰ ꝛ accide͂tibꝰ com
me͂datissime prude͂tie ꝛ no͂ mediocriter
in iure ciuili peritus vir Baptista firma
nus. ¶ Et ꝑmu͂ quide͂ accide͂tiu͂ ipsiꝰ est
multa materieru͂ flegmaticaru͂: que plu-
rimu͂ salse sunt co͂gregatio: ꝛ earu͂ ꝑcipi-
tatio uel desce͂sus ad no͂nullas capitis partes ꝛ ad iferiores
etia͂. ¶ Secu͂du͂ ꝟo accide͂s est corruptio coloris ꝛ cutis fa-
ciei ifectio a materia sanguinea rubee cholere co͂mixta cu͂
aquositate flegmatis. ¶ Tertiu͂ ꝟo est nocume͂tu͂ anhelitus
siue quis dis͂niam: siue asma noiare uelit. ¶ Quartum ꝟo
accide͂s est diminutio uel corruptio digestionis prime. s. sto
machi. ¶ Quintu͂ ꝟo nocumentu͂ est mala co͂plexio epatis
eius ad caliditate͂ ꝛ siccitate͂ notabiliter inclinata. licet ma-
gis ad caliditatem q̄ ad siccitate͂ permutata sit.

¶ De causis ꝛ signis co͂gregationis materieru͂ in capite ꝛ ea
rum descensus ad partes inferiores. Cap. i.

Q Uonia͂ aute͂ uole͂ti scie͂tifice co͂sulere necesse est i
uenire ꝑncipiu͂ ꝛ effectiua͂ causam hoꝝ accitiu͂.
ideo suppone͂du͂ ꝑmo ꝙ causa co͂gregatio͂is ma
terieru͂ in capite ꝛ alterationis earu͂ dupliciter ꝓ
uenit. ¶ Primo quide͂ per nocume͂tu͂ ee͂ntiale
cerebri. ¶ Secu͂do ꝟo per colliga͂tia͂ eius ad ptes stomachi
pectoris ꝛ epatis. ¶ Est au͂t nocume͂tu͂ eius ee͂ntiale ꝓueni
ens a mala co͂plexione frigida ꝛ humida cerebri: cui etiam
siccitas ꝑuatiua associat. ¶ Et ꝑmu͂ quide͂ hoꝝ duorum ex
multis deduci po͂t. ¶ Et ꝑ q̄de͂ ex tactu: qꝛ ta͂ge͂tibꝰ caput ut
in pluribꝰ eius ptibꝰ frigiditas magis q̄ caliditas ꝑcipitur
¶ Secu͂do ꝟo qꝛ molle ꝑcipit: ꝛ molle magis q̄ asperu͂ ꝛ sic
cum. ¶ Secu͂do ꝟo ꝑncipaliter ex sensu visus: eo qꝛ in ma-
iori pte capitis albedo magis q̄ alter color pre se fert. ¶ Se
cundo ꝟo quia visu percipitur carnositatis mediocritas:
que tamen ad mollitiem declinare percipitur per tactum:
¶ 3° ꝟo per alia signa. qm̄ capilli i viro isto plani su͂t ꝛ mol
les. ¶ Et iteru͂ qꝛia͂ appet in eo caluiciu͂ ite͂pestiuu͂ q̄ ro͂na-
bile sit. Ipm au͂t in viro isto ꝓuenit: ꝓpterea qꝛ uapor adu-
stus qui est ma͂ pili no͂ reperit in pte anteriori capitis: nisi
pauce q̄titatis ꝛ no͂ bene ꝯgelabilis in poris. Adhuc etia͂
caluities in viro isto ꝓuenire po͂t ex ꝑuatiua siccitate: ꝛ acci͂
tali in cerebro. eo qꝛ inuenit sanguis delegatus ab epate no
tabilis caliditatis. sed talis per viam resolutionis ꝯsumere
po͂t materiam uel uaporem radicis capilloꝝ ꝛ materiei eiꝰ
ꝯtinuatiuu͂. Unde caluities in eo a duplici videt causa ꝓ-
uenire. ¶ Primo propter augmentum humiditatis multe
¶ Secu͂do propter exiccationem priuatiuam materiei ex
qua capilli generari debent. ¶ Co͂tra: qꝛ caput huius viri
est lapsu͂ ad mala͂ co͂plexionem frigida͂ ꝛ humida͂ ma͂lem:
ergo in capite eiꝰ debe͂t m͂ltiplicari pili. patet ꝯn͂tia: qꝛ ꝯces
sis causis sufficie͂tibꝰ effectus ꝓductiuus ꝓduci debet effe-
ctus. sed frigiditas est pote͂s ad ꝯgelandum uapore͂ qui est
capilloꝝ materia. Et multitudo ma͂erum inuenit ibidem.
eo qꝛ lapsus est humidus ma͂lis: ut supponitur. igit erit de
necessitate ibi capillorum multitudo. ¶ Huic motiuo ꝛ si
bi similibus ru͂dendu͂ est negando ꝯn͂tiam ultima͂. No͂ eni͂
arguit sufficienter: eo qꝛ minor non assumit co͂uenienter.
lꝫ enim in cerebro ipsius inueniatur multitudo materieru͂
humidaru͂. tame͂ ipe no͂ sufficienter congelant: eo qꝛ nimiu͂
aquose su͂t. Uapor au͂t ex quo capilli generari debe͂t est adu-
stus ꝛ terreus potestatiue. ideo aptus co͂gelari facile. uapor
au͂t aqueus ualde minime. ¶ Dicendu͂ 2° ꝙ lꝫ mala com-
plexio frigida ꝛ humida capitis sit ꝑncipalis egritudo. Et
ad hac si ꝯcederet ꝙ in capite ipsius inuenirent uapores
multi adusti ꝛ terrei dispositi ad co͂gelatione͂. tn͂ in cerebro
isto inuenit accide͂talis causa no͂ solu͂ ꝓhibitiua ꝯgelatio
nis ꝑdictoꝝ uapoꝝ. imo eoꝝ co͂sumptiua causa. s. mala co͂-
plexio calida cerebri ipsius per colliga͂tiam epatis sibi con
trariata͂. ¶ Ex quibus apparet ꝙ hn͂ negabat minor cu͂ di-
cebat. sed cerebro huius viri inuenitur mala co͂plexio fri-
gida ꝛ humida. ꝛ adhuc sufficienter uapoꝝ ꝯgelatiua. igit
ꝛc̄. Negabit ꝯn͂tia illa. ad hoc enim ut concedenda foret il
la ꝯn͂tia oportebat in minori subiungere in cerebro tali in-
uenit frigiditas ꝛ humiditas ma͂lis per se sufficienter ua
poꝝ ꝯgelatiua. Et in eo inuenit aliqua causa ꝓhibitiua co͂-
gelationis. s. mala compl͂o calida ab epate coi͂cata cerebro:
que per viam resolutionis ma͂z capilloꝝ continuatiua͂ ꝯsu-
mit. Hu͂c cerebri lapsum adhuc significare potest paucitas
capilloru͂ capitis ꝛ tarditas ortus coru͂. ¶ Quarto ꝟo ꝑn
cipaliter ide͂ cognosci po͂t per augme͂tu͂ humiditatu͂ in capi
te. ꝛ per defluxum iparu͂ per diuersas euacuationis vias.
¶ Et adhuc 5° per signa sumpta ab opationibꝰ ꝟtutu͂ ite
rioru͂. na͂ hn͂tes ha͂c cerebri co͂pl͂one͂ faciles sunt appꝛhensio-
nis ꝛ difficilis co͂seruationis q̄tu͂ ad opationes memorati
ue pote͂tie. No͂ enim ita hn͂ memorant sicut appꝛhendu͂t ꝛ
imaginant lꝫ etia͂ in imagiationibꝰ ꝛ in iudicio cogitatiue
pote͂tie sint facile pmutabiels. ¶ Adhuc etiam ad motus
ꝛ exercitia satis tardi sunt: ꝛ faclie lassabiles: uel per exerci-
tia delectabiles. ¶ Ampliꝰ su͂t hoi͂es plixi ꝛ ꝓfundi somni.
¶ Et pulsus hn͂t ad paruitate͂ ꝛ tarditate͂ ꝛ raritate͂ cu͂ mol
litie declines magis q̄ ad ꝯ͂rias oppositas. ¶ Et eoru͂ uri
ne su͂t substa͂tia tenues ꝛ colore remisse tincture. ꝛ sedime͂
hn͂t humorosu͂ satis. ¶ Hec quidem oi͂a uerificabilia su͂t
ꝛ a mala co͂pl͂one frigida ꝛ humida ꝓuenientia. nisi ꝑdicte
male co͂pl͂oni ꝯtraopet epar sui caliditate ꝛ humiditate. qm̄
facile per has q̄litates epar cerebro co͂traoperari po͂t per
caliditatem ꝛ siccitate͂ eius. ¶ Et simil͂r etia͂ cordis co͂pl͂o
cerebro co͂traoperari potest per caliditatem ꝛ siccitatem eiꝰ
¶ Per hec itaqꝫ omnia leuiter cognosci potest cerebrum
huiꝰ viri egrotare mala compl͂one frigida ꝛ humida sibi
per essentia͂ inherente a calida ꝛ sicca per accidens eide͂ ab
epate co͂municata͂ per delatione͂ sanguinis cholerici satis.

¶ De cãis ⁊ signis corruptionis coloris cutis faciei: ⁊ uersionis pomorum ⁊ maxillarum ad rubedinẽ intensam. Cap. II.



Ro itellectu võ scdi accñtis. s. corruptionis coloris ⁊ substãtie pomorũ maxillarũ cuz ɔuersione eius ad rubedinẽ intensam. ¶ Premittẽdum ꝓ q̃ harũ defedationũ facile alique in reiueritate nõ sunt egritudies. sed consuetũ est a sapientibꝰ numerarⁱ eas inter egritudines. neq₃ enim corruptio coloris aut eius permutatio est egritudo complexionalis cõpositionalis uel vnitatis. quare ⁊c. ¶ Et de numero harũ dispõnũ. ꝓme sũt uelut ꝑmutatio coloris facta a statiõe lõga sub radijs solis ⁊ occupari artibꝰ fabrilibꝰ uel igneis ⁊ similibꝰ ɔtrarijs frigore multo ⁊ flatu uenti frigidi ɔtingit denigrari faciez in hoibꝰ: aut pallescẽ. ¶ Et de numero taliũ sunt uestigia leuia post curationẽ ulcerũ subsequentia: ⁊ ꝓprie quando nõ fuerint ualde calosa: aut dura: aut cõtractionis cutis ꝓductiua. ¶ De numero etiã harũ dispõnuz est sanguis mortuus ⁊ lẽtigines magne ⁊ parue: ad quẽ sub cute mortuuz sanguinẽ reduci potest huius viri dispositio.

Pluribus enim modis cõtingit sanguinẽ sub cute mortificari. ¶ Et ꝑmo quidem qñ sanguis multus ⁊ ipetuose fert̃ ad cutim uelut accidit in cõtussiõe: ⁊ in flobotomijs idiscrete factis: ⁊ i delatiõe mãerũ male q̃litatis ad mẽbra. ꝓpter qd̃ sanguis mortificat̃ ibidẽ aut q̃ est obiectum v̄tuti trãsmutatiue ipsius incõueniẽs. Quare a v̄tute derelictum corrumpitur ibidem. Ex cuius corruptione ɔsequunt̃ colores uarij. ¶ Si enim sanguis fuerit cholericitati cõmixtus relinquit̃ in mẽbro rubedo cũ claritate: quã clarificatã denoiat Auicẽna tertia quarti. tractatu 3º. cap̃ de erisipila. ¶ Si võ sanguis flegmatice fuerit nature relinquit̃ in cute rubedo remissa qualis representat̃ in leui lotura carnium. ¶ Cũ aũt sanguini cõmixta fuerit melãa appebit in cute color qualis in moro ꝑfecte maturationi vicino cõphẽdi põt. ¶ Dum aũt sanguis puritati vicinior est remanebit color rubeus a fuscedie q̃dam refractus. q̃lem colorẽ contemplator potest imaginari medium inter colorem a sanguine cholerico ⁊ melĩco ꝓueniẽtem. ⁊ pñt intelligi hi ꝫmones a Galeno in libello de cholera nigra cap̃ 3º. in ordinatiõe mea. ¶ Et attẽde q̃ si sanguis ille cholericitati cõmixtꝰ in paruã particulã colligat̃. dispõnẽ efficiet: que lentigo noiat̃. dum aũt per amplã mẽbri partẽ expandit̃ noiat̃ pãnus. ut 6ª quarti. tractatu 2º. ⁊ 6º cap̃ colligẽdũ. ⁊ v̄tualr̃ 5º Almãsoris. cap̃ 16º in rubrica ipsius. Et sunt ꝫmones Galeni v̄tualr̃ 5º decem tractatuuz. cap̃ 5º. Et colligi possunt etiam horum sententie quinto continentis cap̃. ¶ Et taliter ɔsideranti apparet q̃ huiꝰ viri dispõ sub corruptione coloris: que nõ est egritudo collocari põt.

At uero iterum subtilius ɔtemplãdo hec dispõ ad egritudines reducẽda est: ⁊ maxime ad genus egritudinũ cõpositarũ ⁊ soloñis ɔtinuitatis. nam in parte cutis faciei: que in facie est pãno apparẽt nõ raro pustule quedam parue: que corrupte aquositatẽ emittunt tẽdẽtem ad virulentiã. igit̃ locus ille egrotat apãtibus: que nominant̃ eminẽtie. i. bothor parue ⁊ non ꝓfunde. Eminentie eniz sunt apãta parua. sicut apãta sunt eminẽtie magne 2ª ꝑmi. ꝑmo cap̃ ꝓpe pñm. Et non põt ab apãte emanare virus nisi fuerit soluta membri ɔtinuitas, ergo in membro tali sunt eminentie que sunt apostema parua: ⁊ solutio continuitatis. quod fuit principale ɔcludendum.

Ad quam võ de numero defedationuz faciei: que a sapientibus numerãtur reducenda sit hec dispositio difficile tenetur. ¶ Quidam enim tenere põt hanc dispõnem in facie apparẽtem denoiandam esse saphati cum ipsa sit coloris corruptio: ⁊ pustularum bothoralium apparitio. ¶ Ego autem huic opinioni nõ adhereo. quoniã in loco isto inueniunt̃ ulcera crustosa. ¶ Amplius pustule ille non sunt accedẽtes fixe. imo accedentes ⁊ recedẽtes. lʒ enim quedã de passionibꝰ saphati inueniãtur in facie huius viri: nõ tñ differentie oẽs in dispõne saphati denoiate in hac dispõne iueniunt̃. Saphati enim nihil aliud est q̃ m̃ltitudo pustularũ: que fixe sũt lenes uel leues ⁊ est lr̃a melior: ⁊ diuise numeratione locorũ. i. in pluribus membri locis absq₃ ɔtactu eaꝝ adinuicem. deinde succedit eis ulceratio crustosa cũ ꝑmutatiõe mẽbri ad rubedinem. ¶ Collige hãc sñiam 6ª q̃rti. tractatu 3º. cap̃ ꝓ. Posset autẽ iterũ alicui apparere: q̃ hec dispõ ipetigo denoiari posset: ʒ nõ videt̃ hoc rõnabilr̃ asserẽdũ esse: eo q̃ ipetigo multũ in eẽntia ⁊ in accñtibꝰ ɔuenit cũ saphati. Neq₃ eni põt hec ipetigo noiari saphati: q̃ neq₃ humida: que noiat̃ serẽgi: neq₃ sicca: que prouenit a mala humiditate corrosiua melãcholica expulsa ad cutem cuz corruptione ⁊ corrosione ipsius. ¶ Neq₃ noiari põt assaphati balkiati: que deterior est spẽrũ saphati. ¶ Neq₃ etiã est saphati alnatim: eo q̃ ipsa sũt ulcera melãcholica appentia: in cute ꝓueniẽtia a mãhomogena materiei uaricũ. q̃re videt̃ hãc dispositionẽ nõ posse denoiari impetiginẽ de gñe saphati ut deductũ est. Nisi qs diceret uellet ⁊ ɔcedere hãc eẽ spẽm ipetiginis lenioris: que ꝓuenit ex subtiliori ꝑte sanguinis emanãte a loco in sĩlitudinẽ roris cũ superficiali corruptione cutis ⁊ leui. Et taliter facile dispositio huiꝰ viri sub cap̃ de ipetigine collocari põt: ut 6ª q̃rti. tractatu 3º. cap̃ 2º ꝑncipali. ¶ Ego aũt veriꝰ credo dispositionẽ hãc denoiandã eẽ bothor lenia: que sunt apparẽtia in lepore nasi: ⁊ sup pomũ maxillarũ: ⁊ ꝓprie ꝓuenientia a mã male q̃litatis elenata a toto corpe uel ab epate ul' altero mẽbro magne quãtitatis. ¶ A quo si eleuet̃ uapor flegmati ꝓpinquus ⁊ passionibꝰ eius: fiẽt bothor in ꝓdictis ptibus lenia ⁊ alba. ¶ Si aũt uapor ille a materia eleuet̃ commixta cũ sanguine ⁊ cholera fiẽt bothor talia colore rubicũdo colorãtia magnã ꝑtẽ quã occupãt. Neq₃ enim minorem aptitudinẽ vident̃ hr̃e itrinsece uapores cholerici ⁊ sanguinei q̃ uapores flegmatici. sed ex eleuatione uapoꝝ flegmaticoꝝ fiũt pustule tales in ꝓdictis locis lacteo colore faciẽ inficiẽtes. Igit̃ ex uapoꝝ cholericoꝝ ⁊ sanguineoꝝ eleuatiõe ad faciẽ color eisdẽ ɔsilis appebit in ea. Et pñt oĩu₃ horum sñie speculãde sumi. 6. q̃rti. tractatu. 7º. ⁊ cap̃. 3º. du₃ inq̃t. Q̃nq₃ spargunt̃ sup nasu₃ ⁊ sup pomũ maxillarũ bothor albe q̃si ipse sint pũcta lactis. i. parue pustule pũctis assimilate: ⁊ a lacteo colore colorate. Et alia lr̃a hẽt q̃si sint puncta acus assimilate ꝓueniẽtis ꝓpter materiã virulẽtã expulsam ad superficiẽ cutis de uapore corpis. Uñ recolligẽdo ex his apparere põt: q̃ huiꝰ dispõnis regimẽ curatiuũ debet eẽ pustulis talibus ⁊ corruptioni coloris appropriatum ⁊ tu considera.

¶ De causis ⁊ signis nocumenti anhelitus quod Asma dicitur. Cap. III.



Am võ nocumẽti anhelitꝰ: qd̃ fuit tertiũ accñs cõueniẽs est assignare causas. ¶ Et licet asmatis cause oĩno sint reducẽde ad nocumẽtum organoꝝ anhelitꝰ. Sine enim lesione eoꝝ disnia: uel asma: uel brothomia fieri nõ pñt. tñ hic dicẽdum q̃ huiꝰ asmatis causa est mala cõplexio pectoris ꝑ colligãtiã coicata magis q̃ in eo existat nocumẽtu₃ per eẽntiaz. ¶ Si enim ꝓueniret hic anhelitꝰ difficultas ꝓpter nocumẽtum eẽntiale ꝑtium pectoris oporteret ɔcedẽ semꝑ aliquaz molestiã in anhelitu itẽsam ⁊ remissam ꝭm itẽsionẽ ⁊ remissionẽ egritudinis cõplexionalis pectoris uel cõpositionalis eiusdẽ ut oppilationis. ¶ Adhuc etiã si nocumẽtũ in pectore fixum eẽt nõ ita facile remoueret̃ ab ea disnia. ¶ Itaque ex his cõcludit̃ q̃ hoc nocumẽtum anhelitus: qd̃ credo Asma denominari debẽ ꝓueniat ꝑncipalius per colligãtiã pectoris ad caput ⁊ stomachũ. Est eni₃ asma egritudo pulmonalis cũ qua patiẽs nõ iuenit excusationẽ ab anhelitu freq̃nti: sicut est anhelitus quo laborat ꝓfocatꝰ festinatꝰ ul' currens, decima tertij in exordio. cap̃ de asmate.

Modus aũt quo anhelitꝰ difficultas huic viro accidit est: q̃ cũ mãe in capite ia₃ multiplicate effundant̃ a v̄tute ꝓpulse ad partes pectoris recipiuntur in

cānalib⁹ maiorib⁹ ⁊ miorib⁹ pulmonis qbus etiā recipiunť qnq; nō per modū expulsionis a vtute facte: sed per intrinsecū pncipiū fluxibilitatis qd est innetū in quocūq; corpe fluxibili. Oē eni tale iclinať labi ad iferiorē ptē 2° celi ⁊ mundi. Cū ergo mā in pdictis locis est recepta sui viscositate ibidē adheret. qre pbibet fieri debitā ptiū pectoris euētationez ⁊ fumositatū pectoris ad extra pulsionē. Igiť necessitať vtus ad magnā uelocē ⁊ frequētē pectoris dyastolē: per quā multus ⁊ cito ⁊ frequēter attrahiť aer euētat⁹ cordis arteriarū ⁊ toti⁹ corpis. Igiť necesse est motū anhelit⁹ esse magnū ⁊ uelocē ⁊ frequētē cōstāte vtute cū paritate aliarū duarū causaꝝ cōtētiuarū pulsus. Cum ergo aer attract⁹ nō bñ sufficiat ad euētationē necessario crescit pportio caliditatis. Igiť multiplicabunť in pectore fumi capinosi uel alij necessitantes vtutē ad ipsoꝝ expulsionē: ⁊ fieri debet per sistolē partiuz pectoris. qre erit nocumētuz in attrahēdo aerē ⁊ in expellēdo fumos iā pdictos. Igiť dyastoles ⁊ sistoles pectoris erūt magne ueloces ⁊ frequētes cōstāte vtute cum paritate aliaꝝ cārum ut pdictuz est. Cum autē cōtingit vtutē debilitari remanēte aliarū duarū causarū anhelit⁹ paritate: tūc erit necessario anhelit⁹ paru⁹ frequēs. Si aūt cū debilitate vtutis augmēteť pportio necessitatis: tunc oportebit de necessitate esse paruū ⁊ maxima uelocitate uelocē. Et si adhuc maiori augmēto crescat pportio erit anhelit⁹ ultimat⁹ fere paruus uelox ⁊ frequēs. qlis est anhelit⁹ in pfocato extinctioni fere ppinquo. Et si bñ ɔsideras hec anhelit⁹ difficultas in hoc viro lz nō sit ualde magna minať in posterum piculum igēs decidētie ex ea: intātum q in secundis senib⁹ cōfirmať ualde raro. ⁊ fortassis nunq sanať. quare decima tertij. prealle gato cap. hec egritudo cum accidit decrepitis non forsitan maturatur neq; sanať. quo modo enim non. cum ipsa etiā iuuenibus sit difficilis ut plurimum.

Post hec autē iterum dicēdum est q hoc nocumētum anhelit⁹ nō fit pcise per colligātiā cerebri ad pect⁹. sed fieri pōt per colligātiā alioꝝ multoꝝ mēbroꝝ: ⁊ pprie per colligātiā epatis ⁊ stomachi. ¶ Cum eniz in epate ⁊ stomacho multiplicantur materie oppilātes: aut apostemātes quātitate sua cōprimunt dyafragma: cui⁹ cōpressione cōpmiť pulmo: aut aliq mēbra anhelit⁹. qre necesse est in anhelitu nocumētuz accidere ut supra visuz est. Et pñt iteruz materie tales epatis ⁊ stomachi ab eisdē defluxe ad organa anhelit⁹ ipsum impedire. ¶ Et adhuc etiam per speciē male cōplexionis pectori coicatam a mēbris illis pōt in anhelitu nocumētum accidere. ¶ Et per aliqua eoꝝ que dicta sunt cōprehēdi pōt q hoc nocumētum anhelitus frequētius ⁊ uelocius pueniť post plenitudinē stomachi a cibis ⁊ a potib⁹ q tpe euacuationis ipsius. ¶ Nō sum autē ille qui negare uelim hoc asma etiā posse cōtingere p speciē male cōplexionis iā facte per essentiā in pectore. sed pncipaliter hec egritudo puenit per colligātiā magis q per eēntiale nocumentum pectoris. hec de accidente tertio.

¶ De causis ⁊ signis debilitatis uel corruptionis digestiue stomachi. Cap. IIII.

Quartum vo accidēs. s. diminutio uel corruptio digestiue stomachi. Et diminutio quidē uel debilitas digerendi lz possit fieri a mala cōplexiōe frigida imateriali. In viro tñ isto pueniť a mala cōplexiōe frigida ⁊ humida materiali. ¶ Cuius signa sunt paucitas sitis: iflatio uentris: multitudo uel abundātia saliualis humiditatis in os: multitudo eniz sputi ⁊ saliue significat malitiā complexionis frigide ⁊ humide stomachi. 13ª. tertij. cap. 15°. ¶ Quartum vo signum est nausee pseuerātia. Si enim stomacho fuerit nausea tunc mā est viscosa ⁊ imbibita. 13. tertij. de modis significationum dispositionis stomachi in vndecimo genere signoꝝ. ¶ Quintum signum est uelocitas descensus cibi non bene elaborati a stomacho. cuius causa nota est. ¶ Sextum signum est eructuatio multa que consequitur debilitatem caloris stomachi: propter quam in eo multiplicantur fumositates. ¶ 7ᵐ signum est tensio uel grauedo in stomacho percepta. ¶ Pōt aūt dolor extensiuus in stomacho puenire a multitudie uētositatū que in stomacho humido gñanť ⁊ ɔgregantur. que mãe iteꝝ sui qtitate ⁊ corpulētia dolorē faciūt grauatiuū. dolor enim extēsiuus significat uentositatē: sicut grauatiuus repletionē. 13ª tertij. vndecimo cap. ¶ 8ᵐ signū est hoꝝ accidentiū multiplicatio ⁊ molestatio maior in nocte q in die facta. qm hoc est tpus mot⁹ flegmatis. Flegma nāq; dñať a tertia hora noctis usq; ad sextā. ut Ga. ad Mecenatem primo cap. scripsit. Et hec sufficiant pro uerificatione quarti accidentis ⁊c.

¶ De signis male cōplonis calide epatis. Cap. v.

Epatis vo ipsius caliditas cognoscitur per amplitudinē ⁊ repletionē uenarū ⁊ rubedinē corporis ⁊ multitudinē gñatiōis cholere in iuuētute: ⁊ uelocitatem sitis: ⁊ bonitatē appetit⁹: ⁊ digōnis: ⁊ mltiplicationē carnositatis: ⁊ pulsus hoꝝ est plenus ⁊ magnus ⁊ siccitas uētris ut in plurib⁹: ⁊ urine tincte a magna citrinitate usq; ad rubicūditatem. ⁊ hoc totū itelligi debet puenire ab epate per se nisi multitudo flegmatis per viam indigōnis ɔgregati in stomacho ⁊ in corpore cōtraopereť istis. Similiter frigiditas cordis ɔtraoperetur. ¶ Cū igiť epar ei⁹ ad calitatē notabilr intensaz sit lapsum: nō est mirabile si in sanguine totius corporis frequēter percipiť ebullitio absq; putredine: ⁊ qnq; putredinalis. ¶ Et iteruz ex tali caliditate ⁊ multitudie cholere cū sanguinis ebullitione facilitať ascensus ad caput: ex quo saluatur euētus rubedinis faciei ut supra visum est.

Tractatus secundus De cura dictarum dispositionum ɔtinens capitula duo.

Hiis oibus itaq; in vnā snīaz collectis videt q regimē hui⁹ viri debet esse correctiuū caliditatis intēse epatis: ⁊ male cōplonis fride ⁊ humide cerebri ⁊ stomachi. ⁊ isti sūt lapsus cōtrarij. Et debet etiā regimē eius eē appropriatū ad curā triū accitium pncipalr. s. corruptionis coloris faciei: difficultatis anhelit⁹: ⁊ debilitatis digōnis: per qd etiaz regimē poterit rectificari corruptio digōnis: que tñ rari⁹ ɔtingit cū ipa: ut in plurib⁹ fiat ab aucta caliditate. sicut debilitas digōnis fit ex augmētata frigiditate. Cui⁹ qdē regimē partiēdū est in ɔuenientē applicationem sex rerū nō nālium: ⁊ in mēsurā debitā intētionū: ⁊ instrumentorum medicinalium: ut nunc sequitur.

¶ De cura per admistrationē sex rerū nō nālium. Cap. I.

Itaq; diligenter ɔsiderando ea que in precedēti pticula deducta sunt: oporteret aerē ⁊ alias res non nāles iclinare ad ifrigidādū ⁊ humectādū: argumēto sūpto a discrasia epatis. Et oporteret ipsuz eundē aerē eē calefactiuū ⁊ exiccatiuuz indicatione sūpta a mala cōplexione frigida ⁊ humida stomachi ⁊ cerebri. Quia tñ forti⁹ est nocumētū qd reperiť in cerebro ⁊ stomacho: qd appet ex accitib⁹ supra tactis. Ideo regimē ipsius aeris in clineť ad caliditatē ⁊ siccitatē equales. qm ea que in h gradu calitatis ⁊ siccitatis approximantur respectu distēperātie epatis nō sunt eidem nociua. eo q la psus talis nō est multū notabilr itēsus. lz eni epar sit lapsuz ad caliditatē notabilr magis q ad siccitatez. tñ q talis lapsus nō est a medio notabilr elōgat⁹. ideo per remissa calida ⁊ sicca respectu illi⁹ nō pōt notabilr itēdi. Et per ɔtinuatas applicatiōes poterit ɔueniēter aduersari lapsui frigido ⁊ humido cerebri ⁊ stomachi. iō erit ɔueniēs regendi modus. ¶ Eligať igiť aer eleuatus in caliditate nō notabilr alterāte: uelut esset caliditas uernalis aeris: ⁊ sit eius siccitas parūper intensior caliditate eius: uelut esset siccitas proueniēs a calore aeris in fine ueris cōparata ad siccitatem puenientem a calore pdicto pncipio ipsius ueris. hec tamē facili sermone proferuntur magis q actu reperiri possint.

¶ Cū aūt ɔtingit sicut in pluribꝰ de facto est aerē in talibꝰ q̄litatibꝰ non repiri nālr se hn̄te inclinet ad tales q̄litates artificialr: uelut esset aerē hītationis: ⁊ camere ⁊ domus eligere elongatū a decursibꝰ aquarū: uel a nimia humiditate ex lacunis uel puteis aut edificioꝝ antiq̄tate ꝓuenientibus ¶ Aut aer talis inclinet ad p̄dicta cū igne accenso in cameris hītationis facto ex lignis abietis lauri iuniperi ⁊ similiū plantarū calidarū. aut sepe suffumigādo camerā cū puluere thuris masticis laudani terbentine ⁊ resine ⁊ colofonie ⁊ similibus pulueribus: quorum tn̄ quantitas ponatur pauca ut ʒ.ij. ʒ. usq3 ad quatuor. ¶ Silr ⁊ uestes eius ⁊ capitis tecture suffumigētur cū p̄dictis. ⁊ sit etiā cooperimentum capitis eius ex pānis tincture kesmes uel grane: quod idem est. ¶ Suffumigium bonū ad illud. ℞. storacis calamite: laudani thuris. añ. ʒ. 5. ligni al. ʒ. iij. puluerizētur omnia simul: ⁊ utatur eis ut dictum est.

Exercitium factū tpe ieiunij pedestri motu: aut equitatione gradarij equi: aut descēsu montium uelocius facto: aut ascēsu eorūdem suauius ⁊ tardius celebrato conueniens est. ¶ Amplius ⁊ exercitiū interioꝝ virtutū cogitatiuarum. ut speculari in lectione uel re difficilis cōprehēsionis ⁊ itelligētie: ⁊ laborare in reminiscēdo eoꝝ: que a memoria iā deciderūt est cōueniēs. Tales enim motiones fieri nō pñt nisi per notabilē motū in spiritibꝰ seruiētibꝰ v̄tutibꝰ sensitiuis iterioribꝰ. Et hoc qd̄e adiuuat ad expurgādū cerebꝝ ⁊ cōfortādū ip̄m ⁊ ɔsumēdū ⁊ expellēdū sup̄fluitates in ip̄o cōgestas ꝑpter diminutā digestionē aut ad ip̄m aliūde trāsmissas. In sūma itaq3 exercitium q̄dcūq3 fiat qd̄ ꝑducat ad sensationē caliditatis in corpe toto notabiliter itēse usq3 ad euētū debilitatis exclusiue.

Si aūt hic ardor in pudibūdo puenerit a solone cōtinuitatis: ut ulcerib⁹ uel excoriatione que in cānali virge sepe pueniūt. Tūc cura huius dispōnis p̄euacuato corpore si fuerit mādās mās triplici poterit itētione cōpleri. ¶ Et pͣma qdē est repulsio māeꝝ que ad hoc membrū inclinari solēt. ppter dignitatē eius. ¶ Scōa vō intētio erit mūdificatio māe emanātis a cannali. ¶ Et tertia est incarnatio ꝛ consolidatio partium ulceratarū. ¶ Et pͣma quidem intentio completur per linimenta inūctiones emplastra femoralib⁹ ptib⁹ ꝛ peritoneon applicanda: q̄le est hoc mihi approbatissimū medicamē. pprie in cā ꝛ mā calidis. ℞. succi virge pastoris. ꝛ est in rei ueritate cardus maior: succi plātaginis: succi sinfiton. ꝛ est cōsolida mior. añ. ℥. ij. cāphore subtilissime trite. ℈. iiij. albumina ouoꝝ numero iij. amili. ℥. ij. cerusse facte de plūbo. ℥. j. litargiri. ℥. s. tucie pparate cū aq̄rosata. ʒ. vj. fiat vnguētum molle in mortario plūbeo cū suo pistello ultima cōtritione: ꝛ est tāte excellētie q sepissime oēs tres itētiōes antemissas cū illo solo pfeci. s. repellēdi ꝛ alterādi dū applicat ptib⁹ genitalib⁹. amplius mūdificādi abstergēdi: ꝛ pprie dū itingit in eo pēna: ꝛ iponitur cānali vge. Aut dū reuoluit in ea stuellus ꝛ in cānali vge portat semp tñ post mictū pmutatus. ¶ Dū aūt finalr uolo ꝯsolidationē pficē stuellū in predicto vnguēto itinctū reuoluo in puluere tucie preparate. sicut enim aloes est optima medicinarū in recentibus ulceribus virge. Ita tucia in antiqs est melior. 20ᵃ tertij. cap̄ de cura ulcerum vge colligi pōt. Hec sufficiāt de cura ardoris in urina pueniētis ppter egritudinē appropriatā pudibundo. Plura alia epithimata inūctiones enchatismata: ꝛ emplastra scribere potuissem sed non curaui. quia materia ista aliqualiter peregrina est ꝓposito principali: ꝛ tu ex aliunde collige ut tibi placet ꝛc̄.

Si aūt dolor uel ardor iste in pudibūdi capite pcept⁹ pueniat per colligātiā ab alijs mēbris. Tunc ꝯtingit. ppter ulcera in collo uesice exītia. ut in pluribus: licet etiā ꝯtigē possit ppter ulcera poroꝝ uritidoꝝ. ¶ Et 3° iterū ppter ulcera renū. ¶ Et 4° iterū ppter lapides ꝛ harenas in uesica ꝛ renib⁹ exētes. ¶ Et 5° iterum ppter ulcera uel saniē ab apate gn̄ata. ¶ Et 6° adhuc ppter saniē a pectore deriuata ad uesicaȝ. ¶ Et 7° propter colligantiam totius ad uesicam. ut patet in crisibus ꝛ expulsionibus materierum scabiei lepre impetiginis ꝛ similium.

Mirabile autē videt eam theorice contemplanti: Quare ulceribus exītib⁹: aut sanie harenulis uel lapide in collo uesice. in eodē fere nullus aut ualde obtusus pcipit dolor: in extremitate pudibūdi tātus pcipit dolor: ut cū maxio martyrio videant egri cruciari. ꝛ tñ nullā ꝯtingit ibidē eē egritudinē cōplonalē: aut cōpōnalē: uel solutionē ꝯtinuitatis. ¶ Amplius collū uesice cōponit ex pāniculo iterius uestiēte ipm̄. sed talis pāniculus est sensibilis nōbilr. ꝛ mā uel causa doloris illatiua est pſens ibi: ꝛ applicata. ergo debet ibi fortis percipi dolor. ꝯñia tenet. qꝛ ex sufficiēti diuisione causarū ꝛ efficientium debet assignari effectus. ꝛ cōsequēs repugnat experiētie. quare ꝛc̄. ¶ Amplius solo ꝯtinuitatis est maxime notabilis. aut excoriatio sibi sīlis ꝯtingētis semp est pñs in collo uesice. Igit semper debet dolorē iferre. ¶ Et 3° itēꝝ arguit. qꝛ cā doloris illatiua in collo uesice exñs videt semp ꝯiuncta alteri cāe innāti ipsam ad dolorē inferēdū. Igit ꝯtinue in collo uesice debet percipi dolor. ꝯñia appet satis necessaria ex pdictis. ꝛ añcedens arguit: eo qꝛ cū mala cōplone ppria collo uesice semp inuenit ꝯiūcta aquositati urinali: que ifusa: aut saltē saniei si fuerit complicatio ulcerū cū mala complexione. igit ꝛc̄. ¶ Et 4° iterū ꝛ fortius arguit. qꝛ saltē tpe emissionis urine necesse est dolorē magnū ibi percipi. eo qꝛ si debet emitti urina opꝫ q collū uesice ꝯstringat a circūferētia uersus cētrū: ꝛ iō ut debite applicet expellibili qd est urina. sed in tali cōstrictione necesse est quasdā ptes colli uesice distrahi ꝛ ditēdi. Ergo necessarium est q pcipiat dolor uel intēdat. Et hoc motiuū videt pcedere ad pbandum dolorem in collo uesice egrotātis a mala cōplexione mēbri materiali uel immateriali. aut a soluta continuitate uel utrisqȝ simul necessario intēdi debere tempore mictus. Et forte q hoc motiuū angustiare faceret iuniorem medicum.

Materia horum argumentorū videtur petere solutionem ad plura. ¶ Quorum primuȝ est. an propter ulcera uel alias species solutionis continuitatis colli uesice dolor causetur in ea. ¶ Secundum vō est. an si in ea accidit dolor que sint partes colli uesice doloris illius perceptiue. ¶ Tertium vō est propter quid propter talia ulcera ul' alias species male cōplonis uesice doleat extremitas pudibūdi. ¶ Et quartum an si dolor est in extremitate illa sit ibi fortior q in collo uesice.

Ad primū autem dicēdum q si colluȝ uesice egrotet mala complexione materiali ul' immateriali notabiliter intensa. dolor percipietur in collo uesice: ut supra argutum est. ¶ Dicendum 2° quantuȝ ad hoc q dolor ille ut in pluribus non est multum intensus. eo qꝛ aquositas ꝛ pinguedo quedā: ꝛ ligamētales ptes que inueniunt in collo uesice reddant obtusam sensationem ipsius. ¶ Et dicēdum tertio q si egrotaret uesica mala cōplexione multū calida ꝛ inflāmatiua. aut fuerit in ea fortis solo continuitatis cum pſentia saniei ꝛ virulentia notabiliter acutis. qñqȝ etiam dolor percipitur fortis. Et quando talis dolor apparet ut in pluribus est incurabilis.

Ad secūdū vō quesitum dicēdum. q dolet uesica propterea qꝛ in collo eius inenit mēbrū sensitiuū. sicut est extremitas uel chorda musculi inuoluētis collum uesice exterius. ut colligēdum est pͣma pmi. doc 5ª. ꝛ summa scōa. cap̄ 24°. ꝛ 19ª tertij. primo caplo. ¶ Amplius in ea inuenitur neruus quantitatem habens coicans vnicuiqȝ laterū uesice. per quē etiam neruum sentiri pōt. ꝛ hic qdē neruus aduenit ei a spondilibus caude. a quo etiā neruo sensum recipit pāniculus interior colli uesice.

Ad tertium vō quesituȝ rñdet ulr ab omnibus q dolor qui percipitur in extremitate pudibundi non egrotantis est per colligantiam. Primo quidem absolutam: ut qꝛ egrotante collo uesice speciebus male complonis: aut solute cōtinuitatis uel utriusqȝ simul

simplicē cōpassionē. dolor pcipiat in extremitate pudibūdi:
⁊ fortius hoc ɔcedēdū esset fieri per cōpassionē nō absolu-
tā. ut si urina virulētia: aut sanies: aut uapor acutus ab eis-
dē eleuat⁹ trāsmutaret ad caput virge. ⁊ hec est oium aucto
rū ⁊ doctoꝝ solutio cōmunis. ¶ Hec aūt colligātia multi-
plex assignari pōt. Et pma qdē situs uel vicinitatis de qua
presentia lr nō curo. ¶ 2ª vo per colligātiā barū duaꝝ ptiū
per tres neruos qui oriunt a spōdilib⁹ caude: ⁊ spargunt
in musculū circūdātē collū uesice: ⁊ etiā deferunt ad caput
pudibundi. imo etiā ad fiteri ⁊ ad radicē femoris ⁊ usqꝫ ad
matricē. ¶ Amplius etiā hec colligātia assignari pōt. eo qꝛ
a cerebro uenit sensus vge. Et etiam ab eodē ad uesicā spūs
sensibilis delegat. ¶ Et pmū qdē horū pulcherrime colli-
git doctrina 5ª. ⁊ summa 3ª. cap 6° in lra occulte plata duz
ingt. Alia vo paria ⁊ ipar qd ab extremo orit alosos in mu-
sculis spargit fiteris ⁊ ipsius vge: ⁊ in musculis uesice ⁊ ma-
tricis ⁊ in pāniclis uētris: ⁊ in ptib⁹ domesticis iterioribus
ossis femoris ⁊ in musclis qui nascunt ex osse albomum. i.
spōdilib⁹ qui sunt ifra renes. Ex qua qdē aucte videri pōt
quātū facile fiāt in pdictis ptib⁹ egritudies per colligātiaz.
¶ 2m vo horuz expsse legit 19ª tertij. p cap in fine. Et conti-
nuat vnicuiqꝫ laterū eius neruus quātitatez habens ⁊ ue-
ne quiete ⁊ pulsatiles: ⁊ multiplicati sunt nerui eius: ut ipsa
sentiat illud cui innititur ⁊ ad qd descēdit. ¶ Qd autē me-
diantibus musculis colligantiam habeat virile mēbruz cū
collo uesice ⁊ femore. lege pª pmi. docª 5ª. summa 2ª. capi-
tulis 24° ⁊ 25°. ⁊ 19ª tertij. ⁊ 20ª eiusdē: pmis caplis. Et faci
le per hec satisfacē potes ad tertiū quesitū supra pmissum.

Ad quartū vo quesituz nō est facile rūdere. uaria
sapientum discordia oñdit difficulta-
tē ipsius. Dixerūt ergo qdā ɔdescendētes ad motiua supra
scripta. ꝙ egrotāte uesica spēbus solute ɔtinuitatis: aut ma-
le cōplonis. si utrūqꝫ illoꝝ dolebit fortior erit dolor in col-
lo uesice ꝙ̄ in extremitate pudibūdi. ⁊ cōcesserunt totuz ad
qd deducūt argumēta superius tacta. Isti iudicio meo nō
bene dixerunt: eo qꝛ experimentuz est cui acquiescimus. de
cima tertij. capitulo de cura asmatis. Forte autem perduxit
eos ad hoc raritas experientie. ¶ Alij autem ad hoc dixe-
runt ꝙ lꝫ dolor fortior percipi deberet: ⁊ percipi debeat in
collo uesice quandoqꝫ. non tamen illud est uerum semper:
propterea quia profundius situm est collum uesice magis
ꝙ̄ extremitas pudibundi. ¶ Hec igitur opinio nō videtur
satisfacere. propterea: qꝛ partes sensitiue integrantes colluz
uesice videntur habere maiorem sensationem propter con-
tinuitatem propinquorum ⁊ magis imediatam spirituum
sensibilium a nucha ⁊ cerebro ꝙ̄ habeat cutis ad ipsa duo.
¶ 3ª aūt iuenit ad hoc rñsio que magis acceptāda est. que
quidē ponit ꝙ alioꝝ supposita paritate de causis effectiuis
tristis sensationis in hec duo mēbra. fortius dolebit extre-
mitas pudibūdi ꝙ̄ collū uesice. Omne eni mēbrū qd maiori
delitiosa sensatiōe sentit excellētius altero debet fortius tri-
sti sensatiōe sentire ꝙ̄ alterum. sed pudibūdi extremitas in
hoīe maiori delitiosa sensatione sentit ꝙ̄ altera pars in eo.
ɔñtia tenet cuz maiori: eo qꝛ ex assignatione sufficienti cau-
sarum effectus rōnabiliter debet concedi effectus. ⁊ minor
experientia colligitur in emissione seminis humani. Stat
igit horū solutio in hoc fundamēto ꝙ nō est horū duorum
membrorum paritas in sentiendo: imo maior inuenit sen-
satio in extremo pudibundi ꝙ̄ in collo uesice. ¶ Contra: qꝛ
nerui qui sunt in pudibundo ueniunt a spōdilibus caude:
⁊ non sunt nisi nerui ligamentales. ergo non debent esse ita
excellenter sensitiui. Patet consequentia. qꝛ nullum ligamē-
torum sentit. prima primi. cap de membris. ⁊ antecedēs col-
ligitur 15ª tertij. primo capitulo. in fine. ¶ Huic motiuo di
cendum est negando consequentiā. lꝫ enim illi nerui qui ue-
niunt a cauda non sint tāte sensationis: ut probat argumē-
tum. tamen alij nerui adueniunt virge a cerebro ⁊ a nucha
propter qd est in extremitate pudibūdi excellentia sensatio
nis inuēta. patet 20ª tertij. allegato statim cap. Et aduenit
ei. s. virili mēbro sensus ex cerebro ⁊ nucha. ¶ Ex quibus
oibus apparet qliter ad motiua solui pōt: lꝫ enim oia illa p
bent doloris cām illatiuā esse per se fortiorē ad agendū in
collo uesice. ⁊ melius eidē applicatā esse adhuc cum tempo
ris ɔueniētia. negāda tn̄ est ɔñtia: eo qꝛ est disparitas in sen
satione mēbroꝝ: ut satis sufficiēter videtur esse deductum.

Tractatus secundus de ardore urine pueniente per colligantiam: ⁊ habet. 17. capitula.

¶ De causis ardoris urine prouenientis a mala complexio
ne calida ⁊ sicca in generali. Cap. I.

His igit ita paulisp theorice ɔtēplatis. ue
niēdū est ad ponēdū cās haꝝ dis
pōnū que sunt tāti doloris inductiue. Cū igit ip
sius cause sint due. s. mala cōplo ⁊ soluta ɔtinui-
tas: aut utraqꝫ illaꝝ simul: ponēde pmo sunt cāe
male cōplonis cale ⁊ sicce simpliciū ⁊ cōpositarū mālium
uel imāliū. grā cuius ⁊ ponent specierū male cōpositionis.
s. oppilationis aut egritudinis composite videlicet apatis.
¶ Cause itaqꝫ male cōplonis calide ⁊ sicce sunt oēs que as
sumunt ex sex generibus rerū nō nāliū calefaciētiū ⁊ exiccā
tiū ⁊ eoꝝ que annectunt eis: ut obuiare ⁊ cōmorari in ae-
re in camera uel locis uehemēter calefaciētibus ⁊ exiccanti
bus. ut statio sub sole apud fornaces ⁊ similia loca. Itē ap-
plicatio ciboꝝ ⁊ potuū ualde calefacientiū colūborū ⁊ simili
um ⁊ eorū que cōdiunt cū aromatibus calidis radicibus
petrosilino feniculo cum croco pipe galanga çinçibere ⁊ si-
milibus ⁊ edulium ualde salitorum usus. ¶ Adhuc autez
3° uehemēs ⁊ lōgū exercitiū siue eqtādo uel aliter qlitercun
qꝫ fiat per quod manifesta videat accendi in corpore cali-
ditas. Et de hoc gñe sunt etiā gestare uestes pellibus calefa-
cientibus suffultas uehemēter strictas ⁊ ponderosas. ¶ Et
4° iterū calefaciūt ⁊ exiccāt corpus retētiones euacuationū
solitarū: ut si alicui retineant emoroides fluē solite ⁊ sudor
cōsuetus. aut dimittat aliqua euacuatio artificialiter facta
sicut dimittē pillularū ⁊ alioꝝ euacuantiū usum uel uomi-
tū uel secessum cōsuetū intercipere. Ad tales enim retentio
nes sequitur de necessitate caliditatis intentio propter pro
hibitam euentationem. ¶ Quinto igit corpus calefaciūt
⁊ exiccāt vigilie multe ⁊ insuete. Et somnus etiā sup reple-
tionem cito factus. ¶ Et iterū 6° corpus calefaciunt ⁊ exic-
cāt aie accñtia motū uelocem in spiritibus ⁊ humoribus ⁊
fortem efficiētia: ut furor ⁊ iracūdia ⁊ ɔsimilia. ¶ Et de an-
nexis istis solēt calefacere corpora res medicinales ɔsuete
apud usum plurimarū gētium: ut sunt epithimata inūctio
nes balneationes corpoꝝ: ⁊ usus ɔdimētoꝝ calefacientiuz:
ut çinçiberis viridis dyagalāge tragee cū specieb⁹ aroma-
ticis ⁊ similiū. ¶ Et intellige ex istis ꝙ taliū cārū oiuz appli
catio ad corpus primo cōcursu calefacit magis ꝙ̄ exiccet: ⁊
ppꝛie cū occurrūt corporib⁹ a tēperamēto ppꝛio lapsis per
augmētū caliditatis ⁊ humiditatis. ut in sanguineis ⁊ in
his corporibus que multū humida sunt. Si autem cause
tales applicarentur corporibus siccis tm̄: aut uehemētius
siccis ꝙ̄ calidis. tales qdē cause fortassis celeriter exiccarēt
hec corpora amplius ꝙ̄ calefacerent. sicut facile hoc uerifi-
cari potest in corporibus melancholicis: aut in alijs que ma
gis per siccitatē lapsa sunt ꝙ̄ per alias qlitates. Et hoc totū
colligi potest per preparationē corporuz. Et ex hoc funda-
mento facile intelligi pñt cause calefacientes ⁊ exiccantes.

¶ De signis ardoris urine prouenientis a mala cōplexione
calida ⁊ frigida: humida ⁊ sicca in generali. Cap. II.

Signa vo lapsuuz calidoꝝ colliguntur ex multis.
Primo a qlitate visibili. ut qꝛ corporis color ten-
dit ad rubedinē cū aliqli purpureitate: ut in san
guineis. aut ad rubedinē cū claritate uel citrini
tate: ut in cholericis. Itē habitudo ad piguedinē
inclinata uel mediocritati eius ppinqua: ut in sanguineis.
aut in his in quoꝝ sanguine iuenit nālis flegmatis qtitas

notabilis subdn̄ans aut erit habitudo ad extenuationē notabilr̄ iclinata: ꝛ ꝓpe in cholericis: aut in quoꝝ sanguine melācholia īuenit̄ cōmixta nō excellēter. ꝛ hec oīa signa sunt sumpta a casib⁹. ¶ Cognoscunt̄ etiā tales lapsus per caliditatē in organo tact⁹ repn̄tatā absqꝫ ariditate ꝛ ꝓpe in corporib⁹ sanguineis: aut aliqualiter humidis. ꝛ per caliditatē ariditati ꝯiūctā ꝛ ꝓpe in cholicis ꝛ melicis. Et sunt signa ad ueri⁹ iudicādū de excellētijs q̄litatū tāgibiliū: ut 2° cōplonū. 3° cap colligendū. ¶ Sumunt̄ etiā signa lapsuū calidoꝝ per magnitudinē uelocitatē ꝛ frequētiā pulsus cū paritate ꝯtētiuarū cārūꝫ. ¶ Et sigdē lapsus iste maior fuerit in siccitate q̄ in caliditate erit in plurib⁹ pulsus magn⁹ uelox ꝛ rarus ꝓpter q̄ per siccitatē reddit̄ organū inobediens motui. ¶ Et si cū tali lapsu ꝯiungat̄ debilitas inenit̄ tardus pnus ꝛ rarus. Et ꝑn̄tuarie hēri fantasie in diuersitatib⁹ pulsuū in his differētijs ꝛ in alijs ꝑm diuersitatē cōplonū habitudinū etatū accn̄tiuꝫ aie ꝛ alioꝝ pticulariū fere infinitoꝝ que ꝯtigē possunt. Talia etiā corpora inueniunt̄ ꝓmpta ad iracūdiā furorē angustiam: ꝛ erūt animosa oīno ꝛ audacia ad aggrediēdū multa fortasse magis q̄ ad expediēdū ea. ꝛ sunt hoīes vigilatiui: ut in pluribus uētrem hn̄tes siccū ꝛ paucitatē sputi: quoꝝ urine sunt itēsiores citrinis subruffe crocee ꝛ rubee frequenter rubedine ignea. Et tu adde alia signa his ꝓportionalia: que gratia euitande longitudinis omitto.

Hec de signis ꝛ causis lapsuū calidoꝝ ꝛ siccoꝝ. per quoꝝ notitiā si bn̄ ꝯsideres poteris itelligē ꝛ cognoscere lapsus calidos tm̄: uel siccos tm̄ mālēs ꝛ immālēs simplices ꝛ cōpositos. ¶ Ex q̄rū etiā fūdamēto cogscunt̄ signa lapsuū frigidorū ꝛ siccorū simpliciū ꝛ cōpositoꝝ māliū ꝛ immālium per ꝯrietatē doctrine. vbi grā ꝓpter obuiare ꝛ cōmorari in aere calido ꝛ sicco: calo ꝛ humido calefiūt ꝛ exiccant̄ ꝛ humectant̄ corpora. ita pp morā in aere frigido ꝛ sicco: aut frigido ꝛ humido talr̄ disponunt̄ corpora ꝛ ita etiā in alijs gn̄ibus qnque rerū nō nāliū ꝛ sibi ꝯnexaꝝ causis ꝛ signis ꝯformiter intelligēdū est. ¶ Pro quorū oīum cōplemēto lege Gal. primo de accn̄ti ꝛ morbo. 5° cap. ꝛ 2ª ꝑmi. doctrina 2ª. ꝛ summa 2ª in q̄tuor capitulis ꝑmis inuicē cōtiguis. Et lꝫ signa predicta possint subseruire ad notificādū cōplonē uelem toti⁹ corporis ei⁹. Eis tn̄ uti possum⁹ ad cognoscendū ptiales lapsus mēbroꝝ oīum: ut capitis pectoris cordis ꝛ epatis. Et aliorū quorū lapsus cōtingeret calidos ꝛ siccos: aut calidos ꝛ humidos: aut frigidos ꝛ siccos: aut frigidos ꝛ humidos. grā tn̄ cōplemēti opis ponēda sunt signa ardoris urine ꝓuenientis per colligātiā ab alijs mēbris: aut per essentiā ab eis.

¶ De causis ꝛ modo euentus ardoris urine ꝓuenientis a toto ꝑncipaliter: ꝛ ab alijs causis. Cap. III.

Potest igit̄ q̄nqꝫ a capite ꝛ a pectore siue ab ei⁹ cōcauitate: siue ab eruptione apostematū in pectore mā deriuare ad vias urine per ꝯcaua uenarū. Sicēnim māe a gibbo epatis ascēdūt grā finis nutricationis ptiū pectoris ꝛ capitis per uenā chilim: ꝛ per duas uenas ramificatas ab ascelari: q̄rū rami igrediunt̄ per posteriorē ptē in pāniculos ita oīno cōcedēdū est easdē mās in crisib⁹ egritudinū a supiorib⁹ ptib⁹ ꝓpelli ad inferiores. ꝛ maxime forti existēte ṽtute: cui nihil resistē pōt in expellendis: itaqꝫ q̄nqꝫ saniem expellit de cōcauitate ossiū ꝛ pectoris. affoꝝ 7ª. cōmēto 59° ꝛ prope cū vie parate erūt. ꝛ he q̄dem māe si fuerint acute: q̄ nimiū inflāmate. aut fuerint eisdē māe cholerice cōmixte uel aduste. aut secū adiūcte māe saniose poterūt ardorē magnū efficē in vijs urine maiorē q̄ in intermedijs ptibus: eo q̄ vna materia acuta alteri acutiori cōmixta maius poterit efficē nocumētum in ptibus in q̄bus detinet̄ ꝛ cōmiscet̄ q̄ in ptib⁹ alijs. sed urina saniei uel alteri acute māei commixta maioris acuitatis erit effectiua in eis q̄ anteq̄ cōmisceret̄ eis. ꝫ ꝛc.

Et silī mō iterum deduci pōt q̄liter māe saniose uel acute in crisib⁹ ꝑmutatiuis in lepra scabie uariolis ꝛ morbillis expulse ad urine vias ardorē in eis efficē possunt. ¶ Ex quorum fundamēto iterū facili⁹ est vidē q̄liter māe acute uel aduste in egritudinib⁹ splenis ꝛ epatis per emugētes uenas ad urine vias iferiores expulse possunt in ardore pficē. ꝛ est snīa Auic. 2ª ꝑmi. cap de signis coloris urinarū: ꝛ ꝓprie nigre. ubi in q̄t. Et illud q̄dē q̄d accidit ꝑm modū purgationis ꝛ crisis significat̄ q̄d est in fine q̄rtanarū. Et cū splenis egritudines resoluunt̄ ꝛ dolores dorsi ꝛ mr̄icis ꝛ reliq. vide ibi. Et colligit̄ eadē snīa ab eodē 3ª q̄rti. cap de signis ꝑmutationis materie ad inferiora. ꝛ pluries alibi. Uñ ex ꝑdictis nō est difficile videre multiplicitatē ardoris urine ꝑm diuersitatē ptium per colligātiam efficiētium ipm. ¶ Ut igit̄ clarius huius tractat⁹ utilitas habeat̄ ordinate oīum spērum ardoris urine ponēda sunt signa ꝛ canones curationis succincte transeundo ne in ꝑlixitate sermonum tēpus expendat̄.

¶ De signis ardoris urine prouenientis per colligantiam a toto corpore. Cap. IIII.

Cum igit̄ ꝯtingit ardorē in urina fieri ex cretica trāsmutatione māerū que a toto descēdunt ad urine vias ꝛ faciūt ardorē in eis acuitate sua. Per hec signa cōprehēdi poterit talis ardoris urine uarietas. Primo per notitiā defedationis cutis ut lepre scabiei ꝛ uariolarū q̄rū mā frequēter terminat per fluxū uētris cū rasura. ꝑma q̄rti. cap de uariolis. que materia etiā nō minus bn̄ terminare pōt per vias urine ꝛ ꝓprie morbillorum mā hoc efficē pōt: eo q̄ utriusqꝫ mā est acuta ꝛ corrupta notabilr̄. Gn̄atio eni uariolarū est pp multitudinē sanguis corrupti. Gn̄atio ṽo morbillorū est pp uehemētiā ꝛ malitie sanguis corrupti pauci. Sed cuiuscunqꝫ spēi lepre mā necio maioris est corruptionis q̄ uariolarū ꝛ morbilloꝝ mā igit̄ eque bn̄ poterit ardorē in urina efficē. Et silr̄ de scabie dicēdū est q̄m cuiuscūqꝫ spēi eius mā est acuta aut adusta. igit̄ delata ad vias urine ꝛ eidē cōmixta ardorē poterit efficē in eis. Amplius oīum harū egritudinuꝫ mālis cā aīs ꝯtinet̄ in uenis. sed a ṽtute facile poterit deferri ad vias urine. igit̄ ardorē in eis efficē poterit. ¶ 2° ṽo cognoscit̄ ardor urine per colligātiā a toto ꝓueniēs. eo q̄ talis accidit in statu ꝛ tpe uehemētis ebullitionis māe ꝑdictaꝝ egritudinum. Mā enim si deferat̄ ad urine vias anteq̄ uehementer ebulliret ꝛ putreret nō efficeret ardorē urine. ¶ 3° aūt cognoscit̄ per absentiā cārū ꝑmitiuarū que urine ardorē efficē possent ut comestiones rerū ꝛ medicinarū acutarū. ¶ 4° ṽo cognoscit̄ per interēptionē signoꝝ arguētiū nocumēta in urine vijs. ¶ 5° etiā cognoscit̄ per absentiā spātū uel egritudinū in mēbris ꝑncipalib⁹: ꝛ alijs colligātiā hn̄tibus ad urine vias. ¶ 6° ṽo ꝛ ultimo cognoscit̄ eo q̄ talis ardor accidit subito. q̄ fit in crisi que est uelox ꝛ uehemēs motus morbi quo infirmus ducit̄ ad vitam uel ad mortem.

¶ De cura ardoris ꝓueniētis p colligātiā a toto. Cap. V.

Cognita igit̄ hac specie ardoris canō curationis ei⁹ est per q̄tuor intētiones. Pria est māerū diuersio. 2ª est regimis rectificatio. 3ª ṽo est sedatio acuitatis. 4ª est defensio viarū urine ꝛ mūdificatio a mā iā recepta in eis.

Prima igit̄ intentio diuertēdi mām multiplr̄ acgri pōt euacuatione illius māei per alias vias efficiēdo. Neqꝫ enim talis mā vnq̄ intercipi uel detineri debet iuxta snīam Hip. affoꝝ ꝑma. 20° sermone. Ea quorum crisis fit ꝛ facta est. Conet̄ igit̄ medicus summopē mām acutā ꝛ subtilem ad supiora mobilē diuertē ꝓuocando fluxū sanguinis a naribus titillationem faciendo in ꝑncipio riçe cū aliquo neruulo exiccato: aut cū chordula tympanistarū: aut cum frusto carte pergamene: aut cū fuste alicuius plante ꝛ ꝓprie corrigiole. quam aliqui sanguinariam uocant: eo q̄ sanguinem a naribus educit modo iam dicto. ¶ 2° ṽo in hoībus aptis ad hoc ꝛ ꝓprie in q̄bus abundat sanguis grossus: aut materia adusta. aperiant̄ eorum emoroides uentosando eas cum uentosis exterius ignitis aut cum corniolis ibidē applicatis uel cū fricatione facta cum folijs cōsolide

maioris: aut cum folijs ficus: uel cū felle tauri uel cū acuto licinio uel flobotomādo eas. ¶ In muliere vō etatis tpe fiat aptio mēstruoꝝ cū uētosis per q̄tuoꝛ digitos supra vmbilicum positis absq̄ scarificatione. aut cum ligaturis ibidem. aut in radicē coxaruꝫ ꝓpe inguina factis. ⁊ oēs isti modi sūt ultimi ad diuertēdum. ¶ 3° iterū diuertat mā ꝓuocādo sudorē hoīe per septē horas ab assumptione cibi pānis ꝯuenienter tecto. cui dent in potu. ℥. iiii. aque feniculi aut apij aut sparagi uel milij solis cū. ℥. ſ. çuccari. ⁊ ℥. i. vini albi aromatici diligēter calefactis. aut det ei in potu. ʒ. j. electuarij oppopira cum. ℥. ij. aque feniculi ambobus calefactis. ¶ 4° iteꝝ diuerti pōt mā per clisteria attrahētia ipsam a ꝯcauitate uenarum per meseraicas ad intestina. sicut cuꝫ hoc clisteri. ℞. radicis ireos recētis. M. i. thimi epithimi assari fumiterre cuscute. añ. M. j. ſ. eluarij hamech descriptione maiori electuarij de psilio. añ. ʒ. ij. cassiefistule. ℥. j. olei violaꝝ. ℥. iij. salis gēme. ʒ. j. ſ. fiat clistere hora electa que est in aurora: uel in ortu solis post somnum. ⁊ cōpleta digestione ꝑma ⁊ secunda. ¶ Sepe aūt ꝯsueui diuertere māᷓm cū clisteri facto ex decoctione fumiterre folioꝝ lapatij maioris: ⁊ urtice recentiū addendo ex p̄dictis electuarijs aliqd̄ cū çuccaro rubeo. ¶ Diuersionem igit̄ cū medicinis solutiuis ⁊ bibitis laudare nō possum: eo q: tales p̄cipitare faciunt mās nō solum per uentrem: imo per urine vias. Ego enim usq̄ ad etatem meā nullam in uoluminibus sapiētum medicinā legi solutiuam penitus per uētrem. q̄n etiam per urine vias p̄cipitet materiaꝫ ¶ Amplius oīs talis aut est solutiua dicta aut lenitiua aut cōpressiua. Si ꝑma cum sit laboriosa ⁊ caliditate ⁊ siccitate tertij gradus cōposita. ⁊ sic talis uehemēter agitabit ⁊ īflammabit. antecedens est Cōmentatoris ꝑma afforismoꝝ. commento 23°. In acutis moꝛbis raro ⁊ in ꝑncipio farmacijs uti. ¶ Si aūt talis medicina erit scđa: aut nō poterit sufficiēter diuertere mās q: debilis est. Et si diuerteret det̄ a contradicente eā. quare nō ita p̄cipitabit mās per vias urine sicut per uētrem dato q̄ maiorē aspectū habere possit medicina talis ad uētrem q̄ ad urine vias. adhuc etiam motiua pretacta satis pꝛobare videntur ⁊c̄. ¶ 5° etiam diuerti pōt materia ꝓuocādo uomitum. ego tn̄ in casu isto satis habeo ip̄m suspectum: eo q: materie talium egritudinum nō videntur cōuenienter per talem viam diuerti posse. ¶ Primo q: ipse sunt satis elōgate a via ista: eo q: continent̄ in uenis multuꝫ remotis ab ore stōchi. ¶ 2° q: tales materie sunt multuꝫ graues: eo q: ut in pluribus aduste notabiliter. ¶ 3° etiam quia sunt graues: ⁊ ꝓpter hoc resistūt ascensui qui necessarius est in omni uomitu ꝓpter qd̄ non esset uomitus ꝓuocādus in casu isto grā diuersionis nisi ubi māᷓm cōpꝛehēderemus efficere nauseā abominationē fastidiū que ꝯcomitata esset cum q̄rto socio. s. subuersione. Preter subuersionē enim alius non reperitur in stomacho motus ad educendum materias pronus nisi uomitus. 13ª tertij. tractatu 5° colligendum. Hec de prima intentione pauca sufficiant.


Secunda intētio. Rectificatio aūt regiminis necessarij ad curā ardoris urine ꝓuenientis per colligātiam a toto cū trāsmutatione māᷓerum acutarum ad urine vias sustētat̄ duplici fundamēto. ¶ Primum est refrāgere acuitatē illaruꝫ materieꝝ. ¶ 2m vō est repressio malitie in vijs urinalib⁹ inducte per q̄litates actuales ⁊ virtuales in cibis medicinalibus aut medicinis cibalibus. ¶ Et ꝑmū q̄dē cōplet̄ alienando a cibo ⁊ potu quolibet oīa genera rerū acutarū. sicut cepe alleū poꝛrū raphanū sinapis salsa ⁊ silia. ¶ Amplius sustētat̄ in eligēdo ea que suis q̄litatibus hoc efficiunt. sicut lenitiua oīa ut bleta spinachia folia fenugreci violarū. ⁊ folia caulis post ablutionē pꝛimam cum aq̄ calida ⁊ lactuca recēs ⁊ ꝓpꝛie que parum lactis hēt. ¶ Amplius inter cetera olera poꝛtulaca optima est: ⁊ ꝓpꝛie recens lꝫ etiam exiccata sit ꝯueniens. Ipsa eniꝫ ꝯfert doloribus renū ⁊ uesice ⁊ ulceribus eoꝝ. 2° canoñ. Et iterū pꝛeter ipsam ⁊ de expertis mihi est ut semꝑ coquat̄ in omni cibario. imo ifundat̄ in omni potu ei⁹ radix altee recētis. Iuuamētum enim mirabile ex ea cōpꝛehēdit̄ cuiuscūq̄ spēi ardoris urine. q̄re 2° cañ. in areola mēbꝛorū expulsionis urine. caꝑ de altea scribit̄ q̄ decoctio radicis eius qn̄ bibit̄ ꝯfert ardori urine ⁊ ardori intestinoꝝ etiā. ¶ Sil̄e etiā iuuamētū ⁊ nō minus p̄cepi ex frequēti usu mucheite retinēdo ipsam in ore: aut infundendo: aut coquēdo eā in cibis ⁊ potibus: aut faciendo syrupos decoctiones trociscos uel mucillagines ex ea. Et tu lege alibi: q: quasi tēperata est. rep̄mit etiā malas q̄litates in cibis īmo oī modo exhibitionis ⁊ p̄parationis. ¶ Conuenientes sunt oium auctorum fama cōi cucurbite cucumeres anguri e melones eorum semina ⁊ grana pinearum ⁊ semen papaueris albi: ⁊ mucillago psilij: ⁊ grana pinearum dulciuꝫ ⁊ comestio eorum ⁊ iniubarum. ⁊ per hec oīa ⁊ sibi similia cōplebis intentionem scđam ⁊ defendes etiam urine vias. Scio etiam ego q̄ aq̄ sublimationis hypoſete ⁊ ferarie multuꝫ cōfert in tuendo urine vias ab excoriatione ⁊ ulcere.

Tertia intētio ꝯuenietēr acgri pōt per administrationē eoꝝ que in p̄cedēti dicta sunt. Si aūt māᷓerū acuitatē ⁊ adustionē refrāgē uolumus cū medicinis: Multe q̄dē ⁊ laudabiles ab auctorib⁹ scripte reperiunt̄: ut syrupus violatus: syrupus de papauē: syrupus de nenufare: syrupus ꝓpꝛie de pꝛunis: syrupus rosatus ⁊ de iuiubis: syrupus de pomis: syrupus de endiuia. ¶ Et aq̄ sublimationū: ut angurie poꝛtulace violaꝝ altee ⁊ lactuce ambaꝝ pꝛopꝛie. ¶ Et hec duo cōposita elegātis expientie. ℞. granoꝝ sebestē granoꝝ alkekengi. añ. numero. xxv. granoꝝ pini. ℥. j. ſ. gummi arabici dragāti absq̄ toꝛrefactione. añ. ʒ. ij. medulle grano ruꝫ ceresoꝝ. ℥. ij. ſ. medulle granoꝝ coti. ℥. j. floꝝ nenufaris seminis lactuce ligritie cassie. añ. ʒ. iij. seminis acetose endiuie scariole granoꝝ papaueris albi. añ. ʒ. v. anisi seminis apij feniculi spice nardi. añ. ʒ. ſ. folioꝝ cupꝛessi. ʒ. ij. oīa per tres dies infundant̄ in. xij. lib. aque bene ꝯtusa. deinde cū ea coquant̄ usq̄ ad ꝯsumptionem tertie partis: ⁊ diligenter exp̄matur ⁊ cum colata fuerit diligēter superaddātur eis çuccari secunde coctionis lib. iij. ⁊ coquat̄ usq̄ ad spissitudinē ꝯuenientē De isto igit̄ syrupo dentur. ℥. ij. cum aqua sublimationis lactuce papaueris recentis nenufaris: aut angurie. Et si non extingues acuitatem materierum cum ipso: laborabis in digerendo melius. ¶ Cum aūt uolueris meliorem viarū mūdificationem simul cum audacia extinctionis efficere. da ipsum cum. ℥. iij. sublimationis alkekēgi: aut radicum altee ul̄ genestre: ⁊ spero q̄ laudabit̄ effectus. ¶ Et si cum tali syrupo extinctiuo simul uelis ꝯsolidationē efficere in vijs urine da ip̄m cuꝫ. ℥. iij. aque sublimationis simphiti minoris: aut cum aqua sublimationis folioꝝ cupꝛessi. Inest enim v̄tus ei magna ad hāc dispōnem. quare scđo cañ. in areola mēbꝛoꝝ expulsionis bibunt̄ folia eius cum vino ⁊ difficultati mingendi cōferunt ⁊ fluxu superfluenti ad uesicam. ¶ Cōpositum 2m ad eādem intētionē sunt trocisci isti. ℞. caude egne gallarum cupilli radicuꝫ cōsolide minoris dragaganti. añ. ʒ. j. seminis citrulli seminū poꝛtulace ⁊ lactuce. añ. ʒ. ij. ſ. seminis papaueris albi. ʒ. v. granorum alkekengi. ʒ. i. ſ. floruꝫ nenufaris. ʒ. ij. croci cinamomi. ana. ℈. ſ. cum succo poꝛtulace fiant trocisci ponderis. ʒ. j. ſ. ⁊ exiccentur in vmbꝛa: ⁊ detur ex eis vnus cum aquis pꝛedictis diuersificatis ꝺm diuersitates intentionum ad quas attendis.

Quarta vō intētio videt̄ ꝺm p̄tē attigisse finem ⁊ ꝓpꝛie ꝑs illa mundificationis dicta. Et si uelis mūdificationē efficē potentiorem. Tūc solēnis medicina est ut det̄ in potu. ℥. ſ. iere simplicis Galeni cum aqua sublimationis folioꝝ altee fenugreci ⁊ maluarum. Et si potētius mundificare ⁊ extinguere uelis nō transcēdas aquam apij. ¶ Sed de exꝑtis a me ⁊ secretis est aq̄ sublimationis radicum ireos. Defendit̄ aūt potēter urine via quelibet ab excoriatione maiori cuꝫ aq̄ sublimationis recētium foliorum: ut pꝛeallegato loco dictum est. ⁊ cum aq̄ sublimationis dragagāti ⁊ ꝓpꝛie cū succo granatoꝝ recētium. ⁊ aq̄ sublimationis

sebestē huic intētioni ualde est ɔueniens. ¶ De laudatis vo
ab auctorib⁹ est cauda eqna oī mō pparatiōis. ⁊ tu elige me
liora ex eis si potes. de qua etiā mā mūdificādi urinales vias
Nā inferius fiet bm o cū attēdet pticularius mūdificationi
renū ⁊ uesice a mā q̄libet etiā saniosa. Hec de cura ardoris in
vijs urine facti per colligantiam totius corporis ad easdez
vias sufficiant.

¶ De cura ardoris urine proueniētis a capite pectore ⁊ sple-
ne. Cap. VI.



IN cura aūt ardoris urine ꝓueniētis per
colligātiā aliarū priū ad urinales
vias opz ex q̄site ɔsiderare ac etiā uarijs ꝓcedē cu
rationis igenijs ⁊ instr̄is bm ꝙ ɔtingit diuersa eē
mēbra a qb⁹ ad urinales vias cretice mā diuertit.
Cū eniz q̄n q̄z a capite aliq̄n etiā a pectore: ɔtingēter iteruz a
splene ⁊ frequēter etiā ab epate. ⁊ frequēter adhuc a renib⁹
acuta ⁊ saniosa mā deferat ad urine vias. oporteret uariam
aliq̄liter fieri curationē ⁊ instroꝝ uarietatē aliquātā hēri bm
diuersitatē mēbroꝝ effundētiū mās ad vias urinales. ¶ Ue
rū ne plixitate sermonis legētib⁹ fastidiū imponerē mām hāc
diuisi in ptes q̄tuor bm ꝙ ut in plurib⁹ locis frequētius ardo
rē urine ꝓuenire ꝓpēdi. ¶ In q̄rū priū pma via ponit cura
tionis urine ꝓueniētis ꝓpter effusionē māerū a capite pecto
re ⁊ a splene sil'. ¶ In 2ª vo ponit modus curationis eiusdē
ardoris ꝓueniētis per effusionē māerū ab epate. ¶ In 3ª vo
per effusionē māerū a renib⁹. ¶ In 4ª ⁊ ultima ponent cano
nes curationis ardoris urine ꝓueniētis per ꝓpriū nocumen
tū uesice: ⁊ sic annuēte deo habebit cōplemētū huius tracta-
tus. ¶ Pro curatione vo pticule pme de numero hoꝝ q̄tuor
dicēdū ꝙ canon curationis ardoris urine ꝓueniētis ab effu
sione māerū a capite pectore ⁊ splene ex gn̄alib⁹ intētionib⁹
cōpleri pōt. ⁊ nō est magna differētia inter curationē vnius
istoꝝ ab altero: nisi applicatione spālium instrorū cuz qbus
vnum mēbruz pncipalr respicere debemus magis q̄ aliud.
¶ Sūt igit gn̄ales intētiones in cura huius ardoris urine
obseruāde pncipales q̄nque. ¶ Prima est ꝓcuratio mēbro-
rū in qbus pncipalr mā radicat. ¶ 2ª est māerum diuersio a
vijs urinalibus ad alias vias. ¶ 3ª est acuitatis materieruz
repressio que defert ad urine vias. ¶ 4ª est accītium mem-
brorū in qbus hec mā gn̄atur cōpleta remotio. ¶ 5ª ⁊ ultia
est viarū a qbus hec mā recipit rectificatio ⁊ defensio.

PRima igit intētio multis acgrit curatiōis ingenijs.
Primū est per euātionē minoratiuā ⁊ eradi-
catiuā mārum que multiplicant in mēbris illis ⁊ inueniun
tur: ut si mām videremus effundi a capite que est acuta aut
adusta euacuaremus ipsam dādo in potu. ʒ. j. pillarum au-
rearum: aut dādo in potu. ʒ. iii. eluarij de succo rosarū cum
aq̄ ordei. Et si leuiorē medicinā affectaremus det in potu. ℥.
j. cassiefistule de cāna nouiter extracte cum aq̄ endiuie uel an
gurie addēdo ei. ʒ. ß. aut. ℈. i. electi reubarbari cum. ǧ. v. spice
qd̄ totum assumat cū. ℥. ii. aque ordei aut aque endiuie uel
silibus. ¶ Si aūt mās que a capite effundunt ɔtingeret ma
iorem acuitatē hēre: ⁊ ꝓptem digestionis ꝓciperemus: euacua
ri deberet mā talis cū istis pillis. ℞. pillaruz de lapide arme
no. ʒ. ß. pillarum de fumoterre. ℈. ii. reforment pille. v. cū syru
po ros. aut nenufarino. quelibet enim talis est medicina ca-
pitalis frigida. Et si potabilem medicinā exhibere cupis ex-
hibeat ista. ℞. ɔfectionis hamech. ʒ. v. cassiefistule de canna
extracte cum aq̄ cuscute. ʒ. vi. misce totum. ⁊ in potu det cuz
aliq̄ de aqs supradictis. ¶ Si aūt mām acutam videremus
a pectore effundi ad urinales vias minuat hec mā cum hoc
potabili farmaco. ℞. reubarbari electi. ℈. ii. agarici. ℈. ß. dya-
gridij. ǧ. iii. spice nardi. ǧ. vi. salis indi. ǧ. i. penidiarum cassie
fistule de cāna extracte cum aqua capil. uene. aut decoctio-
nis passularum. an̄. ℥. ß. totum hoc det in potu cū aq̄ deco-
ctionis ligritie ⁊ iuiubarum. ¶ Et si desideras mām acutā
cum pillis a pectore distrahē. ℞. pillarum de fumoterre. ℈.
ii. pillarum de lapide armeno. ℈. i. reforment pille. vii. cum
aq̄ buglosse uel violarum uel farfarelle ⁊ dent patiēti in au
rora. ¶ Si iterū mās a splene ad urinales vias effundi ɔtin
geret. euacuet hoc leui minoratiuo ⁊ ꝓpe cū hn̄t acuitatez a
calore ebullitionē in eis faciēte uel putredinē. ℞. aque cuscu
te aque fumiterre. an̄. ℥. ii. lapidis armeni: lapidis laçuli pre
paratoꝝ bm artē. an̄. ℈. ii. mirabolanoꝝ indoꝝ thimi. pulue-
ris fumiterre. an̄. ʒ. i. anisi ligritie cimini dauci. an̄. ℈. ß. croci
ǧ. vi. salis indi. ǧ. iii. çuccari albi. ℥. i. infundant oia simul per
diē nālē. deinde colent ⁊ exp̄mant diligēter ⁊ dent in potu
ut p̄dictum est. ¶ Ego aūt expediti⁹ melācholicas mās acui
tatē hn̄tes soluo cū eluario hamech dato cū aq̄ scolopendrie
uel tamarisci. Et si uolo medicinā nō minus elegātez illa: do
in potu. ʒ. v. eluarij solutiui ad melācholiā cōpositi ab Auic.
2° de virib⁹ cordis ꝓpe finem. ⁊ est medicina solēnis. Cum
istis itaq̄z minorare potes mās a capite pectore ⁊ splene ad
vias urinales trāsmutabiles. ⁊ cū eisdem etiam eradicare po
tes mās illas dosim earū augmentādo bm ꝙ tibi videbitur
opportunum. ¶ 2m vo pncipale instrm quo attēdere debe-
mus mēbris mās effundētib⁹ ad urine vias est digestio mate
rierū que in ipsis ɔgregate repiunt ⁊ nō minus opz digesti
uam uariari bm diuersitatē mēbrorum q̄ euacuatiuā: de q-
bus dictum est. Digerit itaq̄z ɔuenienter mā acuta in capi-
te cū syrupo rosato syrupo nenufarino syrupo violato. Adu
sta vo ⁊ acutior pōt digeri cū syrupo de fumoterre: cuz syru
po de succis ⁊ aqs fructuum cū syrupo de granatis qui mi
sceri possunt cum aqs diuersis. ut rosata aq̄ violata aq̄ nenu
faris aqua cuscute aqua folioꝝ salicis. ⁊ cum silibus frigi-
dis ⁊ ꝓprie capitalibus: que oia digestiua totiēs exhiberi de-
bent quotiens urine substātia ⁊ color rectificata fuerint ⁊ se
dimen in fundo eius appuerit album subtile eq̄le ɔiunctuz.
¶ 3m instrm quo attēdit ad mēbra predicta est eradicatiua
māerum euacuatio ⁊ ꝓprie cū medicinis ante statim dictis.
¶ 4m vo instrm quo ꝓcurant pticule mās effundentes ad
urine vias est ɔfortatio ipsoꝝ que multis cōplet instrumen
tis. Oē enim instrm a quo mediocriter ponit in capite stipti
citas ɔfortat ipm ne mās aliunde recipiat ⁊ uapores. q̄m re
pellunt a se uasa stipticis ɔfortata farmacijs. ⁊ ɔfortat caput
his que a ꝓprietate hoc efficere solent. sicut oē cerebrū cuius-
cunq̄z aialis ⁊ ꝓprie nō aquatici ⁊ coiter dicit de cerebro le-
poris. ¶ Silr etiā de plātis multe inueniunt: ut macis foli-
um lignū aloes betonica maiorana dedrolibanum saluia ⁊
similes. Et de his que sumunt ex aialibus: ut castoreum ⁊
ambra ꝓprie ⁊ muscus. Et de cōpositis in dispositione frigi-
da sicut cōfectio anacardina dyamuscus dulcis dyambra
dyatrion pipeon plirisarcoticon. ¶ De his vo que frigida sūt
caput ɔfortātia sup calefactum sicut rosa: flos salicis nenufa-
ris ⁊ violarum ⁊ lābrusca ⁊ usnee ⁊ ꝓprie arborum decrepi-
taruz ⁊ margarite ⁊ sandali rubei. De cōpositis vo sunt sicut
trocisci de rosis. trocisci de spodio. trocisci sandalini. ⁊ om-
nia cōposita que sua aromaticitate ɔfortāt ⁊ frigida sunt. ut
coriādrum ⁊ dyacitonitē sine spēbus ⁊ ꝓprie post cibum as-
sumpta. ¶ Et superaspgere bregmati huc puluerē in dispo
sitione calida cōueniens est. ℞. sandali albi ⁊ rubei rosaruz
floꝝ lābrusce. an̄. ʒ. i. masticis sandarace ligni aloes. ana. ℈. ß.
fiat puluis subtilis. ⁊ per hec cōplet intētio pma curationis
ardoris urine ꝓuenientis a capite pectore ⁊ splene. ¶ Con
sueui als huic pticule subiūgere ea que sunt pectus ⁊ splenē
confortātia. qd̄ qdem omisi ꝓlixitatem fugiēs: ⁊ etiā q̄r pecto
ris ⁊ splenis ɔfortatio sustentat in medicinis: eodē modo il
loꝝ membroꝝ ɔfortatiuis: sicut nunc ante dictum est de his
que sunt caput confortantia: ⁊ tu considera.

SEcūda pncipalis intētio supra posita cuz qua dixi
curare ardorē urine ꝓuenientem a capite
pectore ⁊ splene fuit māerū diuersio. Et huic qdē intentioni
satis credo sufficienter esse ꝓuisum per ea que supra de ua-
rietate diuertendi mām dicta sunt in generali curatione cu-
iuscūq̄z ardoris urine. Quoꝝ tn̄ grā dicēdū est etiā ꝙ opz di
uertētē cognoscēptes colligatas mēbris a qb⁹ diuersionem

facere intēdit: τ ad q̄s distrahere pcurat sicut cū intēdimus a capite diuertē mām que effundit ad alias ptes opz q̄ flobotomemus uenā caput respiciētē hñtem coitatē ad mēbra ad que expellit mā: τ fiet tunc de pte ɔ̄ria eiusdē. Quare prima tertij. cap̄ de canonib⁹ curationis capitis. Et si vis trahē ad ptē cū euacuatione mēbri coicātis: flōma uenā coicantem mēbro añcedenti cū egritudine: τ cadat in ɔ̄riam ptem capitis. lege ibi pulchros sermones. ¶ Et idē etiā dicēdū est cū uolumus mām a pectore τ splene fluētē ad urine vias diuertere ab eisdē: q̄re appet necesse esse q̄ mēbroꝝ notitia τ eoruz colligātia sit medico cognita τ in opationib⁹ eoꝝ. Quare 2ª pmi. doctrina 3ª. τ 10° cap̄. Opzut mēbri opationē sciat donec ipsius noscat egritudinē ex nocumēto q̄d in eius cōsistit opatione. totū enim per anothomiā sciri pōt. Scias ꝑterea q̄ medico q̄ vult egritudines regē que in mēbris existunt occulte necia est anothomia. ¶ Ex bis iterū que supius posita fuerunt in cura huius ardoris per intētiones pmissas.

Tertia intētio fuit remissio acuitatis māerum que ferunt ad urinales vias. Et hec q̄dem intentio etiā cōpleri pōt per ea que supra dicta sunt in intentione tertia curationis ardoris urine in gn̄ali. ¶ Multe etiā simplices medicine ab auctorib⁹ approbate sunt que possunt reprimere acuitates māerum: ut amilum. In ipso enim est mūdificatio τ lenitio. 2° cañ. in suo cap̄: Est aūt cōuenientius qñ administrat cū aqua violata eo q̄ refrāgit siccitatē eius. ¶ Et ipsa viola cum sua frigiditate τ humiditate in pmo gradu ɔueniens est: τ syrupus eius q̄ cōuenit dolori renum τ prouocat urinā. ¶ Semina etiā coia frigida q̄nque cōueniētia sunt leniendo τ infrigidādo τ siccitatē reprimendo materierum. ¶ Et portulaca comesta τ succus τ sublimatio eius τ semē eius cōfert. ¶ Et crisolocāna etiā cum sua frigiditate τ humi. hoc efficit. ¶ Et semē malue est mirabile in hoc. τ papauer τ solatrū alkekengi τ aqua uel emulsio seminum melonis cōuenientia sunt ei. q̄re 18ª tertij. cap̄ de cura ulcerum renū. Et ex his q̄dem que humores tēperant est sumere aquā melonis romani τ alkekengi. i. semina eius uel grana. τ papauer. s. albū. τ nō differt siue per melonem romanum intelligas melonē induz uel batecā que anguria dicit. ¶ Et reprimere possunt māerū acuitatem cōposita q̄ plura ut syrupi τ iulep. quoꝝ memoria hēri pōt in intētione 3ª curationis generalis. ¶ Syrupus etiā de prunis. syrupus etiā de mucillagine psilij malue. oēs isti per me sepissime expti sunt. de q̄b⁹ etiā inferius in spāli cura ardoris urine ꝓuenientis ab ulceribus viaꝝ ei⁹ descriptiones plures ad memoriā reducētur. ¶ Frāgūt etiā acuitatē māerū iniectiones spine balneatiōes aut semicupia ptīū facte ex decoctionib⁹ p̄dictarū medicinarū. ¶ Linimētū bonum ad illud est hoc. ℞. succi portulace mucillagis psilij añ. ℥. ij. cāphore. ℈. j. amili. ℥. iiij. albumē oui vnum terant ultima cōtritione in mortario plumbeo cum suo pistello. τ inungant in eo ptes oēs a furcula spatularum usq̄ ad caudā. ¶ Et iterum. ℞. violarum floruz nenufaris maluarū extremitatū salicis folioꝝ vge pastoris portulace τ lactuce añ. M. iij. cretani fontalis senationum. τ ꝓprie orientium in fontib⁹ lenticule aque añ. M. vj. coquant oia in magna q̄ātitate aque usq̄ ad ɔsumptionē tertie ptis. deinde in eadē mā tepide caliditatis balneet corpus totuz aut saltē fiat encathisma uel semicupiū ifundēdo corp⁹ in ipm saltē usq̄ ad furculā spatularū. τ hec q̄dem cōueniēs est. τ ꝓprie q̄ñ post exitū a balneo exhibent patiēti. ℥. iiij. aque lactis acetosi usq̄ ad. v. hec quidē de intētione tertia sufficiant.

Quarta vō intētio qua dicebat supra curari debē ardorē urine ꝓuenientē per colligātiā ab istis ptibus est remotio accītium que remanē solent in istis mēbris. ¶ Et pmum q̄dē in pectore remanēs est nocumentuz in anhelitu. 2m vō tussis. 3m sputi multitudo. 4m cōgregatio uētositatuz que in pectore ɔcludunt. ¶ In splene vō remanere solent eius oppilatio τ tensio dolor τ euersio coloris ad palliditatē τ liuedinem. ¶ Et pmo quidem de numero accidētium in pectore remanētiuz ꝓuideri debet per hūc modū. Premissa eniz uētris lenificatione que semp in tali dispōne necia est. ut scribit 10ª tertij. cap̄ de cura asmatis. ubi dixit q̄ ex regimine bono est assiduatio lenificationis nāe: que pficit exhibēdo cappares ante cibū. τ oua tarrata antiq̄. i. oua cruda fere per coctionē nō nisi parū ꝑtepefacta τ ius galli decrepiti cōfectum sm artē alleuiat anhelitus cū his cibalib⁹ etiā eis admiscēdo crocū qui est ex sūma medicinarū ɔferentiuz malitie anhelitus τ difficultati eius: ꝓpterea q̄ ɔfortat insfz τ facile ipm efficit. ibidē in fine p̄dicti capituli lr̄aliter legēdū. ¶ Et siq̄dem anhelitus nocumētum remaneat a mala complexione diuersa ꝓueniēs calida τ frigida. cōueniens est decoctio ordei cū pauco euforbio. Et de medicinis uehemētis iuuamēti in hac egritudine frigida est epithimum sumendo decoctionē eius cū aq̄ τ melle freq̄ēter calida. ¶ In dispositione vō nocumēti anhelitus calida ɔfert aq̄ ordei cum syrupo de iuiubis: aut violato: aut eodē cū syrupo de papauere: τ ꝓprie cū mā fuerit a capite reumatiçās. ¶ In nocumēto aūt anhelitus cronico τ a grossa ualde mā facto ɔfert deglutitio duoꝝ granorum oppoponacis post cenā per duas horas. Et iterū in tali utilimuz est sumere. ℥. j. s. eluarij dyairis descriptione Nicolai cū. ℥. ii. hydromellis calefacti inuicem. hec oia ad nocumētum anhelitus tanq̄ utilia pertranseam. ¶ Tussi vō remanēti: aut que cōcomitat has dispōnes ꝓuidēdum est sm uarietatē spērum eius. ¶ Si enim tussim cōtingat fieri a frigiditate ut frequētius accidit. τ fuerit iā antiquata τ fortis. τ mā sui frigiditate τ modo resistentie ualde resistens. de exptis est medicamen de olibano scriptū 10ª tertij. cap̄ 6°. ℞. olibani. ℈. iiij. myrre. ℈. ii. sape. ℥. iii. mellis. ℥. ii. coquant simul. τ sepe hoc teneat in os ut descēdat per fistulā cimbalarem ad pulmonē. aut transiens per meri per poros eius ad cānam pulmonis in eius ɔcauitatem recipiat. Et si uolueris medicinā fortiorem illa collige p̄allegato capitulo descriptionē que icipit. τ etiaz sinapis. ¶ Et si desideraueris medicinas nō ita potētes collige duo cōposita ibidem scripta. quoꝝ pmum incipit. τ ex cōmixtis declinātibus ad caliditatē lege ibidē. ¶ Si aūt tussim fieri cōtingeret a forti caliditate τ siccitate pectoris ɔfert ei hec decoctio. ℞. ordei excorticati. M. i. s. granoꝝ sebesten numero. vj. violarum seminum altee τ malue añ. M. iij. capillorū ueneris ligritie ana. M. i. coquant oia in lib. v. aque usq̄ ad cōsumptionem tertie ptis cū syrupo violato: τ de iuiubis. ¶ Et si contingat ꝑ stillicidium a capite tussim molestare det hec decoctio cum syrupo rosa. uel de papauere. Et pōt exhiberi in die frequēter. hec de accidente 2° qualiter cūq̄ sufficiant. ¶ 3m vō accidens erat sputi multitudo que si cōtingat ꝑpter māei multe ꝗtitiam in pectore sufficiēter euacuari pōt cū medicinis iam p̄tactis. ex q̄rum usu cōsumit mā cōplete. q̄m abstergendo τ mūdificādo pectus euacuat. ¶ Si aūt sputi multitudo prouenerit ex mā que a capite reumatiçat pmissis euacuationibus τ diuersionib⁹ a capite intercipiat fluxus ille τ ꝓprie cū decoctionib⁹ factis ex reb⁹ stipticis ut lētibus sumach τ similibus. ut 6ª tertij. de cura multitudinis sputi colligendum est. ¶ Etiam retētio grani masticis aut gūmi arabici parū torrefacti excellenter cōfert. τ utilitatē inuenit etiā post cenam per duas horas deglutire granū vnū gūmosi thuris. ¶ 4° vō accidēti. s. uētositatib⁹ in pectore remanētib⁹ subueniunt fricationes in pectore cū mātili aspo. ut 10ª tertij. cap̄ de cura asmatis colligendum. τ uētosare spatulas absq̄ scarificatione τ sacellare pectus cū sacculis carminātibus uētositatē. τ proprie cū hoc. ℞. siseleos se. rutbe leuistici τ carui añ. M. i. seminum feniculi apij petrosilij añ. M. iij. calefiāt hec oia in sartagine absq̄ torrefactione. τ apponant sacculi qui frequenter pectori supponant. ¶ Scio etiā q̄ huic accīti cōuenienter subuenit exhibē in aurora τ apud somnū. ℥. j. eluarij de baccis lauri. τ ꝓprie cū vino aromatico calefacto.

Post hec aūt accītib⁹ que in splene remāserūt ꝓuidendū. ¶ Et pmū q̄dē accñs erat oppilo ipsius que

ad curationē sui aduocat medicinas fortis opationis ex pte gradus earū ⁊ penetrationis ipsarū: ⁊ durationis opationis ipsarū. Indiget ergo splen ut adiuuet' cū medicinis fortibus. qrū vtus pseruet' ⁊ cū eo qd penetrare facit. 15ª tertij. tractatu 3°. cap 3°. ⁋ Et de medicinis huic cap cōuenientibus ⁊ mihi nō raro exptis sunt trocisci de agnocasto qrū ʒ. j. in potu det' cū decoctione corticū capparoꝝ oi mane qtuor uel gnque dieb°. ⁋ Et optimū etiā est medicamē pfectū ex puluere rutbe ⁊ acoro añ. ʒ. ʒ. ex eis cōmiscendo cū ʒ. ij. syrupi sqllitici çuccarini. ⁋ Scio etiā ego q euaporatio sup splene facta cū pānico nō excorticato. ⁊ ʒ. j. semis rutbe oppilationes splenis apit ⁊ uētositates potēter carminat. ⁋ Et non dubito q si det' in potu. ʒ. j. metridati cū decoctione foliorū rutbe ⁊ tamarisci hec oia potēter pficit. ⁋ Splenion etiam taliter a Dyascoride noiata frequēti usu eius splenē deoppilat ⁊ attenuat. lege de eo ⁊ videbis. ⁋ Hec gdē oia simul oppilato spleni dolēti ⁊ durificato cōuenire possunt. qꝛ tñ non raro cōtingit uehemēter idurari splenē ⁊ nō recipe curam a medicinis paulisp leuib°. opꝫ qnqꝫ fortiores administrare medicinas. Ego aūt lꝫ multas habeā laudatas ⁊ exptas ab auctorib° acceptas. vno tñ emplo uti soleo. ⁊ cum eo curare durities splenis uentositates oppilationes ⁊ dolores. ⁊ lege ipm ex sentētijs Auic. 15ª tertij. cap de curationib° splenis ultima colūna. ⁊ describo ipm sic. ℞. stercoris ouiū lib. j. armoniaci. ʒ. iij. recētium radicum fesire. ʒ. x. floꝝ salicis. ʒ. iij. nitri sulfuris viui ana. ʒ. j. s. croci. ʒ. j. coquantur stercus ⁊ fesira cū aceto albo acuto. deinde ultima cōtritione cōterant'. ⁊ cū eis incorporet' armoniacū cum aceto pdicte decoctionis dissolute. ⁊ cum tepefieri cepit alie spēs superaddant' ⁊ reducatur in formā emplastri. est enim nobile ⁊ efficax ualde. ⁋ Ultimo vo accnti. s. defedationi forme hois ⁊ cōuersioni coloris in pallliditate ⁊ liuedinem subuenire possunt oēs medicine que sanguinis claritatem efficiunt ipm a melācholica mā ⁊ fumis eius expurgādo. ⁋ Et lꝫ multa ab auctorib° hinc inde collecta sepe in similib° dispōnib° administrauerim. hic solū illa que mihi domestico usu approbata sunt cōscribere uolui. ⁋ Quoꝝ pmū est decoctio facta cū ficub° ⁊ dactylis non bñ maturis que sepe detur in potu in aurora ⁊ calida. ⁋ Et 2m est ut plurib° dieb° cōtinuis in aurora egrotanti detur. ʒ. iiij. lactis capri cum. ʒ. ij. vini albi aromatici ⁊ est efficax ualde. ⁋ Et de cōpositis mirabilis medicina est trifera minor in potu data cum decoctione ficuū. ⁋ Et meliores ea sunt mirabolani kebuli cōditi. quorum vnus pluribus dieb° continuis in aurora sumat'. ⁋ Et ut videant' he medicine solēnes ⁊ nō fantastice. lege 7ª qrti. tractatu 2°. ⁊ caplo. a quo fonte ueritatē haꝝ extraxi ex lra ei°. ubi ingt. Et si color alicuius cōualescentiū turpis fiat. tūc si uoluerit ut redeat ad colorem suū pristinum: iuuabit' cum ficub° siccis: ⁊ aq dactyloꝝ immaturoꝝ. Ambe enī sunt addētes in sanguine subtili ⁊ caliditate innata. Et de eis que sunt ad illud expta est. ut bibat dieb° continuis in ieiuno vinum ⁊ lac. Et res que opant' per mundificationē sanguinis sunt sicut trifera minor ⁊ mirabolani cditi cū administrant'. ⁊ mirabolani kebuli sunt fortiores trifera. lege ibi q plurima preter hec elegantia. qꝛ non opꝫ medicum esse pigritātem. sed in libroꝝ lectionibus cōtinuo vigilantem. Hec de cura predictorū accidentium taliter scripta pertranseant.

⁋ De cura ardoris urine prouenientis a siccitate carniū glādosarum. Cap. VII.



accñti applicari pñt digerentia ꝛ euacuãtia iam premissa. Et iterum hec remedia. ¶ Quoꝝ pmũ est clisté istud sublimis iuuamẽti pro dolore extensiuo totius spine. ℞. brodij pinguis de carnib⁹ castratinis lib. j. olei de camo. ꝛ de aneto añ. ℥. j. olei vulpini. ℥. ij. croci. ʒ. j. elec. ꝺ psilio: ꝛ de baccis lauri. añ. ʒ. ij. salis gẽme. ℈. iiij. misce. ¶ 2m est vnguentum hoc anodinũ satis ex quo ꝗter in die nãli tota spina vngat̃. ℞. olei de cheiri citrina. ℥. iiij. olei de camo. ꝛ de aneto. añ. ℥. j. pingue. anatis ꝛ galline. añ. ʒ. vj. croci. ʒ. j. cere quãtum sufficit: fiat vnguẽtum molle: ꝛ in fine cum tepefactum fuerit addantur vitelli oui. iij. ꝛ diligẽter incorporent̃. ¶ Cõfert etiam huic accñti summo iuuamẽto emplastrũ de folijs paritarie: ꝛ est ut accipiat̃ folioꝝ paritarie lib. j. ꝛ cõtundant̃ diligenter: deinde in frixorio coquant̃ cũ oleo nardino: ꝛ de camomilla: ꝛ ex eo calido totus locus dolẽs emplastret̃. ꝛ est de remedijs Gilberti anglici. ¶ 2m aũt accñs remouet̃ cũ remedijs iã dictis. ꝛ maxime cũ suprascripto clisteri. ¶ Amplius cũ his que somnũ inducũt sicut linimẽtũ hoc ex quo frons tẽpora ꝑtes pulsuum uolemanuũ cauille ꝛ plãta pedũ inungi debẽt. ℞. olei violaꝝ olei de nenuf. ꝛ de semine lactuce. añ. ℥. j. emulsionis papa. ℥. j. ß. amili. ʒ. vj. croci. ℈. j. seminis aneti. ℈. ß. cere al. quãtum suff. cit. fiat vnguẽtum molle: deinde bulliat in lib. ß. succi corticũ exterioꝝ cucur. recẽtis usq; ad cõsumptionem succi. ¶ Aliud sile. ℞. sy. de papauẽ: sy. nenufarini. añ. ℥. vj. aque violaꝝ. ℥. iij. misce. ¶ Ultimum ad hoc. ℞. eluarij dyapapaueris. ʒ. vj. aque sublima. floꝝ croci ʒ. iij. misce ꝛ dent̃ in sero per duas horas post cenã iuxta illud, dare aũt ea. s. somnifera in sero: ꝛ apud somnũ est melioꝝ horaꝝ qm̃ inducũt somnũ. ꝛ sciuisti ꝙ somnus agitationes sedat. Mes. in cap. de hoc. ¶ 3m accñs qꝺ est dolor in femore ꝛ radice testiculoꝝ ꝓuenire põt ex uẽtositatib⁹ uel materieb⁹ illic ꝓpulsis qui remouet̃ cum iã predictis: ꝛ cũ istis iterũ. ¶ Quoꝝ pmum est freqũes applicatio uẽtosarũ siccarum sup dictis locis. ¶ 2m est euaporatio supradictaꝝ ptinꝫ facta cũ furfurib⁹: aut pãnico ꝛ milio torrefactis. ¶ 3m est embrocatio uel fomẽtatio applicata predictis locis cuꝫ decoc. camomille: melliloti: camedreos: camepitheos: assari cẽtauree minoris ꝛ siliũm. ¶ 4m est cũ inunctione facta cũ vnguẽto de cheiri citrina descripto in cura predicti accñtis. Itẽ hoc accñs sicut ꝛ silia predicta ꝛ dicẽda facile alleuiatur cũ diuertẽtib⁹ suprascriptis in itẽtione de hoc. ¶ 4m vo accñs qꝺ est dolor acutissimus in extremitate pudibundi: ꝛ etiã in collo uesice canonice remoueri debet cum amotione cãe facietis illud: qꝺ qdẽ cõplet̃ per euacuãtia diuertẽtia ꝛ reliq̃ iã tacta. ¶ Itẽ cõplet̃ per sedãtia acuitatis materieruꝫ qꝺ ptim in regimine rerũ nõ nãliũ ꝛ digerentiũ tactum est. ¶ Itẽ ꝛ 3o cõplet̃ per ea que ptim anodina sunt: ptim predictaꝝ ptiuꝫ ꝯfortatiua: ptim materierũ repcussiua. aliquãdo vo cõplexionis mẽbroꝝ adeq̃tiua: que oĩa lꝫ in predictis linimẽtis embrocationib⁹ ꝛ reliqs inserta sunt. spãliter tñ remoueri pñt cũ iniectionibus ꝛ inunctionibus approꝑatis. ¶ Quoꝝ pmũ esse põt iniectio lactis cuiuscũq; per siringã in uesicã. ¶ Itẽ iniectio emulsionis papaueris: uel seminũ lactuce: melonis: citrulli ꝛ siliũm. ¶ Itẽ iniectio olei nenufarini. ¶ Itẽ iniectio medulle cruriũ vituli dissolute cum oleo amigdalaꝝ dulciũ talr̃ ut cursibiles fiãt. ¶ Item iniectio albuminis oui cũ oleo violaꝝ. ¶ Itẽ iniectio hec ultia in sedãdo dolorẽ: ꝛ cõfortãdo. ℞. sarcocolle octo dieb⁹ in lacte nutrite: qꝺ tñ lac oĩ die innouet̃. ʒ. ß. ceruse: amili: plumbi usti: tucie trigesies preꝑate cũ aq̃ fontis. añ. ʒ. j. floꝝ nenufaris: violarũ: seminũ lactuce. añ. ʒ. j. ß. opij: iusqami albi. añ. ʒ. ß. cro. ℈. j. fiãt sief cũ emulsione papaueris: ꝛ cũ opus fuerit accipiant̃ ex eis tria uel 4or ꝛ ꝯfricent̃ cũ lacte aĩalis uel papaueris sup cote leuissime: dein de cuꝫ siringa inijciat̃ tepidũ. Soleo etiã ex predicta descriptione recipe ptẽꝫ vnã olei nenufarini. par. ij. cere ptẽ q̃rtã: ꝛ ex predictis facio vnguẽtũ molle ex quo liniunt̃ tẽte subtiles lõge ꝛ rotunde que imponunt̃ cãnali vge: ꝛ sedãt dolores: ꝛ punctionẽ eius: ꝛ consolidãt excoriationes ꝛ ulcera in cõcauitate eius existia: ꝛ tu facile ꝓbare potes huius cõpositi iuuamentũ ex vtutib⁹ pmis secundis tertijs ꝛ quartis simplicium hoc cõpositũ ingredientium. ꝛ tu discurre modo tuo.

Particula 2a De frequentia mictus continens capitula quatuor.

¶ De essentia ꝛ speciebus ipsius egritudinis. Cap. I.

In hac 2a pte tractatus huius vidẽdum est aliqꝺ de freq̃ntia mict⁹ huius viri quã physice cõtẽplãdo reducẽ opꝫ ad aliqꝺ q̃tuor nocumẽtoꝝ in urina contingentium. ¶ Quoꝝ vnũ est ardor urine. de quo iã dictum est. ¶ 2m est retẽtio eius que nõ ptinet dispõni huius viri. ¶ 3m est difficultas eius. ¶ 4m est summa urine. i. multitudo eius. Cuius spẽs sunt dyabetes in qua summa. i. multitudo urine in quãtitate cõtinua emittit̃. 2a est distillatio ei⁹ in qua summa. i. multitudo urine emittit̃: sed in quantitate discreta. i. in plures mictus ptita. Et hec est dispositio distillatio urine ab auctorib⁹ nuncupata. ꝛ colligunt̃ hec 19a tertij. trac. 2o. cap. 2o ꝛ 4o. ¶ Est ergo urine distillatio freqũẽs ipsius emissio que est dispositio media inter retẽtionem. i. abscissionem urine que a modernis noĩat̃ suria. ꝛ emissionẽ. s. nãliter ꝛ uolũtarie absq; impedimẽto factã: qꝺ intellexit Auica allegato cap. dũ inq̃t. Distillatio est dispõ iter retẽtionẽ ꝛ emissionem media. In oĩ enim distillatione emittit̃ urina. lꝫ paulatim ꝛ sepe. q̃re nõ retinet̃. ¶ Et q2 in distillatione ꝯcurrit cã preternãliter vtutem stimulãs: ut multitudo aut acuitas urine uel dispõ cõplexionalis: uel cõpõnalis: ut spasmus ꝛ silia. Iõ ꝛ si emittat̃ urina nõ sine nocumento ꝛ conatu vtutis emittit̃. neq; tñ ex ea totiẽs ꝛ q̃liter oporteret emittit̃ urina. imo minus ex ea mingit̃ ꝛ cũ labore ꝛ nocumento: ꝛ nõ sepe tenens emitti ꝯuenienter põt quotiens ad ipsam emittendã irritat̃ vtus. ꝛ tu lege hec oĩa allegato loco. ꝛ interioꝝ 6o colligenda. ꝛ hec dispõ est illa quã moderni dissuriã uocãt. ¶ Et si dispõ ista talr̃ augeat̃ ꝙ urine guttatim ꝛ nõ continue emittant̃ cũ spẽs nocumẽti in urina cõtingens difficultas urine ab Auica dicta: ut supra allegatuꝫ est. quã moderni strãguriã uocãt. ꝛ tu cõtemplare in his: q2 difficilia sunt. ꝓpter appentes discordias in sententijs auctorum reptas: quoꝝ tñ ueritas in hac sententia aperiat̃.

¶ De causis frequentie mictus. Cap. II.

Cuius aũt dispõnis cãe ꝛ si multe hincide a uarijs auctorib⁹ colligant̃. reduxit tñ pnceps allegato loco eas ad q̃tuor causaꝝ gñ̃a. ¶ Primũ genus causaꝝ est que ab urina sumunt̃. ¶ 2m que sumunt̃ a uesica. ¶ 3m est genus causaꝝ que sumunt̃ a mẽbris urine alijs a uesica. ¶ 4m genus causaruꝫ sumit̃ a pncipijs. ¶ Ab urina vo ꝯtingit distillatio: aut q2 multa: aut q2 acuta uel salsa: ꝛ sic de alijs. Multitudo enim urine fluiditate sua labẽ faciens circũferentialiter corpus uesice uersus collũ est cã ꝯctionis colli in seipsuꝫ ꝛ uersus supra. q̃re negat̃ urine exitus: ꝛ fieri nõ põt nisi magno conatu vtutis ꝯcurrente ad illud. Et hoc intellexit pnceps allegato loco dũ inq̃t. Multitudo. s. urine grauat ꝛ cõprimit lacertum ad aptionem ꝑuã: ꝙuis uolũtas non nocet ad illud. i. aptionem. ¶ Qualr̃ vo urine acuitas pũgendo uel mordicãdo sit causa freq̃ntis mictus est facile vidẽ. ꝛ tu considera. ¶ Cãe vo distillationum urine efficientes sumpte ab ipsa uesica: ꝛ a mẽbris urine alijs ab ipsa simul assignari pñt: ut spẽs male cõplexionis oẽs predictis mẽbris euenientes. ¶ Calida qdẽ dilatãdo ꝛ apiendo uel laxando: resolutione vo multa vtutẽ in expellendo ꝛ detinẽdo debilitãdo. ¶ Sicca vo acuẽdo ꝛ cõstringẽdo: q̃re incitat ꝛ ꝑm ptem exitũ urine debitũ ꝓhibet. ¶ Multa vo cõplexio frigida ꝯstringendo ꝛ urinã detinẽdo est cã conatus vtutis ad expellendum. ¶ Humida vo mollificãdo ꝛ laxando est cã fluxibilitatis: ꝛ q2 ad ipsam seq̃tur vtutis debilitas in expellẽdo: nõ facile ꝛ multum de urina semel expellitur: imo difficulter ꝛ sepe.

¶ Spēs etiā egritudinū cōpōnalium: ut oppilationes atte
nuatorie uel coartatorie in vijs ↄtingētes palisis spasmus
τ egritudines in supficie oīum mēbroꝝ urine uenientes di
stillationem urine si bñ ↄsideras facile efficē pñt. ¶ Silr̄ τ
apostemata τ egritudies in nā cōi eueniētes: ut pz in exco
riatione τ ulcerib⁹ colli uesice. Urina eniz acuta nāliter exi
stēs cū effluit ad loca excoriata uel soluta mordicat ea. Jō in
citat ṽtutē expulsiuā ad fugā nocumēti: q̄re ilico mingitur τ
cū difficultate. Et est cā: q̄re in ulcerib⁹ colli uesice accidit fre
quens mictus τ cū dolore semp ut sensus oñdit. ¶ Ex qb⁹
oībus colligi pōt ꝙ aliq̄ est distillatio urine cū qua est diffi
cultas in expellendo: ut illa que ↄtingit ex spasmo uel apo
stemate uel oppilatione coartatoria uł carnosa colli uesice.
¶ Aliq̄ est distillatio urine cū qua nō est difficultas ad ex
pellēduz: ut illa que ↄtingit a palisi uel lenitione multa colli
uesice. ¶ Aliq̄ est urine distillatio difficilis cū qua est dolor:
ut illa que ꝓuenit ab ulcerib⁹ excoriatione urina acuta τ sīli
bus. ¶ Aliq̄ est cū cuius difficultate nō dolor ut illa que ꝓ
uenit a palisi mollificatione τ multitudine urine absqz for
ti acuitate. Et colligunt̄ hec oīa in fine q̄rti allegati capitu
li dū inq̄t. De distillatione urine est cum qua est difficultas
supple in emittēdo τ detinēdo: τ est supple spēs scḋa cū qua
nō est ipsa. s. difficultas dicta τ difficultate. i. de distillatione
cū difficultate facta est supple 3ª spēs cuz qua est dolor. τ est
supple 4ª spēs cū qua nō est illud. s. dolor. τ videt̄ supple iste
s. ꝙ plurimū distillationis urine fit ꝓpter cās inuolūtarij exi
tus. 2° ꝓpter cās difficultatis. i. ipotētie uel grauitatis in ex
pellēdo. 3° ꝓpter causas ardoris. τ tu lege ibi.

¶ De signis frequentie mictus. Cap. III.

Ex predictis uolo appere notitiā signoꝝ frequen
tis mictus que ex cognitione causaꝝ hēri pñt dis
currendo per eas que etiā signa ex nocumento
eueniēte in pñcipalib⁹ mēbris: ut ↄtingit i frenesi
uel sibare: in qb⁹ q̄ñqz urina sepe detinet̄ τ aliq̄ñ
cū magna difficultate frequēter τ paꝝ ex ea emittit̄. ¶ Si
milr̄ hēri pñt signa ex nocumētis cordi τ epati ↄtingētibus
q̄rū egritudines τ accñtia 11ª τ 14ª tertij regrēdasūt. ¶ Ad
huc etiā q̄ egritudo hec per se cognita est. cuilibet enim in
uestigāti ex quesitis ab ifirmo facile enūtiabit̄ frequētia mi
ctus.

¶ De cura frequentie mictus. Cap. IIII.

In cura aūt dispōnis huius diligēter attēdenduz
est. Nā si frequentia mictus ueniat uel distillatio
ab urina τ ardore eius canon curationis coinci
dit cū cura ardoris in precedēti ꝑticula pⁱma hu
ius tractat⁹ diffuse posita. ¶ Si aūt ↄtigat a spas
mo de repletione colli uesice curari debet cum his que spas
mū auferāt euacuādo minoratiue digerēdo τ eradicando
māam cuz his que iā dicta sunt: qbus addat̄ agarici: turbit:
hermodactyloꝝ: collognt ide: sticados: pulegij: calamēti: cen
tauree minoris: τ silium ṽtutes que māas flegmaticas dige
runt τ euacuāt: a qbus ut in pluribus hec egritudo ꝓuenit.
Et fuit intētio Auic. 19ª tertij. trac. 2°. cap 6°. de cura distil
lationis duz inq̄t. Hec egritudo plurimum fit cā frigoris τ
palisis: τ curatio eius plurimū est calefaciens τ exiccās: sicut
tyriaca: metridatum: iera Sal. anacardinū: trifera magna:
τ elec. de thure: que premissis euacuationib⁹ dari debent in
aurora cū aliq̄ sublimatione uel decoctione hñte aspectū ad
accñs ad qḋ magis itēdis. Si eni frequēs existat mict⁹ ualde
debilitās dari debēt medicine predicte cū decoc. sumach: cor
ticum castanearuz: glādiū: floꝝ granatoꝝ τ sibi siliuz. ¶ Si
aūt nocumētū qḋ remouē intendis existat fortis ↄctio colli
uesice spasmosa: uel nō dari debēt oēs medicine cū his que
dilatāt apiunt τ leniunt siue cuz aq̄ sublima. radicum altee:
uel floꝝ eius: anisi feniculi capil. uene. τ silium. inter que tñ
quedā laudant̄ simplicia ut alliū qḋ urinā abscissam ꝓuo
cat: τ reducit eā ad id qḋ neccīuz est. τ enula cōpetēs est medi
cina: τ semen urtice: τ nigella: que oīa ab Auicª textualiter
colligunt̄ allegato cap. ¶ Si autem in hac dispositione me
dic⁹ sapiēs utriqz eorū sil̄ itēderit. remouēdo. s. nimiā fluxi
bilitatē τ nimiā ↄstrictionē: tūc cōmiscēde sunt isil̄ medicine
iā dicte ꝫm modū assignatū. ꝓpter q̄ qḋ ut in pl̄ibus medici
nis ab auctoribus in hoc caplo descriptis. videbis cōposi
tas ex ꝓuocātib⁹: τ maxime cōpositū ab Auic°. qḋ ipse exp
tū fuisse affirmat. τ nō est mirabile: q̄ sapiēter multū cōpo
sitū est τ lōga expiētia per me ṽificatū. ℞. mirabolanorū ke
buloꝝ torrefactoꝝ. ℥. iij. ben albi τ rubei. añ. ℥. j. ſ. calamēti:
mirti: myrre: olibani: macis: cipi: sā. dra. añ. ℥. j. enule sicce. ℥.
ij. gariofi. ℥. j. ꝫ. almalep. ℥. ij. τ sunt medulle cerasoꝝ. formen
tur tro. cū succo enule: τ det̄ ex eis vnus cum aq̄ sublima
tionis ei⁹ oī mane per. xv. dies: τ sit totū tepidū τ placebit ef
fectus. ¶ Si aūt queris cōpositū maioris cōstrictionis τ
pauce aptionis nō eligas aliud ꝙ illud qḋ scripsit Rasis in
diuisionib⁹. cap 73°. cuius descriptio. ℞. coriādri prepati:
τ iteꝝ assati. ℥. j. mirabolanoꝝ emblicoꝝ: sticados boli arme
ni: glādium: karabe: lentium excorti. añ. ℥. j. fiāt tro. ℥. iij. τ de
tur ex eis medius trociscus in mane: τ medius in sero cum
aqua decoctionis sumach: lz dosis a Rasi posita sit. ℥. iij. sed
hec est domestica magis. τ tu elige modo tuo.

Particula tertia De mictu sanguinis continens capitula tria.

¶ De causis eius. Cap. I.

Nunc aūt pro 3ª ꝑticula hui⁹ tractat⁹ ex
ponēda est mā mictus sangui
nis: qui qdē aut ꝓuenire pōt a toto corpore: aut
a mēbris supra uesicā positis. aut ab ipo corpore
uesice. ¶ Exēplū pⁱmi est. ut frequēter ↄtingit in
crisib⁹ egritudinū sanguineaꝝ: aut q̄ aliq̄ solita fieri euō a to
to corpore educēs retinet̄: ut in mēstruis supfiue retētis eue
nit: aut in fluxu sanguis uel emorroidarū: aut nariū eueniē
te ab etate uł cretice: aut q̄ fuit a corpe abscissio aliq̄rū mē
broꝝ facta: ꝓpter quā mā solita nutrire mēbra illa detinet̄:
aut q̄ hoī ↄtigit ab alto cadē cōprimi: ↄtūdi: ṽberari uł fla
gellari ꝫm totū corpus que oīa sanguinē mingi pñt facere:
τ erit per colligātiā a toto mict⁹ sanguinis noīatus. ¶ Ite
rū q̄ñqz ↄtingit mingi sanguinez cretice ad membra urine
trāsmutatū ut in apatib⁹ capitis lz raro in apatib⁹ pectoris:
epatis: renū: uel aliaꝝ viarū urine: aut in apatib⁹ oppilonū
predictoꝝ mēbroꝝ. τ hi oēs erunt mict⁹ sanguinis ex ꝑtiali
colligātia facti qui diuersis modis denoīari debēt ꝫz diuer
sitatē mēbroꝝ a qb⁹ ↄtigūt. ¶ Alr̄ est mict⁹ sanguinis per
essentiā a uesica ꝓueniēs: ꝓpter debilitatē ṽtutis ipsius trās
mutare debētis sanguinē in sui nutrimētū. aut ex debilita
te ↄtētiue ipsi⁹ ꝓueniēs uel fortitudine expulsiue: aut ex sub
tilitate τ fluxibilitate sanguinis: aut ab acuitate ei⁹: τ viden
tur he ultime cāe in hoc viro mictū sanguinis efficere. neqz
eni mingit sanguinē: nisi dū nōbilr̄ exercitat̄ corpus. ꝓpter
qḋ sanguis fluxibilior fit: τ dilatant̄ ↄcaua τ orificia uena
rū: τ ex sanguinis fluctuatione tali debilitat̄ ṽt⁹ ↄtētiua cor
poris uesice: q̄re post exercitiū tale sanguis mict⁹ in eo acci
dit: τ nō alr̄. ¶ Qḋ ṽo ex aptione apatū in corpe uesice ue
niētiū ex vulnerib⁹ τ ulcerib⁹ τ alijs spēb⁹ soloñis cōtinui
tatis in ea factis mingi possit sanguis facile est vidē. ¶ Et
in sūma oīs mict⁹ sāguis: aut ex multitudie sāguis qḋ nō re
pit̄ in viro isto: sed magis defect⁹ ei⁹ in eo. aut ex q̄litate san
guis: q̄ aq̄sus: subtilis acutus. τ iō fluxibilis est. aut q̄ pori
uel orificia uenaꝝ rara effecta sūt: sic in ipo tanq̄ i extenua
to cōtingē pōt. aut q̄ debilitata est cōtētiua uenarū: aut q̄
fortificata est expulsiua: qḋ raro cōtingit. hec de cāis eius.

¶ De signis mictus sanguinis. Cap. II.

Signa aūt mict⁹ sanguis attēdēda sūt q̄ nō aliter
curari pōt. ¶ Si ergo eueniat mict⁹ talis cretice
cognoscet̄ per egritudines p̄cedētes: τ per earū
reuolutionē creticā q̄draturis dieꝝ enumeratis:
ut 2ª q̄rti affoꝝ τ ꝓnosticoꝝ scḋis colligendum.
¶ Si aūt ↄtigat mict⁹ talis a retēta euōne solita: aut muti
lato mēbro facile per inq̄sitionē taliū cognoscet̄. ¶ Si ṽo

cōtigat sanguinis mict⁹ per colligātiā mēbroꝝ capitis ꝛ pectoris egrotātiū cognoscet per inuētionē egritudinū in illis: ꝛ reuolutionē creticā ipsaꝝ. Nunq̄ eniz nisi rarissime ꝛ sinthomatice multū accidit mict⁹ sanguis ab istis mēbris: nisi in q̄draturis dieꝝ per q̄s crises enumerant̄: ꝛ in statib⁹ uel p̄n⁹ declinationis taliū egritudinū: q̄re cōputatio cretica: ꝛ cognitio tēpoꝝ vniuſiuz te pitum faciāt in hoc. ℂ Si aūt ɔtingat mict⁹ sanguis ab epate uel renib⁹ uel emulgentib⁹: hec q̄dez a sapiētib⁹ distinguunt̄. aut eniz mictus talis lotiuus uocat̄: ꝛ est exitus sanguis cū aquositate cōmixti simillimus ꝓme loture carniuz noniter mortuaꝝ. Et hic quidē oīno ꝓuenit a debilitate digestionis epatis: uenaꝝ: renū: ꝛ emulgētium: in cuius q̄dē cognitionē uenies per lapsum ad frigiditatē debilitātē: ut in plurib⁹ digestiuā dictoꝝ mēbroꝝ. aut ꝓuenit talis mict⁹ a debilitate discretiue v̄tutis dictoꝝ mēbroꝝ. q̄d plurimum ɔtingit a lapsu ad frigidum ꝛ humidū: in cuius cognitionē deueniens per pulsum puuz: tardū: ꝛ rarū: ꝛ urinā aquosam: albā: subalbidā: ꝛ subcitrinā. per tactum mēbroꝝ que frigida: aut remissius calida ꝓcipient̄ per feces molles albas uł subalbidas uel uaccinas ℂ Prouenit etiā hic mict⁹ sāguis q̄nq̄z a multitudine sanguinis ꝓpulsi a uenis: cui⁹ signa sunt: q̄z sanguis emittitur sincerus mūdus mult⁹ ꝛ sine colore opacus cū sup̄fluitatibus filosis uel capillaribus colore rubeo cū opacitate coloratus. ℂ Si v̄o ab arterijs eueniat sanguis erit rubicūdus: calidus: notabił̄r sincerus ꝛ mūdus ab oī aquositate mundat⁹: ꝛ spumositati attinēs aliquātē. ℂ Si ꝓueniat mictus sanguis a uenis epatis absq̄z ruptura: uel ab arterijs eius signa erūt eadem que predicta sunt ꝛ siłr de emulgētibus dicēda sunt. ℂ Si v̄o ꝓueniat mictus sanguis a renib⁹ siue a solutiōe ɔtinuitatis sanguis erit minoris quātitatis q̄ qui ꝓuenit a predictis mēbris. ꝛ est ꝓpriuz insepabile huic commisceri humorib⁹ grossis ꝛ diuersis ꝛ capillarib⁹ filis rubicūditati parūper attinētibus. ℂ Si v̄o ꝓueniat a poris uritidib⁹ sanguis erit ualde paucus: nō cōtinue fluēs capillaribus filis albis cōmixtus subtilibus ꝛ lōgis. ℂ Et in sūma a q̄cunq̄z predictaꝝ ꝑtium sanguis mingat erit cuz urinali aquositate forti cōmixtione cōmixtus: eo q̄z quāto longiori tēpore sanguis cū aquositate per angustas vias effluit tāto fortiori cōmixtione utrūq̄z cōmiscet̄ alteri. lege hanc sniam 19ª tertij. finali cap̄. ℂ Si aūt sanguis mict⁹ ꝓueniat a uesica sanguis erit modicus per cōparationē ad illum qui ꝓuenit a uenis epatis uel renib⁹. erit v̄o multus per cōparationē ad illum qui ꝓuenit ab uritidibus poris. Et in hoc tollit̄ apparēs ɔ̄dictio quorūdaz auctoꝝ. ℂ Iterū sanguis a uesica exiens nigredini attinet ꝓpter paucitatem innati caloris uesice. est etiā coagulat⁹ in frustula emissus. ꝛ iteꝝ est cū mingit̄ ab urina sequestrat⁹: ꝛ oīno cū tepescit urina sequestrat̄ ab ea ꝛ in fundo sedet. ℂ De mictu v̄o sanguis ꝓueniētis a v̄ga ꝛ cānali eius nō est p̄ntis considerationis.

ℂ De cura mictus sanguinis. Cap. III.



Ro cura v̄o mict⁹ sanguis premittēdū q̄ si ꝓueniat mict⁹ sanguis a causis ꝓmitiuis a casu ꝑcussione ꝛ mutilato mēbro. Itē si ꝓueniat a repletione totius uel ꝑtis coīcant oēs sp̄ēs iste in cura eadē: ut regat̄ eger dieta tenui: ꝛ flobotomet̄ eius basilica: ꝛ uētoset̄ cū scarificatione b̄m doctrinā supius positā: ꝛ diuertat̄ mā cū his que in intētione diuersionis posita sūt. ℂ Si aūt ꝓueniat mict⁹ sanguis a debilitate discretiue uel digestiue predictoꝝ mēbroꝝ regat̄ dieta mediocriter calefaciente: ꝛ notabił̄r exiccāte sanguinē ingrossante ꝛ disponente ipsuz ad ɔ̄riuz fluxibilitatis. q̄re dent̄ ei cibaria oīa ꝛ caro cocta cū agresta ꝛ silibus. 9º Almā. cap̄ de mictu sanguis. ꝛ 19ª tertij. finali cap̄ ut supra. ꝛ in summa in oī mictu sanguinis cuius cā est calor uel caliditas det̄ recēter frigidus: sicut in frigido calidus: ut in diuisionib⁹ Almā. cap̄ 71º in p̄n⁹ colligēdū est. ℂ Sāguis v̄o mict⁹ qui ꝓuenit ab epate renib⁹ emulgētib⁹ ꝛ uritidib⁹ cura colligat̄. 14ª 18ª 19ª tertij b̄z ꝑtē.

Mictus v̄o sanguis qui ꝓuenit a uesica curat̄ eisdē modis. In cura v̄o ip̄si⁹ q̄tuor sp̄aliter sunt laudata. ℂ Primū est flobotomia basilice iā ꝓacta. ℂ 2m est administratio trociscoꝝ de carabe qui cū iuuamento suo coitatē h̄nt ad oēm mictū sanguis: ꝛ ꝓ̄pe illi qui scribuntur 9º Almā. allegato cap̄. q̄rum descriptio hec est. ℞. carabe: gūmi arboris tremule: ꝛ est populus. añ. ʒ. v. balaustiarum: hypoq̄stidos. añ. ʒ. ij. ß. olibani. ʒ. ij. se. apij: opij. añ. ʒ. j. ɔficiantur cū aq̄ decoc. sumach ꝛ exiccent̄: ꝛ cuz nece fuerit det̄ ex eis. ʒ. j. cum. ℥. ij. predicte decoctionis mane in aurora ꝛ uespe añ cenā. Et dedi etiā ex eis sepe circa mediū noctis. ℂ Et ɔfert ad hāc intētionem etiā exhibitio trociscoꝝ constrictiuoꝝ b̄z Rasim positoꝝ in fine precedētis capłi. ℂ Pillule etiā de bdelio si det̄ ex eis. ʒ. j. sanguinē fluentē potenter stringūt. ℂ Et succus burse pastoris si dent̄ ex eo. ℥. iij. solēniter hoc idem efficit. ℂ 3m singulare laudatū in cura mictus sanguis a uesica est emplastrare pectē ꝛ alchatin cum emplastro facto ex stipticis ꝛ frigidis ad hoc laudatis. Descriptio bona ad illud. ℞. coriādri ꝑpati. ʒ. ij. foli. plātag. granatoꝝ ꝛ rosaꝝ recētiū. añ. ʒ. j. mumie: masti. boli armeni terre sigillate: sangui. draco. acatie: hypoq̄stidos. añ. ʒ. ij. glutinis piscīū. ʒ. j. lap. ematitis. ʒ. j. ß. carabe. ʒ. ß. farine uolatilis molē. ʒ. iiij. fiat emplastrū cū decoc. ꝑdictoꝝ folioꝝ: ꝛ apponat̄ tepidū ꝛ nō calidum. q̄m q̄nq̄z infrigidata calefacē opꝫ ꝓ̄terq̄ vn̄ sāguis manare futurus est affoꝝ. 5ª. ℂ Ego v̄o ad stringēdum talē fluxū facile expedio me accipiendo 4ºʳ albumina ouoꝝ: gypsi pulueriçati. ʒ. iij. ꝛ conquassatis oībus inuicē loco applicent̄ stupe uel pāni aceto nigro infusi: deinde in predicto emplastro inuoluti ꝛ b̄n ligentur. ℂ Ultimū v̄o laudatū in hac dispōne est iniectio. ʒ. j. ʒ. trociscoꝝ de carabe per sirīgā in uesica facta cū. ʒ. ij. aque plantaginis. ℂ Fortius aūt illo ꝛ de exp̄tis meis est hoc cōpositum. ℞. lap. ematitis sup porfirico lapide fortissime emolliti cū succo v̄ge pastoris. ʒ. ij. aque emulsionis papaueris al. ʒ. j. ß. misce ꝛ totū tepidum per sirīgā inijciat̄ quater in die ℂ Ad hāc etiā intētionem ɔfert iniectio lactis in quo ꝑus frustū calibis accensi trib⁹ vicibus extinctum fuerit. ℂ Itē iniectio succi plātag. cum pulu̇ē ematitis. Ex reliq̄ meliora his que tu ab auctorib⁹ collige si potes. Hec sunt que in cura harum trium dispōnum mihi meliora visa sunt ad dei omnipotentis laudem ꝛ gloriam Amen.

Cōsiliuz. 194.

De dissuria ꝛ strāguria ab oī genere egritudinū ꝓueniente. videlicet mala cōplexione: mala cōpositione: solutione ɔtinui ꝛ egritudine in numero. ℂ Diuidit̄ aūt ɔsiłū in capitula duo.

ℂ De essentijs causis ꝛ signis egritudinū dictaꝝ. Cap. I.



Escio an mea mens tāta integritate ɔsiderationis uti poterit quāta necium est in dispōne nūc declarāda sublimiter speculādū. dolor eni mihi maximus caritate qua obligat⁹ sum incūbit: ꝛ afflictiones ingētes mihi porrigit. Uideo enim alteꝝ mihi fratrē celeberrimū doctorē in facultate mea quē summope preter oēs hoīes vitā degētes mihi uere itimū ꝛ caritatiua dilectione ɔiunctū semp agnoui. grauissima q̄dam dispōne seuissimis accn̄tib⁹ cōplicata: heu mihi ꝓmaxie affligi. ℂ Et eni dispō sua duob⁹ accn̄tib⁹ corpus ei⁹ martyriçātib⁹ seuissime cōplicata est dissuria. s. ꝛ strāguria: ꝓ q̄ que duo pusillo fere tpe euadē nō pōt ab urine emissione. que ꝛ nō solum freq̄ns est: sed eidē ipotētia urinādi molestissime associat̄ itātū q̄ a capite pudibūdi per totā iferiorē ꝑtem usq̄z ad fiteri acutissimo dolore molestat̄ semp paꝝ añ in tpe mict⁹ ꝛ post illud. Et hec q̄dē dispō seuissima ad tātū augmētuz deducta est: q̄ siue iacēs aut sedēs: ambulās uel eq̄tās fuerit semper hoc molestissimo dolore affligit̄ itātū q̄ nulla corporis figuratio uel deuolutio ad aliquā ɔ̄iam positionis getē aliquā sibi porrigat. ℂ Propter q̄d nō leuiter ɔsiderāduz est

ad quã pticularẽ egritudinẽ hec dispõ deduci debeat. Est enim stranguria ꝛ dissuria ꝛ dolor nõ qdẽ egritudo ipsarum aliq̃ sed uere accñs noianda. Et cũ vnũqđq3 accñs tale seq̃tur egritudinem uelut vmbra corpus: opz pmitus enũtiare que sit egritudo aut egritudines ei⁹: ꝛ q̃liter hec accñtia sint eis familiaria uel succedẽtia. Igit̃ dissurie cãe multiplices a sapiẽtib⁹ hincide assignant̃. Distillat enim ab hoie urina frequenter aut ꝓpter ipotentiã v̓tutis retentiue colli uesice: aut ꝓpter uehementiã expulsiue: aut ꝓpter vigoratã esse attractiuã membroꝝ urinalium. ¶ Uirtus aũt retẽtiua debilitat̃ a mala cõplexione frigida ꝛ humida aut humida tñ. Et tẽr a cuiuscũq3 imoderato q̃litatis excessu. Dis enim imoderata discrasia deijcit actum .i. opationem ꝓprie v̓tutis .s. colli uesice. ¶ Amplius hec mala cõplo frigida ꝛ humida nõ solũ leniendo ꝛ humectãdo debilitat retentiuã per se sed etiã per accñs: qm̃ mala cõplo frigida ꝛ humida oppilãdo vias trãsitus spũum aia liũ qui necessarij sunt ad retẽtionẽ colli uesice est cã ut paliticet uesice collũ: ad qđ seq̃tur urine distillatio ꝛ inuolũtarius mict⁹. ¶ Cõtingit etiã freq̃ter retentiuã colli uesice debilitari: ꝓpter nimiã resolutionẽ spũum ꝛ substãtifici humidi ipsi⁹ uesice in retinẽdo urina3 ꝓpter freq̃ẽtem usum diureticoꝝ. Un̄ ꝛ ꝓpter freq̃ẽtẽ urine emissionẽ debilitat̃ retẽtiua uesice eo mõ q̃ oiu3 mẽbroꝝ alioꝝ retẽtiua potẽtia debilitat̃ ex euacuatione freq̃ẽti. he sunt p̃ncipales cãe debilitatis retẽtiue. ¶ At v̓o iterũ dissuria ꝛ strãguria nõ raro ꝓueniũt pp fortitudinẽ expulsiue. freq̃ẽter eñi vigorat̃ expulsiua uesice a mala cõplone calida ꝛ sicca ꝛ cal̃a humida. ꝛ sic de alijs spẽb⁹ male cõplonis sup inualescẽtib⁹. ¶ Per accñs aũt expulsiua uesice multis ex causis debilitat̃. ¶ Prima est ꝓpter dolorẽ in collo uesice incitãtem expulsiuã eius ad fugã nocumẽti. ¶ 2ª ꝓpter ulcera in collo uesice: uel excoriationes: aut prurit⁹: aut scabies. ¶ 3ª cã est ex pte obiecti qđ est urina que acuitate sua v̓tutẽ expulsiuã ad freq̃ẽtẽ emissionẽ: ꝛ eo fortius q̃n ipsa accidentalr̃ acutior est salsedini saniei cõmixta: aut acuitate pticipãs a cibis preassumptis: ut cepe alleũ sinapis ꝛ similia. ¶ Etiã 4º multitudo aq̃sitatis ab epate a renib⁹ ad uesicã expulsa incitat expulsiuã ipsius. ¶ 5º iterũ humores acuti ad uesicã effusi in uenarũ cõcauitate ebullitionẽ aut adustionẽ ꝑpessi sunt cã incitationis expulsiue. ¶ 6ª cã est multitudo harenaꝝ ad uesicã expulsaꝝ. ¶ 7ª cã est inuẽtio lapilloꝝ in uesica. Cũ enim in collo uesice ꝯgregant̃ harene uel lapilli pũctione abstersione ꝛ exaspatione quã faciũt incitãt uesice collum ad expulsionẽ: ita ut in q̃libet fere instãti ad migẽdũ incitent. Et si semp expellant̃ erit formale dissurie. Si v̓o mict⁹ nõ nisi cũ magna cõstrictione ꝛ dolore expleri possit. patet ꝙ hoc erit formale strãgurie. ¶ 8ª cã est apostema exterius in collo uesice exñs siue faciẽdo dolorẽ cõpressiuũ siue grauatiuum pũgitiuum pruritiuũ aut mordicatiuum in collo uesice. q̃tiens eni3 freq̃ẽter potẽtia sensitiua tristatur ab impressione obiecti: totiens potẽtia expulsiua mouet̃ ad fugã illius. Un̄ nece est dissuriã ꝛ strãgnria3 ad talia apostemata sequi. ¶ 9ª v̓o cã incitationis expulsiue põt esse nocumentũ in collo uesice per colligãtiã aliũde ꝓcedens: sicut apostema magnũ in collo matricis in muliẽ ꝛ cõdilomata: uel magna apostemata in fine itestini recti: ꝛ in loco fiteris exñtia. Et ideo hec cã spãliter ꝯsiderãda est. scribit̃ eni ꝛ sentit̃ durities notabilis ꝓpe anũ: ꝛ in loco emorroidarũ: que qdẽ durities ꝛ si nõ sit notabilis cã totalis accñtiu3 predictorum. est tñ magna cã augmẽti ipsoꝝ. Sil'r iterũ ꝛ contingit strãguria ꝛ dissuria: ꝓpter uehemẽtem attractionẽ a uesica ꝛ mẽbris urinalib⁹ factã. Attrahit enim uesica imoderate ꝓpter magnã distẽperiem caliditatis in ea: ꝛ ꝓpter dolores ulcera ꝛ excoriationes uel scabies in ipsa exñtes. Sil'r etiã grauat̃ a uehemẽti attractione a renib⁹ facta ꝓpter imoderatã caliditatẽ ipsoꝝ: ut p3 in dyabete. Cũ eni3 renes semp in ꝯtinua ꝛ forti attractione ꝑsistãt ꝓpter isiãmationẽ eoꝝ: sic semper attrahũt semp ad uesicã effundũt. vñ ꝛ satis rõnalr̃ est lapsum calidũ in uesica acq̃ri saltẽ per colligãtiã. ¶ Ex qb⁹ oibus ꝯsiderãti appet ꝙ nulla fere imaginari põt aliq̃ causa dissurie aut strãgurie que nõ sit aliq̃ de predictis: aut ad eas reducibilis. ¶ Et ex eorum fundamento iterum considerãti appere põt spãlis notitia causarum strãgurie.

Nũc aũt denuo cõtẽplãdũ est ad quã spãlẽ egritudinem dispõ uesice reduci debet. ¶ Nece est itaq3 cõsiderãti affirmare ꝙ collu3 uesice huius viri essentialr̃ egrotat. ¶ Et 2º etiã ꝙ in eo sunt egritudines per colligãtiã. ¶ Primum aũt multiplr̃ declarat̃ ex multis. ¶ Primo: q2 nocumẽtũ ꝯcernit ꝓpriam opationẽ mẽbri .s. uesice: cuius est urinã a reliq̃ corpore expulsam recipe. Et ipsam ad ex̃ emittere ꝯuenienter: sed nõ emittit ipsam nisi p̄ternãliter ꝛ cũ nocumẽto maxio. Igit̃ egrotat in ꝓpa opatione. 9ª colligitur 2º tegni cũ toto discursu ibi. Terminus v̓o discretiuus est subtilis opationis lesio. ¶ 2º hoc idẽ declarat̃: q2 nocumẽtum in uesica fixum pmanet. g̃ est ei per essentiã. p3 ꝯñtia. q2 nõ esset hn imaginabile ꝙ mẽbra alia ꝯtinuũ nocumẽtũ in uesica efficẽ possent. ¶ Et 3º iterũ: q2 cũ hoc ꝙ nocumentũ illud est fixũ in uesica semp etiã in ea inuenit̃ eq̃liter itẽsum aut parũ differẽs. g̃ est in ea per essentiã. ꝯñtia p3: q2 alleuiaret̃ alleuiatione mẽbri uel mẽbroꝝ mãdãtiũ. ¶ Et 4º forti⁹ arguit̃: q2 sensus tact⁹ inuenit collũ uesice patiẽs dolorose: sed ubi est dolor illic egritudine3 narrat. 4ª affoꝝ. quare ꝛc̃. ¶ Et 5º iterũ: q2 urina in substãtia grossa est ꝛ ꝯtẽtũ humorale grossum ꝛ multũ cũ sospitate alioꝝ mẽbroꝝ circũstãtiũ oium p̄ter fiteri hm ꝙ appet ex iformatis. q̃re ꝛc̃. ¶ Et 6º arguit̃ illud: q2 quãtũcunq3 circa fiteri eius appent durities que cõprimẽdo actu3 migendi ipedire posset: nõ tñ propter dispõnẽ illã fierent urine in substãtia ita grosse ꝛ in ꝯtẽtoꝝ multitudine ꝛ grossitudine ꝑseuerantes. Et plura alia media ad hoc ꝓpositu3 adducẽ potuissem que nõ curaui.

Quod aũt iteꝝ uesica hui⁹ eximij doctoris egrotet per colligãtiã. deducit̃ p̄ ꝓpter duritiẽ apud circulũ ani exñtẽ uersus pudibũda a qua dolor extẽdit̃ usq3 ad radicẽ testiculoꝝ: ꝛ est locus ubi collũ uesice situat̃. ¶ Et 2º iteꝝ hoc deduci põt: q2 tpe mict⁹ cõpressione in illis locis facta alleuiat̃ dolor: sed hoc nõ põt accidẽ nisi aut q2 cõpressio ꝓhibet aliq̃d recipi in uesicã aliũde: qđ reciperet̃ nisi cõpressio fieret. Aut q2 dolor extensiu⁹ uel grauatiuus alleuiat̃ ipulsione cãe ipsius effectiue. q̃re ꝛc̃. ¶ Et 3º iteꝝ hoc ostendit̃: q2 ex quocũq3 fere exercitio q̃litercunq3 facto emittunt̃ urine sanguinee grosse ꝛ ꝯturbate. sed hoc nõ põt cõtingere ex solo nocumento uesice. q̃re nece est ꝯcludẽ ꝙ hoc ꝓuenit aliunde: ꝛ hoc erit per colligãtiã. ¶ Et 4º iteꝝ hoc mõstrat̃ qm̃ urine que tunc tpis emittunt̃ rubee ꝛ grosse emittunt̃ cum forti cõmixtione sanguis cu3 aq̃sitate urinali. sed hoc arguit talẽ mã3 decidi a mẽbris remotis. igit̃ per colligãtiã. ꝯñtia est necĩa. ꝛ minor arguit̃ qm̃ talis cõmixtio fortis nõ potuisset fieri nisi in locis a uesica remotis. ꝓpter qđ p⁹s ꝙ urina a locis ita remotis recipiat in uesicã nece est forte fieri ptium sanguis ꝛ alioꝝ humoꝝ cum ipsa cõmixtionem: ꝛ maxime cũ traseat per angustas vias. ¶ Et 5º iterum hoc arguit̃ ex dispõne precedenti: q2 alias hic vir passus fuit renum dolores intensiue ꝛ extensiue fortes. hec sufficẽ videntur ad duas ꝯcones iã premissas. videlicet ꝙ in uesica huius viri est egritudo per essentiam ꝛ per colligantiam.

Nũc aũt op3 inuestigare que sint egritudinũ uesice spẽs. ¶ Et p̄ qdẽ dicendũ ꝙ satis est dubitabile egritudinẽ in uesica hui⁹ viri esse in numero dicendã .s. ꝙ in ea sit lapis: qđ qdem nõ ita manifeste affirmo: sed multa videntur esse motiua illud ꝑsuadẽtia. ¶ Primũ est ꝯtinuus pruritus ꝛ dolor in v̓ga ꝛ in radice eius: ꝛ in pte pectinis colligata uesice. ¶ 2m est freq̃ẽs motus ꝛ ꝯrectio virge. ¶ 3m est nocumẽtum fiteri coicatum. ¶ 4m est difficultas emittendi urinã ꝓueniens a duritie uersus p̃ncipiu3 colli uesice repta. ¶ 5m est: q2 cũ difficultate emittit̃ urina nisi fiat cõpressio in radice v̓ge ꝛ apud anũ: qua cõpressione facta emittit̃ urina

libere. ¶ 6m est frequens mictus z frequentia appetit⁹ mingendi quelibet mictũ ↄsequẽs: cuius cã est lapis ad expellendum incitãs simul cum urina cõgregata est in uesica. ¶ 7m signũ est mict⁹ sanguis ꝓueniens ꝓpter excoriationẽ factã a lapide z exasperatione ab eo facta tpe mot⁹ sui cum punctione quã facit. ¶ 8m signũ z demõstratiuũ est ut eger resumat z eleuent anche eius ↄcutiat corpus sursũ z deorsum. Cũ ĝ in illo tpe fiat cõpressio sup femur emittet urina que prius negabat: qḋ manifeste significat remotionem lapidis a collo uesice qui ꝑus oppilabat. vñ urina denegabat. ¶ 9m signum iterũ expimẽtale: ut eger tpe doloris z negationis urine incuruet sup genibus suis z cõmotionem faciat in mẽbris inferiorib⁹ z in inguinibus. ¶ 10m signum est intromissio digiti in anum z titillatio in eo per quã alleuiat dolor z liberius emittit urina. ¶ 11m signũ z demõstratiuũ ut itromittat siringa per quã titillatio fiat in ꝑn° colli uesice intromittens enim eã sentiet crepitationẽ z occursũ eius ad cõtactũ rei dure. amplius ex tali impulsione descendit urina que ꝑus negabat. ¶ 12m signũ frequẽs figuratio corporis z mẽbroꝝ inferioꝝ ad diuersas põnis dĩas: per q̃s expimẽtaliter eger alleuiationẽ inuenit a dolore. Si eniꝫ ulcus aut mala cõplo essent doloris z stráguríe per se cã tunc eger ex uarietate dĩarũ positionis nequaq̃ inueniret alleuiationẽ. Et hec qdem. xii. signa pulcherrime colligunt 19a tertij. cap 5°. ibi. z in lapide qdem uesice est assiduatio pruri⁹ z doloris: z tu ordinate legẽ sicut ordinatim hec signa posita sunt. Sunt enim hec uelut cõmentatiua expositio illius. ¶ Apposui aũt hec signa ut nõ ↄtingat error in medicatione. Et qm̃ oĩa accñtia que in hoc viro iueniunt ↄseq pñt ad pñtiã lapidis in uesica: in cuius tñ ueritatis intẽtione inueniatur vir solit⁹ expiri cũ tactu apiente hoc itromittẽdo digitũ mediũ in ano cum inuẽtione colli uesice z palpatione eius.

Quod vo uesica huius viri egrotet mala cõplexione vnicuiqꝫ sane mentis asserenduꝫ est. Et si nõ esset motiuũ aliud sufficit ad hoc ↄcludẽdum lõgitudo doloris frequentia mictus: z aliqñ impossibilitas z difficultas eius. Accñtia enim talia nullo modo diu durare pñt qn associẽt sibi spẽm male cõplexionis. hec vo mala cõplexio rõnabilius calida q̃ frigida ꝓbari põt. ¶ Et primo quidem inueniri in uesica eius malã cõplexionem calidã cum materia actu calida per accñs. s. per putrefactionem extraneata deducit. ¶ Primo per spẽm doloris qui ut in plurib⁹ mordicatiuus pruritiuus z inflãmatiuus est. ¶ 2° per caliditatis augmentum in collo uesice perceptum sensu tact⁹. ¶ 3° qꝫ urina mingitur ualde calida actu. ¶ 4° qꝫ eleuata est in gradu tincture notabiliter: ut in pluribus. ¶ 5° qꝫ sedimen qḋ in fundo uasis repitur feculentũ est z tendens ad tincturã notabilẽ que arguit augmentũ caliditatis putrefaciẽtis aut saltem ebullitionem facientis. ¶ Et 6° qꝫ per qḋlibet fere exercitium accñtia augmentant in ea: qꝫ exercitium calefacit ptes. ¶ Et 7° per signum sumptum a iuuantibus z nocẽtibus: qꝫ assumptio ciboꝝ potuum z medicinarũ calidarum nocet: frigidoꝝ vo usus ecõtra. ¶ Est igit egritudo uesice ipsius mala cõplexio calida a mã flegmatica z cholerica mixtis a calore in eisdem faciente salsedinẽ z acuitatem per modum putrefactionis z ebullitionis.

Quod vo uesica huius viri egrotet in nã cõmuni vident ꝑsuadẽ multa. ¶ Primum uehemens mordicatio punctio z inflãmatio: nõ solũ in extremitate pudibundi ꝑcepta: uerũetiã in ꝑfundo z ꝑncipio colli uesice quod apud fiteri situat. ¶ 2m vo signũ perseuerãtia doloris in quocũqꝫ mictu. nisi enim esset in concauo colli uesice solutio cõtinuitatis nõ posset defendi cõtinuitas z uehemẽtia doloris ibi ꝑcepti. mala enim cõplexio quecũqꝫ data nõ posset esse cã tanti doloris: z ita acuti. ¶ 3° iterũ hoc ostenditur per precedentia. s. per lõgum mictum harenularum rubearum z acutarum: z qñqꝫ lapillorum que omnia potuerunt faciliter in collo uesice excoriationem adducere. ¶ Et 4° iterum qꝫ feculẽtia in fundo uasis appens oĩno est mã extraneata a calore preter nãm. igit fuit in aliquo loco genita. Et nõ videt rõnale q̃ tãdiu z tãta quãtitas mãei extraneate posset gñari z ↄgregari in spatiositate colli uesice. igitur gñat ab aliquo loco uel locis in quibus est soluta continuitas. ¶ Amplius. si solutio continuitatis esset precise supficialis: tunc nõ posset esse tãti doloris: z adeo pseuerãtis causa sufficiẽs. ¶ Et 6° iterum: quia si uesica excoriationem haberet superficialem: z scabiem non posset propter illa materia tante extraneationis z tanta generari.

Ex his igit z plurib⁹ alijs accñtibus que dimisi grã breuitatis videt ↄcedẽdũ esse q̃ in collo uesice hui⁹ viri est solõ ↄtinuitatis: nisi predictorũ accñtiũ cã sit lapis in uesica exñs: ut supra visũr itelligi põt. ¶ Ex qb⁹ oĩb⁹ inuicẽ ↄgregatis videtur q̃ egritudo uesice hui⁹ viri est mala cõplo calida cũ mã ipsa extraneata. ¶ 2° q̃ iterũ uesica eius egrotat solõne ↄtinuitatis paulo maiori q̃ supficiali interius in collo uesice existente. ¶ 3° q̃ egrotat etiã a mala cõpõne. saltẽ oppilõne coartatoria ꝓueniente a duritie supius posita. ¶ Et si iterũ iueniret in ea lapis aut harenarum multitudo manifestũ esset q̃ egrotaret etiã egritudine cõpõnali in numero nominata. ¶ Uñ ex oĩbus istis ultimate ↄcludit q̃ nõ est mirabile si vir iste heu mihi molestat ingẽtissime: qm̃ ledit oĩ genẽ egritudinũ in uesica ei⁹ ut deductũ est. z iterũ ledit eius uesica per colligãtiã a renibus z epate: cum nõ videat rõnale saluari posse mictuꝫ sanguinis suprascriptũ ꝓuenire posse ab alijs mẽbris q̃ ab epate z renib⁹: maxime ꝓpter fortẽ commixtionẽ eius cum urinali aquositate ut deductum est. hec tecum mi çelotissime frẽ paule conferre uolui. a qbus oĩbus immortales preces altissimo porrigo ne repiar mendax magis q̃ꝫ ueridic⁹: z si non tãtũ sublimiter contẽplatus sum quantum res ipsa exigeret: maximo dolori indulgendum est quem a te adeo ingentem accepi: q̃ꝫ si in proprium subiectum lesus essem. preter hec autem accipe ea que tibi salubria auxilia potui a fonte sapientum eligere meliora: ut nunc sequitur.

¶ De cura per medicinalia. Cap. II.



Egimẽ itaqꝫ tue mihi molestissime egritudinis xxv. remedijs mensurãduꝫ esse decreui. ¶ Primũ itaqꝫ instrm̃ est hoc. ℞. sebesten numero. xx. violaꝝ seminis portulace: gra. alkekẽgi: folioruꝫ cupressi: papaueris al. añ. ℥. v. gũmi arabi. ℥. s. g. noꝝ pinearũ. ℥. j. ligritie. ℥. ij. s. seminuꝫ endiuie acetose scariole. añ. ℥. j. se. communium frigidorum. ℥. iij. fiat horuꝫ decoctio in lib. iij. aque usque ad consumptionem tertie partis. Et de hac coctione calida omni mane in aurora accipiat. ℥. vj. aut saltem qnque. Et tardet cibum suum ad minus horis quatuor: z de hac eadem accipere potest bis uł ter in die cum equali quantitate aque ordei tempore instantie sitis z doloris magni. Est enim sedatiua dolorum extinctiua caloris z sitis z facilitatiua mictus z experta a me sepissime. ¶ Secundum vo speciale remedium est hoc. ℞. se. portulace. ℥. ij. gra. papaue. albi. ℥. vj. se. endiuie. ℥. j. seminuꝫ lactuce: floruꝫ nenufaris. añ. ℥. v. fiat puluis de quo per mediam noctem omni nocte accipiat. ℥. j. cum aqua decoctionis granorum pinearum. ¶ Tertium vo instrumentum principale est hoc. ℞. mucillaginis se. lini fenugreci z sisami. añ. lib. s. farine fenugre. ℥. ij. farine ordei. ℥. iij. croci. ℥. j. vitellos oui numero. v. olei de lactuca z de papauere. añ. ℥. ij. fiat emplastrum: de quo semper radici testiculoruꝫ femori anterius z parti iferiori spine supponat petia vna grosse extensionis z calida super loco retineatur sem p. ¶ Quartum instrumentum est. ut omni mane tentet superfluitates secunde digestionis expellere: z urinas emittere. quo facto abiecto predicto emplastro statim intret hoc balneum mediocris caliditatis in quo permaneat usqꝫ ad sedationem doloris sedens uel qualitercunqꝫ placet. Et si instaret doloris augmentum potest ipsum ter uel quater in die reitera

re. Cultus descriptio. ℞. radicum pastinace domestice lib. j. radicū petrosilini. ℥. iij. seminū altee: malue: fenug. sisami. añ. lib. s. corticū papaueris albi numero. xij. camomille melliloti. añ. M. viij. seis leuistici: feniculi: cimini. carui: & ameos. añ. M. j. s. bdelij mollis & subalbidi. ℥. j. coquantur in. xxv. situlis aque usqꝫ ad ꝯsumptionē tertie ptis: & infundat in ea mediocriter cal'a totū corpus: aut saltē medietas ei⁹. Et postꝙ balneat⁹ fuerit supapponat empl'z ut dictū est. ¶ 5m instrm est. ut cū iste vir exiuerit a balneo statim accipiat coclear. s. hui⁹ eluarij dissoluēdo ipꝫ cū lacte ouino tepido. ℞. mucillagis sebestē. ℥. ij. mucilla. se. lini: fenugreci: & granorū sisami. añ. ℥. ij. penidiaꝝ. ℥. iij. croci. ℥. s. corticū mādragore. ℥. j. granoꝝ alkekēgi numero. xx. florū nenufaris. ℥. iiij. seium lactuce. ℥. ij. pulueris foliorū cupssi. ℥. j. s. fiat eluariū ultiata cōtritiōe. hoc eni eluariū potētissimū est ad strāguriā: dissuriā & reliqua pdicta. ¶ 6m instrm est. ut post assumptionē eluarij pdicti per horā. j. s. iste vir bibat. ℥. v. lactis ouini tepidi cū. ℥. ij. mellis dissoluti cum eo. lacti enim ouino nulla medicina cōpar est in debilitate renum. 18a tertij. caplo 5°.

¶ 7m vo istrm. ut iste vir añ oē cibariū suū accipiat coclear vnū hui⁹ eluarij. ℞. granoꝝ pinearū que infusa steterint in aquā calidā per diē nāle lib. s. sape albe. ℥. ij. terant simul ultimata ꝯtritiōe: & degluttant masticādo. Est eni mirabile in oi dispōne sua. qre Serapio in aggregatore de eis dixit magna expineis. cale sunt in 2° gradu: & sicce in pͣque qn̄ bibunt cū rob mūdificāt humores grossos & viscosos qui sunt in renibus & uesica: & conferunt sanitati eorum & lapidi calefactis cum çuccaro & frigefactis cū melle. ¶ 8m vo instrumentū est. ut iste vir semp in potu suo ponat aliquid de aqua sublimationis uel decoctionis radicū açori citrini: & est gladiolus: de quo dixit Dyascorides ꝙ ꝯfert stranguriosis: qui cum dolore urinam faciunt. ¶ 9m instrm est. ꝙ ualet a qualitate occulta. ℞. puluerum renum ericij exiccatorū. ℥. j. aque decoctionis cicerū nigrorū. ℥. j. s. det totū in potu mediocriter cal'm circa mediā noctē. & est de secretis Rab in libello de animalibus. Cū ergo hec omnia administrauerit per dies. x. tūc ptranseat ad meliora ut nūc sequit.

¶ 10m istrm est. ꝙ oi nocte in aurora hic doctor accipiat. v. uel. vj. ex ifrascriptis pillis. ℞. cētauree minoris. ℥. ij. gnoꝝ alkekēgi numero. x. corticū papaueris albi. floꝝ nenufaris. añ. ℥. ij. seis plātagis: acatie: dragagāti: gūmi arabici: granorū papaueris. añ. ℈. ij. medulle granorū cerasorū uel gūmi arboris ipsorū. ℥. ij. s. ligritie: anisi granorū pini. añ. ℥. ij. iusquiami albi. ℥. s. dissoluantur gūme cum succo foliorū violarum recētium: & cum eis incorporentur pulueres: & fiant pillule ex omni. ℥. vij. Et sit usus ut dictum est. ¶ 11m vo instrumentū est. ut post assumptionē pillaꝝ hic vir bibat. ℥. ij. aque calefacte sublimatiōis radicū filipēdule uel decoctionis eoꝝ. hoc eni est de expimētis a me sepissime frequētatis: & a Dyascoride acceptis. ¶ 12m vo istrm est. ut tpe quo assumit ista instra. iste vir sedeat in decoctiōe foliorū vitis albe uel radicū eius mediocriter cal'a: ꝯfert eni dispōnib⁹ ꝯsilibus aucte Gal. 6° de simplici medicina. cap proprio. ¶ 13a medicina est. ut istis tpibus hic vir in brodio pingui: aut in lacte ouino coq faciat folia agrimonie & mirabilr ꝯferunt.

¶ 14m remediū est. ut hoc eodē tpe iste vir bibat cū oi potu suo aliqd de aqua sublimatiōis folioꝝ hypericonis. Cōfert enim ad ulcera mala. 2° canon. in areola vulnerū & ulcerū. prouocat etiā ibi in areola membrorum expulsionis. ¶ 15m instrm est. ut hoc eodē tpe qn̄ vir iste exit a balneo infundat frustū lane succide bn̄ pectinate in hoc oleo. ℞. olei vio. elci lib. iij. gra. sisami. papauer. al. bdelij mollis & subalbidi. añ. ℥. j. s. croci. ℥. j. vitellos oui numero. vj. terātur simul ultiata cōtritiōe in mortario: deide ifundat lana & calefiat diligenter & applicet femori radici testicl'oꝝ & pti posteriori iferiori. ¶ 16m istrm est. ut postꝙ iste vir hec oia cōpleuerit iterū p dies. x. tunc oi mane accipiat. ℥. j. s. syr. de sebestē cum. ℥. iij. aque decoctiōis granoꝝ papaueris in aurora: & ꝯtinuet hūc potum adhuc decē diebus. ¶ 17m instrm est hoc. ꝙ iste vir saltē oi septimana semel accipiat. ℥. ij. cassienup extracte de cāna cū aqua decoc. seminū cerasi ut dictū est de eis. Et si acciperet ex eadem cassia usqꝫ ad. ℥. iij. fortasse melius esset ei ẜm maiorem tamen & minorē uentris fluxibilitatē. ¶ 18m instrm. ut ceteris nō bn̄ ꝯferētibus tpe instātie uehementis doloris: iste vir sedeat in oleū calefactū corpe eius infuso in ipsum: saltē usqꝫ ad vmbilicū. magnifice enim illud cōferre vidi: & ppie potētibus tolerare expensā. ¶ 19m vo instrm est. ut frequēter accipiat in die aliqd de aqua deco. corticū auellanarū adherētiū cōcauitati corticis & superficiei medulle. hec enim decoctio cū de ea tepida dat in potu ꝙ̄titas ℥. iiij. magnifice cōfert ad oia accñtia supradicta. ¶ 20m vo instrm est. ut post cibarium oē iste vir semp utatur hac tragea. ℞. granoꝝ pini. ℥. ij. papaueris al. ℥. j. semis portulace. lactuce. medulle cerasoꝝ. añ. ℥. iij. penidiaꝝ. ℥. çuccari albi ad pondus omniū. fiat tragea. ¶ 21m instrm est. ut tpe uehementissimi doloris ingetudinis & vigiliarū hic vir accipiat vnū de infrascriptis trociscis cum. ℥. ij. aque portulace calefacte. ℞. troc. alkekēgi: troc. stelle amborū descriptione Mes. in antidotario. añ. ℥. j. seium portulace lactuce corticū mādragore. añ. ℥. s. cū succo lactuce. fiant troc. ponderis. ℥. j. & exiccent in vmbra: & exhibeant ut dictū est. dolorem enim potenter sedant & angustiam remouent. ¶ 22m instrm est. ut sepe iste vir accipiat in cibarijs aliquid de puluere uesice apri exiccate. Scribit enim a ꝙ pluribus ꝙ mirifice cōfert huic dispōni & suis accñtibus &c. ¶ 23m instrm est. ut huic viro alijs ultimate nō bene cōferētibus cū siringa intromittatur puluis vnius medij trocisci de predictis minutissime cōtritus cū aqua sublimationis gra. alkekengi. magni eniꝫ iuuamēti expit ꝑsepe eius applicatio fere in instāti. ¶ 24m instrm est. ꝙ aqua sublimatiōis folioꝝ agrimonie mirabili iuuamēto per me expta est in sedādo dolores: mūdificādo uesicā: & mediocriter ꝓuocādo urinā: & ppie qn̄ ex ea accipiunt. ℥. ij. cū. ℈. s. puluerū radicū filipendule. ¶ Ultimum instrm est. ut cū fere oia remedia &c. nō ꝓfuerunt per siringā intromittat aliqd huius mixtionis. ℞. aque sublimationis folioꝝ alkekēgi. ℥. j. s. olei de nenufare. ℥. j. opij. g. j. croci. g. viij. iponat tepidū. sedabit enim ilico dolorē: & ab angustia: & ab accñtib⁹ mortē minātibus securabit. ¶ Accipe itaqꝫ mi çelatissime frater hec que tibi summa caritate & nō minori tristitia in tua dispōne eligere potui. ꝓcor autē sollicite multū & sepe mihi de tuo statu conscribas: ut tecū participare possim ex his que humana fragilitas offert amicis insimul & gaudere & tristari debentibus ẜm ꝙ ad hec viget honestum & morale. Altissimus autē omnipotens hec omnia dirigat in tui salutem. Amen.

Consilium. 195.

De urina nigra apparente: & nocumento renū oppilatione ipsorum: & pororum uritidorum. ¶ Diuiditur autem consilium in capitula tria.

¶ De causis predicte dispositionis. Cap. I.



Non est dubitandum de apparitione urinarū nigrarū: & que grosse sunt uelut apparēt frequēter in magnifico & armipotēti viro dn̄o Gentili armorū capitaneo &c. Tales eni urine nō pn̄tant in eo cū signis magnoꝝ & maloꝝ accñtiū. Si eni apparerēt cū mictu sanguis cū magno dolore pungitiuo & ꝑseuerāte cū signis excoriatiōis renum & colli uesice. Et iterū si tales urine ꝑsentarent semp & sine interpolatione: tūc de eis esset notabiliter hesitandum. tales ergo urine sunt magis consequentes potentiam virtutis in expellendo superfluitates per illas vias ꝙ̄ ꝙ consequantur magnam debilitatem illarum viarum. Neqꝫ enim ibi apparet aliquod accidens suspicandum nisi in partibus renū posterioribus: qđ tn̄ non est ualde intensum. & consequitur

oppilaliones eorum leues: etiã in fine pororũ uritidorum exĩtes. Cũ g̃ ppter aliqđ exercitiũ: aut ppter usũ aliquorum apiẽtiũ dissoluunt̃ ille mãe: tũc statim expellunt̃ urine grosse. Mãe eni in oppilationib⁹ stãtes ebullierũt: ⁊ extraneate fuerunt ibi ⁊ receperũt nigredinẽ a sanguine renũ ⁊ chilis a quo nõ euacuant̃ predicte ptes. ⁊ qñ ↄtigit hoiem gescẽ a motu uel exercitio: tũc mãe predicte nõ fluctuãt neq; ebulliunt ibi. vñ nõ cõmiscent̃ predictis: ita ꝙ icitẽt ṽtutẽ ad sui expulsionẽ. ¶ Ex quo fundamẽto appet ꝙ ꝙ̃diu expellent̃ iste mãe se melius habebit eger: ꝙ si non expellerentur. ¶ Et sequitur secundo ꝙ si ipse quiesceret a fortibus motib⁹. tunc finaliter reduceretur ad sanitatem completam. Uñ apparet ꝙ in regimine huius viri necessariũ est pcedere cũ mundificatione renuz ⁊ oium viarum urine a predictis materiebus.

¶ De regimine eius per sex res non naturales. Cap.II.



que horas abstineat. ꝛ bibat totum in aurora cũ aq̃ lactis capͥni cal'a. post q̃s quinque horas accipiat cyathũ vnũ aque ordei cal'e. post cui⁹ aque potũ p vnã horã prãdeat. ¶ Sũpto mioratiuo sequẽti mane incipiat assumẽ. ʒ. ij. huius syrupi cum aque buglosse. aut aque scabiose. añ. ʒ. j. s. accipiat ipsum in aurora cal'm. ꝛ nõ comedat neqꝫ bibat post ipsuꝫ nisi q̃tuoꝛ horis elapsis. ℞. floꝝ boragis. buglosse. hypericonis. ualeriane. thimi epithimi añ. M. j. radi. cicoree endiuie calẽdule. dauci. feniculi. añ. M. vni⁹ ptes duas. radicũ brusci. M. ij. s. se. cõmuniũ frigidoꝝ. gnoꝝ peonie ꝛ lupulorũ. añ. M. s. absinthij. assari. eupatorij. camedreos. camepitheos. añ. M. j. s. bulliãt in lib. x. aque usqꝫ ad ꝯsumptionẽ medietatis. deinde colent' ꝛ exp̄mant'. ꝛ p̄dictis addant' aceti albi lib. j. çuccari al. lib. j. s. ꝛ coquant' usqꝫ ad spissitudinẽ syrupi. ¶ Sũpto syrupo purget' cũ hac medicia. ℞. el'uarij indi descriptiõe Mesue. ʒ. ij. el'uarij succi rosarũ. ʒ. j. s. cassie de cãna nouiter extracte. ut supra. ʒ. vj. bibat in aurora: ꝛ fiat custodia ut supra. ¶ 2ª regula obseruãda est: ut post purgationẽ accipiat oi mane coclear vnũ hui⁹ mixtiõis. ℞. trociscorũ de viol'. troscicoꝝ de ros. cũ scie acetose. añ. ʒ. ij. sperum triasandaloꝝ sine cãphora. ʒ. s. ꝯserue violaꝝ. ʒ. j. s. conserue ros. ꝛ buglosse. añ. ʒ. ij. spodij subtilissime triti. ʒ. j. fiat el'uarium. ꝛ nõ comedat post ipsum nisi trãseant hore tres. ¶ 3ª regula obseruãda est. ut uẽter eius fluxibilis existat. ꝛ si qdeꝫ natura nõ rñderet. accipiat oi 3ª die añ cenaꝫ duas de istis pillis. ℞. aloes epatici boni. ʒ. j. reubarbari electissimi. ʒ. s. spice masticis spodij rosarũ añ. ℈. j. salis gẽme. g. viij. infundant' in aqua cicoree uel endiuie usqꝫ ad coopturã ipsoꝝ p quinque dies. deinde ex eis fiant pille: ꝛ accipiant' ut supra. ¶ 4ª regula obseruãda talis est. ut si qua euõ ab eodẽ solita fuisset retẽta: ilico puocet'. sicuti a narib⁹ fluere solebat sanguis: fiat ipsius puocatio titillãdo in nares cũ extremitate pẽne uel alteri⁹ festuce: aut cuꝫ setis porcinis. Si võ retente fuissent emoroides: fiat earũ fricatio cũ lacte fici: aut cũ felle tauri: aut cũ aqua infusiõis pisciũ salitoruꝫ: que oia mihi experta sunt. ¶ 5ª regula est. ut oino caueat ab applicatiõe medicinarũ acutaruꝫ super loco apostemoso: nisi maxima precedente deliberatione ꝛ cautela. ut inferius tanget'. ¶ 6ª regula est. ut dũ hec fiũt in die nãli: quater vngat' locus cuꝫ hac mixtura. ℞. olei de vitellis ouoruꝫ in sartagine frixi. ʒ. s. olei de sisamo ꝛ de camomilla añ. ʒ. s. medulle cruris vituli lactentis. ʒ. x. dissoluantur omnia ꝛ administrent' calida mediocriter: ꝛ superponat' lana. ¶ 7ª regula est. ut post euõnẽ oi mane añ prãdiũ ꝛ cenã per duas horas applicetur uẽtosa vna magna sine scarificatione in parte domestica tybie: in medio eius magis carnose. ꝛ ita fiat sex diebus. Illis võ imediate sequẽtibus sex apponat' uentosa p̄dicta in domestica pte cruris distãtis a genu per digitos 4ºʳ. Et ultia die scarificatione cõdecẽti extrahendo sanguinis. ʒ. v. ¶ 8ª regula est. ut si p hec igenia vĩ apa diminui ꝛ ꝯualescere locũ p̄dcis itẽdat' reiterãdo frequẽtatas cũ p̄dictis pill'is euõnes uẽtosatiões cruris sine scarificatiõe ꝛ iunctiõe p̄dicta. ¶ 9ª regula est. ut si per p̄dicta nõ videat' apa detumescere supponat' hoc empl'm mihi sepe exptũ in resoluendo superfluitates ex pfundo musculoꝝ ꝛ aliarũ ptiũ: ꝛ cõuenienter ꝯsumit humiditates. ℞. lapidis marchasite. ʒ. j. vitrioli viridis. ʒ. iij. resine pini electi. ʒ. j. s. medulle crurium vituli. ʒ. ij. puluericent' omnia: ꝛ dissolutis dissoluẽdis fiat empl'm: ex quo calido bis in die nãli emplastret' locus. ¶ Si aũt per hec predicta nõ curat'. nõ laudo medicinarũ causticaꝝ applicationẽ. ne ppter sui acuitatẽ mãm furere faciant ꝛ fluxum ad locũ aliunde puenire. aut ꝛ 3º q2 nõ euacuantur a gradu uenenositatis. quã in hoc casu dubito. ¶ Si autem fuerit circa talẽ eminẽtiã oino auferre cõsilium opportunũ est. ut administret' cauteriuꝫ actuale. cuius figura scribetur inferius. Et cura in administratione ipsius est: ut in hoc nobili uẽtris p̄missa mũdificatiõe. ꝛ in hora diei ab ortu solis usqꝫ ad tertias: fiãt defendentia mãerum fluxum circa locũ. ita q2 cooperiat' pãnis ifusis in aq̃ ros. ꝛ vino gnatoruꝫ cũ terra sigillata bolo ar. ꝛ acatia cõmixtis. Operatoꝛ autẽ cauteriũ cãdẽ faciat usqꝫ ad rubificationẽ circumcirca: q2 locũ apostemosum sine aliq̃ pfundatione usqꝫ ad totalem eminẽtie abscissionẽ cauteriçãdo pcedat. loci. aũt tumores ex s'monib⁹ anothomie cognoscere poterit: ex multitudine uenarũ arteriarũ neruoꝝ extremitatibus lacertoꝝ ꝛ panniculorũ. que oia attẽte ꝯsideret: ꝛ cũ piitia illustrium physicorũ talẽ opationẽ fieri ꝯsulo. Oino eni pretermittẽ talẽ opationẽ securius esse diiudico. ¶ Si aũt tale cauteriuꝫ fieret supponat' cõbusto loco hoc vnguẽtũ usqꝫ ad casum escare. ℞. olei viol'. butyri. añ. ʒ. j. cere albe. ʒ. ij. dissoluantur ꝛ incorporent' oia. post casum aũt escare optimũ esset: propter consumptionẽ reliquie mãe: ꝛ exiccationẽ: ꝛ loci cõfortationem quibusdam diebus pcedẽ cũ vnguento apostolorũ. post illud autem cum regeneratiuis ꝛ sigillatiuis medicando procedere. ꝛ hec de p̄mo capitulo dicta sufficiant.

¶ De cura cancri. Cap. II.


I aũt ex signis premissis appet mãm huius apatis malignari. ita ut ad cãcri spẽs reduci posset a quo gl'iosus deus hũc nobilẽ tueat': sapiẽtissime ꝛ mltũ blãde in ei⁹ regimine pcedẽ opꝫ. ¶ Primo qdẽ cũ rectificatione regiminis ex pte reꝝ nõ nãliũ: ut 4º cap. videbit'. ¶ 2º cũ euõnib⁹ frequẽtatis. de q̃rũ numero elegãtioꝛ est ꝛ tutioꝛ: ut accipiant' aque mellis ꝛ aque lactis capͥni. añ. ʒ. ij. epithimi. ʒ. ij. misceant' ꝛ dent' in potu. dieb⁹ aũt itermedijs grã digõnis dent' syrupi acetosi simplicis. ʒ. ij. aque sublimationis rosmarini folioꝝ hedẽ. añ. ʒ. j. Inest eni rosmarino ppͥetas maxima mũdificandi arterias ꝛ uenas toti⁹ corporis a mala mã ppter maximaꝫ vim ꝯsumptionis ꝛ exiccationis sue. ut Dyascorides de eo scripsit in p̄ cap. in uera trãslatione illius. quare multũ approbo usum ipsius omni modo assumptionis. ¶ 3º võ cuꝫ localibus appropriatis nõ multũ fortibus in cura eius pcedẽdum est. Et lꝫ plura auctoꝝ illustriũ sentẽtijs scribẽ possem. solũ tñ illa que quotidiana experientia me docuit utiliora conscribere utilius duxi. ¶ Primo igit' maxime utilitatis est. ut accipiant' plante ꝛ folia vndengeri. quã sic uocat Serapio. de qua fit empl'm cũ aq̃ ꝛ melle. Dyascorides aũt hãc plãtã scribit erismõ ꝛ cũ bñ diligẽter attẽdat' est plãta quã italici uocãt erucã syluestreꝫ. de qua s'm Dyascoridẽ fiat emplastrum cum mulsa. i. aqua mellis. ¶ 2ᵐ magne utilitatis est. ut accipiantur grana raphani: ꝛ bene conterãtur cum aceto leuis acredinis: ꝛ ex eo sepe locus emplastretur cancerosus. ¶ 3ᵐ spãle est hoc. ℞. passularum pinguium lib. s. foliorum hedere recentium. ʒ. iij. conterantur simul diu. ꝛ ex eis emplastretur locus per se.

Post hoc aũt: q2 psepe ɔtigit locũ ulcerari. si ita cõtingeret: placuit ad ꝯsilij cõplemẽtum quedã maxime utilitatis experimẽta ꝯscribere. ¶ Primuꝫ est. ℞. pulueris cancrorũ fluuialiũ cõbustorum. ʒ. iiij. tucie tricesies ablute cum aqua fontis. ʒ. j. misceãtur oia simul cũ aqua mellis: ꝛ fiat linimẽtum. ¶ 2ᵐ est. ℞. litargiri diu cõtriti in mortario plumbeo. ʒ. j. succi solatri. q. s. icorporent' sil' ꝛ liniat' ex eo locus. potẽter eni aufert punctionẽ mordicationẽ ꝛ malã cõpl'õnẽ calidã. ¶ 3ᵐ est hoc. ℞. tucie preparate: ut prius. ʒ. j. litargiri. ʒ. ij. pulueris florum rosmarini. ʒ. s. olei de kerua. ʒ. iiij. terant' omnia sil' lõgo tempore in mortario plumbeo: ꝛ medicet' ex eo locus. Est eni potẽtius ad exiccãdum mãm ꝛ virulẽtiã omnem. ¶ 4ᵐ singulare remedium ad oia predicta est. ut ex succo plãte: quã qdaꝫ uocãt herbã demonis sepe liniat' locus. plãtã autẽ hãc italicorum plurimi uocãt albergã. Aliqui võ vngariam uocant. ꝛ est maxime utilitatis in sedando inflammationes ꝛ dolores mordicatiuos: prohibendo ulcerationem ambulare: ut experientia vidi: ꝛ forte ista est planta: ut mihi apparet quam Dyascorides erismon uocat. de qua dictum est. Nam odoꝛ ei⁹ odori eruce similatur. similiter ꝛ sapoꝛ utriusqꝫ magnã

habent insimul conuenientiam. ut experientia patere potest. & hec de 2° capitulo dicta sufficiant.

¶ De modo rectificandi accidentis. Cap. III.

Pro expeditione vo capl'i tertij premittēdum. q̄ & lz acc̄ntia que. s. mox & alias exituras emūctoria les cōcomitari possent. plurima esse possint: coia tn̄ sunt mala cōplexio calida cuz inflāmatione & mordicatione ibi pcepta. ¶ Durities etiā & grossities neruoꝝ chordaꝝ & pāniculoꝝ ibi exn̄tiuz. ¶ 3m est stupor uel diminuta sēsatio ibidē remanēs ad qd̄ plurimū sequtur ambulādi phibitio. ¶ Pro cuius remotione fiat vnguentuz tale de quo sepe locus vngat̄ frigido aut leuissime calido. ℞. olei violaꝝ. ℥. ij. amili. ℥. vj. ceruse litargiri. an̄. ℥. ß. pulueris melliloti. camomille an̄. ℥. ij. croci. ℈. vj. cere al. quātum sufficit fiat vnguentum. qd̄ postea bulliat in. ℥. iiij. succi lactuce usq₃ ad cōpositionem illius succi. ¶ Pro remotione vo scd̄i acc̄ntis. ℞. mucillaginuz fenugreci. & se. lini an̄. ℥. j. bdelij mollis & subalbidi dissoluti cum modico aceti al. ℥. j. ß. croci. ℥. j. cere al. ℥. j. ß. medulle cruriū vituli. ℥. j. croci. ℥. j. fiat vnguētum s̄m artē. ¶ Pro stupore vo remouendo aut in pte auferēdo. ɔfert etiā hoc vnguētum imediate scriptum. De exptis aūt est. ut inūgat̄ sepe locus cū pinguedine taxi. 2m est pinguedo vrsi. 3m est & alijs fortius: ut vngat̄ locus cū pinguedine leonis. & hec de tertio capitulo.

¶ De regimine eius per sex res nō n̄ales. Cap. IIII.

In regimine vo tam in actu curatiuo huius q̄ preseruatiuo diligēter inspiciēdū est. Opz enim oium rerum nō n̄alium administrationē cuz cōtrarietate applicari. cum igit̄ predicte dispōnes existāt apostemata ex mā sanguinea. cui etiā fortasse nō parum flegmatis admiscet̄ salsi. Ideo opz regimen in cibis ad infrigidādum & exiccandum inclinari. ratione tn̄ alicuius adustionis conueniret administrari frigida & humida. Et ppterea mihi appet regimē eius ɔuenienti° esse. ut ex frigidis & siccis potētia mediocriter humidis cōfrāgat̄. ¶ Sit igit̄ panis ei° aliq̄liter furfuraceus grossus mediocriter decoctus parum salis accipiens. & habeat duplum fermēti respectu cois panis: optimū aūt est: ut procuret comedē panem precise ex ordeo factū: leuiter salitū & fermētatum ut p̄us. & sit ordeū pro posse depilatū. ¶ De carnibus aūt utat̄ pullinis anatinis pdicum & fasianoꝝ. Columbos aūt oino fugiat. sil'r carnes vitulinas, vituli lactentis. agninas & castratinas. Et de syluestrib° ut leporias cuniculinas. & sil'r oēs leuis & facilis digestionis. & leuis pinguedinis. Carnes aūt porcine & cōsimiles multū humide: multuz viscose & pingues nō placēt. ¶ Cuz predictis aūt carnibus semp bullire faciat res aliq̄liter infrigidātes cū exiccatione: aut humectatione leui: ut sunt borago lactuca acetosa endiuia portulaca atriplices spinachia bleta folia violarum semina coia cucurbita suis tēporib° recēs: & alijs tēporib° exiccata & pre ceteris portulaca sicca. ¶ De apientib° aūt cum caliditate nō trāscēdat: q̄le est petrosil'. & feniculus: aut q̄lis est daucus uel apium. De fortiorib° in pauca quātitate raro sumat. Jusculaetiā de farina ordei summe placēt. Cōsimiliter etiā & pānicū & far adrum noīatuz. Caules aūt & reliq̄ cibaria melācholicitatis potētiā includētia oia dimittātur. ¶ Aromatib° aūt raro & in pauca quātitate utat̄: & nō trāscendat: q̄lia sunt crocus macis nux muscata: & sil'r leuiter calida. ¶ De saporibus aūt: & lz p̄ma frōte nō videretur esse ɔueniens acetū. ppterea q2 melācholiam excitat: q2 tn̄ aliqd melancholicitatis in hac mā cōmiscet̄: illud est ppter adustionē genitū. Ideo nō videt̄ incōueniēs aceti usus: & marie mediocriter acetosi. Infrigidat enim & exiccat icidit & apit. Sil'r & agresta sine sale: aut leuissime salsedinis succus granatoꝝ & citrangulorum ɔuenire possent. ¶ De fructib° aūt euitet sicut pira castaneas nuces auellanas ficus siccas fisticos pineas: & reliquos fructus difficilis digestionis oppilatiuos grossi nutrimēti: & aliqd vnctuositatis h̄ntes ut sunt nux ficus pinea & sil'ia. Pomis aūt dulcib° & peponib° ficubus recētib° vuis: & ɔsil'ibus lenietibus & apientib° facilis digestionis & boni nutrimēti uti pōt. ¶ Uino aūt utat̄ albo aromatico subtili aliq̄liter pōtico uel in sapore mediocri. Dulce aūt vinū oino fugiat & ceruisiā & oēs pot° sua dulcedine uel substātia humores cursibilitati & ebullitioni dispōnētes effugiat. Optimū aūt est ei ut potui suo tpe ueris & estatis & autūni semp cōmisceat tertiā ul' q̄rtā pte aque sublimationis boragis. hyemali vo tpe ɔfrāgat vinū ex aq̄ cōmixta ex sublimatiōe boragis duaꝝ ptiū: & 3a ex aq̄ sublimationis rosmarini in pāno de sindone raro & tali vino utat̄.

Ex p̄missis appet q̄liter aer camera & locus in q̄bus h̄itat debēt eē ad frigiditatē & siccitatē inclinata. ¶ De annexis aūt euitent̄ uestes epar & renes: imo totū corpus calefaciētes: ut pelles vulpinas & similes suffultas. lōga etiā statio in stuffis (sicut est talis p̄rie cōsuetudo) non mihi placet: imo si pōt oino dimittat.

De motu aūt & quiete dicendū q̄ & lz exercitium gr̄a cōsumptionis supfluitatū cōuenire videat̄: q2 tn̄ corpus nō est mūduz & exercitium supfluitates agitādo fluē facit: & ɔsuetudo mēbroꝝ: q2 fortia mēbra supfluitates suas expellunt ad debilia. p̄ma p̄mi. cap̄ de mēbris in fine. Ad qd̄ etiā adiuuat pōderositas & fluxibilitas materierum inclināes eas ad inferius: quare laudo magis ut quiescat q̄ exercitet̄: loco aūt exercitij uti pōt fricationibus pedum & crurium usq₃ ad genu cū panno aspero factis: similiter fricationibus capitis & spatularum ieiuno stomacho ut mās diuertant & euaporare faciant.

Oia aūt aīe acc̄ntia humores & sp̄us calefaciētia ebullire faciētia & īflāmātia corpus: ut ira furor & sil'ia. Sil'r etiā & pmouētia aiam & corpus ad nimiā ɔsumptionē & exiccationē dimittant̄. Tristari aūt & frequēter sollicitari de īpossibilitate curationis ualde nocēt. Cōfortetur igit̄ & spet sanitatē quā sibi de° oipotēs prestabit ut spero.

Circa repletionē aūt iā factā q̄liter pcedēdū sit in p̄ cap̄ regiminis curatiui patē pōt per euacuationes ul'es & pticulares ibi positas. Circa aūt repletionē euitādā fieri has regulas obfuet.

¶ Prima ut nunq̄ cibū accipiat nisi cognouerit p̄sil'ptū cibū fuisse cōplete digestū: in quo nō parū plurimi alemanoꝝ peccāt multū lōgo tpe & sepe comedētes. Colligit̄ hec snīa 3a primi. cap̄ de regimine ei° qd̄ comedit̄ & bibit̄. ¶ 2a regula est ut nunq̄ cibū accipiat: nisi fames ipsum inuiterneq₃ tardet accipe cibū q̄n famescit. Colligit̄ ut supra. ¶ 3a regula est ut semp preassumat cibaria leuia & lubricātia. de q̄bus in p̄n° capl'i huius libri colligit̄ ut supra. ¶ 4a regula est ut nunq̄ cibū accipiat usq₃ ad cōpletā saturitatē. Deterior enim comestio est que stomachi grauitatē efficit: sicut deterior pot° qui in stōcho natat & fluctuat: & colligit̄ ubi supra. ¶ 5a regula q̄ nunq̄ cibū comedat nisi ip̄m pfecte masticet. qui eni odit vitā suā cibū sine optia masticatiōe degluciat. ¶ 6a regula est ut nunq̄ in vna comestione diuersa & plurima cibaria assumat & pot° etiā diuersos: ɔtra oēm alemanoꝝ usum. nihil enim deterius q̄ diuersa cibaria simul ɔiungere: & cum hoc in comedēdo tēpus plongare.

De somno aūt & vigilia sic pcedat. Nunq₃ dormire icipiat nisi per duas horas post cibū. tūc eniz dormire icipiat sup dextro p̄us latē: deide post p̄mū somnū sup sinistro se uertat. Dormitio eni resupina in casu isto pōt aliqd utilitatis afferre: q2 supfluitates ad posteriora declinare facit. ¶ Mēsura aūt dormitionis nō transeat septē uel ad plus octo horaꝝ spatiū. Si aūt ɔtingeret excessuz in somno & vigilia fieri: meli° est in vigilia multū excedē. q̄z in dormitione: plixa eniz vigilia supfluitates diuertēdo euaporare faciendo & ɔsumēdo corpora extenuat. Somnus vo supfluus corpora replet & humectat reumatismos gn̄at & mās ad loca debilia fluere preparat. Hec sunt que de regimine huius nobilis utiliora aperire potui: figura

autem cultellaris cauterij supra tacti est ista: et fiat de ferro. Ad laudem dei. Amen.

Cōsilium. 200. De apostemate in inguine.



Difficile maxime videt reducē dispōnē hui⁹ viri ad uerā cognitionē et adeqtū capl'm. Apostema durū malignū in inguine tēdēs ad cācruz in oi aposte mate cronico malignat' mā pp lōgā stationē in loco que arguit uel associat ptis illius debilitatē maximā: qz debilitato calore inato corrūpuntur mãe diu stātes in locis etiā si pus fuissent laudabiles.

Cura flobotomia. deide ℞. cassie tracte cū aq̄ lactis. ℥. j. epithimi thimi. añ. ℈. j. reubar. agarici. añ. ℈. ß. ςς. spice nardi. añ. ǧ. v. salis gēme. ǧ. j. fiat infusio. colatura det' pro minoratiuo. ¶ Digestiuū. ℞. floꝝ bora. bug. hypiconis ualeriane thimi epithimi. añ. M. j. radicum cicoree et endi. calēdule dauci feni. añ. M. j. ptes. ij. radicum brusci. M. j. se. coium frigidoꝝ granoꝝ peonie et lupuloꝝ añ. M. ß absinthij assari eupatorij camedreos camepitheos añ. M. j. ß. bulliāt oīa in lib. x. aque ad ↄsumptionē medietatis. post colature exp̄ssē addat' aceti al. lib. j. çuccari lib. j. ß. coquātur usqz ad spissitudinē sy. Dos. ℥. ij. cū aq̄ bug. et scabiose añ. ℥. j ß. ¶ Eradicatio. ℞. eluarij idi: eluarij succi ros. ana. ℥. j. ß. cassie tracte cū aq̄ lactis. ℥. vj. ¶ Electuariū. ℞. troc. de viol. de ros. de spodio cum se. acetose. ana. ℥. ij. spodij subtilissime triti et buglosse. ana. ℥. ij. fiat electuariuz. Dosis coclear vnū exptum emplastrum in resoluendo superfluitates ex pfundo musculoꝝ consumendo humiditates.

Consilium. 201. De tumore in testiculo cuz duritie et dolore.



Iste nobilis Bononiensis egrotat' dispōne quam al's passus fuit saltē bis: et est tumor cū manifesta duritie in testiculo dextro ipsi⁹ qui qñqz associat sibi dolorē satis uerēdum: et minatur sibi hec dispositio carnosam herniam: et proprie si perseueraret et conuerteretur ad duritiem fortem.

Oportet igit' ei puidē citissime anteq̄z res antiquetur. ¶ Caueat ǧ sibi ab oi legumine et a rebus ualde salsis et a multitudine reꝝ acutarū ut piscib⁹ salitis sinapismo et ↄsilib⁹: et comedat pisces elixos frixos. Item spinachia bleta iura cicerū rub. riso cuz amigdalis. utatur passulis ficub⁹ siccis arācijs et ↄsimilib⁹. bibat vinum albuz subtile: et boni saporis aliq̄liter aque cōmixtuz. precocta tñ: usque quo erit perfecte sanatus. utatur sparagis rampōtiolis lactuca cicorea lupulis et similibus.

De remedijs vo medicinalib⁹ oino videret' mihi neciuz q̄ iste nobilis faceret sibi fieri flobotomiā de uena basilica dextri brachij per quaz extrahere faciat de sanguine. ℥. iij. vel. iiij. ¶ Facta flobotomia sequēti die imediate accipiat hūc potum. ℞. eluarij indi. ℥. iij. ß. bibat ipsuz cū modico vini al. subtilis et calefacti hora x. et tardet cibū usqz ad horā. xvj. et in hora. xv. bibat cyathū vnū aque cocte cū çuccaro calefacte. ¶ Die vo sequēti imediate supponat toti testiculo istā vnctionē calidā totū membrū vngēdo diligēter absqz fricatiōe aliq̄. ℞. olei de sisamo ℥. ij. olei de euforbio. ℥. ß. misce nō calefiat totū: sed semp accipiat' de eo quātū sufficit pro vice vna. Cū ǧ fecerit inunctionē suprascriptā: tūc statiz supponat petiā vnā magnam rotūdā amplectētē totā bursam testiculoꝝ et pmutet ipsum oī die bis extēdēdo sup petia ipsuz bn̄ grossum et mediocriter calidū. s. emplastrū. ¶ Dū ǧ ↄtinuat istud emplastrum si uēter ei⁹ nō esset bn̄ largus sicut esset ↄsuetus: tūc utat' isto eluario de quo añ cenā assumat coclear vnū. ℞. medulle se bestē exicte cū aq̄ decoctionis folliculoꝝ sene. ℥. iiij. cassie fistule exicte cū pdicta aq̄. ℥. iij. diagridij. ℈. ß. fiat eluariū. Cū ergo isto utit' emplastro: tūc oino q̄escat et nō ambulet: et cū fecerit ista per septimanā vnā scribat de statu suo. ego enim alia remedia efficaciora scribā ꝑm q̄ res terminauerit.

Cōsilium. 202. De sterilitate seu impotētia ad generāduz: et erectionis virge.

¶ Diuiditur aūt ↄsilium ad capitula tria.

¶ De causis impotentie erectionis virge. Cap. I.



Rationabiliter ↄtēplanti ea que de dispōne magnifici dñi comitis scripta sunt satis facile pōt appere cā sterilitatis uel ipotētie gñationis. Cū enim nobilis mulier ei⁹ defectū gñationis hēre nō possit ex his que iformatiue scripta sūt: opz illius cām assignari viro cui copulat': et a quo recipit': neqz est mirabile hoc: imo ualde uerisimile videt'. ¶ Ad generationē igitur exigit' debita v̄ge erectio: et erectionis pmanentia. ad hoc ut virga ↄueniēter os matricis ingrediat': et ibidē ↄfricationez faciēs delectationē faciat: et eadē ab ea recipiat etiā per debitā erectionē ↄueniēter ingressa virga in eius concauitatem sperma conuenienter effundat. cū igit' virga nō bn̄ erigit' et erecta nō bn̄ pdurat tales effect⁹ dicti non ↄsequnt' qui ad gñationē necij sunt. ¶ Amplius et si spma in uasis ꝓprijs in q̄bus gñat' nō est ↄueniēter excoctū nō poterit esse apta gñatiōis mã. imo ipeditiua magis. Cū igit' tales cāe in magnifico dño comite iueniant': nihil mirabile si sterilis est et nō fecūdus. ¶ Indebite igit' erectionis v̄ge cām in eo accipere nō possumus eē siccitatis ligamētoꝝ: cū humidus ualde nāliter et etatiue sit. Neqz etiā spasmū aut palesim mēbroꝝ genitaliū. Neqz cū hoc adsunt oppilationes inter mediū cordis aut epatis exītes cū deficiāt signa talē oppilationem arguētia. ¶ Et si etiā plures alie p̄ter istas possent esse cāe coit⁹ et gñationis ipeditiue et erectionis mēbri: nā tñ videt' eē ꝓpinq̄or et efficacior q̄z mala cōplo humida toti⁹ et maxie in renib⁹ et mēbris genitalib⁹ augmētatiua cū multitudine flegmaticaꝝ mãerū que nālē calorē suffocādo extīguūt uel debilitatē adducūt. neqz uētositatē ad gñationē neciaz gñare posset. q̄re deficiat erectio. Neqz etiā calor potēs est ad debite coquēdum mãm spmatis. q̄re spma gñatur aquosum et fluidū. qd̄ nec gñationi nec delectationi ↄueniens est.

¶ De cura per dietam. Cap. II.



Uicitaqz nocumēto subueniēdo et si lōgo ꝑmone multisqz modis uti possem. leuius tñ et utiliorib⁹ remedijs puidēdū esse mihi visuz est. ¶ Ita q̄ ↄtuat' regimine sex reꝝ nō nālium ad cal. et sic. inclinātiū: lz cū mēsura rerū ꝑm gradū trāseūtiuz mō pcedat' admistrādo camerā et locū habitatiōis cal. et sic. absqz humiditate uēto et reumate a muris antiq̄s eleuata. stationē et dormitionē in loco terraneo euitet oino. ¶ In cibo utat' pane recēti duoꝝ uel ad plus trium dierum ↄfecto cum semine napi pulueriçato. ita q̄ in vno pane sit predicti pulueris. ℈. j. ¶ Carnib⁹ utat' piguib⁹ iuuenib⁹ et laudabilibus nō ualde salsis cū sapore ex croco pipe lōgo et puluere caude stinci ↄfectis. ¶ Acria vo et acetosa et pastilia et viscosa euitet cōdita. ¶ Exercitio mane et ante cenā mediocriter utat'. et ipsum post cibum euitet. ¶ Dormitionem longam et maxime sup cibū oino fugiat. Lōga eniz dormitio ita coitū impedit sicut multa ciboꝝ et potuū repletio. ¶ Effugiat sollicitas angustias: irā: et furiā: et malā cogitamina. et continue medit' de coitu et uarijs coeundi modis. Justitia tñ et reuerentia honestatis moraliter seruata. Audiat igit' lectiones istoꝝ de luxu et coitu fabulātum de mulieribus et viris in coitu negociantibus. et accipiat sepe tauroꝝ equoꝝ: pecudum: et alioꝝ brutoꝝ uarios coeundi modos. ¶ Repletionem ex cibis et potib⁹ multā oino deuitet. Hoc eniz maxime gñationem et coitū impedit: cūqz ciboꝝ repletionē pcipit ieiunio ipsam corrigere melius est q̄ cum medicinis.

¶ De cura per medicinas. Cap. III.

Hec regimine medicinaliũ.xv.simplicia collaudo qb' uti debet.⁊.vij.cõposita que sunt ista. ¶ Primũ simplex est usus croci in cibarijs.excitat eniz libidinẽ:ut Serapio scripsit. ¶ 2m est porrũ non trãsplãtatũ in aq̃ coctũ ⁊ comestũ. ¶ 3m est pulvis se.eruce ex quo bibat ʒ.5.cũ vino dulci añ cibuz. ¶ 4m est pulvis vge tauri exiccate.de quo.℈.j.bibat añ cibũ cũ vino dulci ⁊ potẽti. ¶ 5m est comestio granoꝝ açelini añ cibuz ⁊ post. ¶ 6m est comestio satyrionũ recẽtiuz cũ çuccaro añ cibũ uel pulvis eoꝝ cũ decoctione eruce. ¶ 7m est cinamomũ subtile qđ comestũ añ cibũ facit erectionẽ magnã. ¶ 8m est positũ gra noni q̃ testiculus vulpis cũ suo appẽsorio alligatur coitũ ⁊ erectionẽ facit. ¶ 9m est semẽ pastinace pulverizatũ ⁊ cuz vino bibitũ. ¶ 10m sunt radices iringi sepe comeste cum melle recentes. ¶ 11m est.çç.cõditum cũ melle sepe añ cibum acceptũ. ¶ 12m est pulvis stincoꝝ: ⁊ ꝓprie caude eius bibit' cum vino dulci: ⁊ sit dosis eius.ʒ.j. ¶ 13m est frequens comestio passeꝝ in cibis. ¶ 14m est fel apri ex quo si inungat' virga erectionem ⁊ magnam delectationem in coitu facit. ¶ 15m est pulvis se.lini cum çuccaro sumptus in cibis. Et nota q̃ hec oĩa cum hoc q̃ ꝓvocant spermatis augmẽtum mirabiliter ualent ad faciẽdum virge erectionem ⁊ cõfortãdum coitum omni fere specie confortationis.

Nũc de cõpositis dicẽduz. ¶ Primũ igit' cõpositum est hoc. ℞.se.lini.ʒ.5.pipis al.ʒ.ij.mellis cocti.℥.j.fiat eluariuz ⁊ añ cibũ comedat'. ¶ 2m cõpositum est hoc. ℞.salis stinci vel carniuz eius positaꝝ supra renes.ʒ.j.se.eruce.ʒ.5.misce ⁊ accipiat' cũ ovis sorbilib' ⁊ bibat vinũ dulce post. ¶ 3m cõpositum est hoc. ℞.se.napi eruce pastinace lingue avis carniũ stinci.añ.ʒ.iij.musci.℈.5.malaxent' cũ oleo de pineis.⁊ post triduũ fiat eluariuz cũ.℥.iiij.penidia.⁊ lib.5.mellis ⁊ est mirabile.⁊ accipiat' mane ⁊ sero cuz vino dulci. ¶ 4m cõpositũ est hoc. ℞.se.eruce.ʒ.viij.cimini ʒ.iiij.pipis.ʒ.ij.semẽ portulace.ʒ.j.mellis dispumati.℥.v.fiat eluariuz ⁊ est nobile accipiat' sicut predictuz. ¶ 5m cõpositũ est hoc. ℞.çuccari al.lib.ij.coquant' cuz aq̃ decoc.se.napi ⁊ supaddant' hec. ℞.granoꝝ pinee.℥.v.fisticoꝝ.℥.iij.cina.se.eruce pastinace.añ.ʒ.ij.5.radi.irigi.ʒ.iij.pipis al.⁊ lõ.ana.ʒ.j.fiat cõfectio ut pineata ⁊ accipiat' ex ea ante cibuz ⁊ post cum potu vini albi subtilis ⁊ aromatici. ¶ 6m cõpositũ est hoc. ℞.musci.ʒ.5.distẽperet' cũ balsamo ⁊ ex ea vngatur caput vge mirabiliter ꝯfert ad faciẽduz erectionẽ. ¶ 7m ⁊ ultimũ est hoc. ℞.formicaꝝ magnaꝝ hñtiũ alas.ʒ.iij.olei de sisamo: ⁊ de lilio.añ.℥.j.infundant' formice in oleis: ⁊ p vj.dies soli exponant': deinde colet': ⁊ colature addant' hec ℞.euforbij.℈.j.pipis ruthe.añ.ʒ.j.sinapis.ʒ.5.⁊ iterum soli exponant' per dies.viij.de hoc vga ⁊ testiculi ⁊ inguina inũgãtur ⁊ est optimũ. Hec sunt flores oĩum sermonum sapientum: dirigat aũt ea altissimus oĩum congenitor ⁊ cõditor in salutem dñi mei saluberrimi ⁊ generosi dñi comitis de Spanno sua misericordia ⁊ pietate.

Consilium.203. De apostemate testiculoꝝ.



Ista fuerũt iterrogata sub plenã informationẽ huius dispõnis respõdeatis mihi ad infrascripta oĩa. ¶ Primo a quãto tpe citra incepit tumor in mẽbris genitalib'. ¶ 2o si predict' tumor est in ambob' testiculis an in vno tm̃. ¶ 3o si est in dextro aut in sinistro. ¶ 4o si tumor ille est cũ magna duritie ꝼm sui totũ aut in aliq̃ parte cũ duritie: ⁊ in alia cum mollitie. ¶ 5o si est ibi rubedo cũ claritate aut obscuritate. ¶ 6o si est ibi caliditas manifesta cũ pũctione aut non. ¶ 7o si est ibi pulsatio aut nõ. ¶ 8o si dolor extẽditur usq̃ ad inguina uel non. ¶ 9o si sentit' in loco illo põdus cũ gravitate descẽsus. ¶ 10o si in aliq̃ pte inuenit' pruritus. ¶ 11o si sentit' aliqđ nocumẽtũ in urinando difficulter. aut si urina distillat involuntarie. ¶ 12o si tumor ille continue crescit aut equaliter stet.

Apparet ex his que mihi rescripta fuerũt in rñdendo ad quesita.xij.per me trãsmissa q̃ hoc apã testiculorũ cũ hoc q̃ est magnũ ⁊ duritiei grãdis nõ parũ uerẽdũ est ꝑpter q̃tuor ꝑncipales causas. ¶ Quaꝝ prima est: q̃z ip̃m est cronicũ ⁊ raro cõtigit cronicũ apã ꝑncipalis mẽbri feliciter terminari: ⁊ sine grãdi piculo. ¶ 2m quia ip̃m est ineptũ resoloni tã sensibili q̃ isensibili ꝑpter paucitatẽ suã. Et adhuc ieptũ est digõni ꝑpter eãdẽ cãm: eo quia aut nunq̃z aut rarissime putrificate mãe sanari pñt ꝑpter paucitatẽ humiditatis eaꝝ que in oĩ digõne necĩa est tã in innatiuo q̃z in nocitiuo dicta. ¶ Et 3a cã est iteꝝ q̃z iã videtur hẽre signa ꝑnũtiãtia aptitudinẽ ei' ad corruptionez: eo q̃z mẽbꝝ pticipat rubedine tẽdẽte ad fuscedinẽ. Et etiam q̃z in iferiori pte ossei vĩ esse factã collectionẽ cuiusdã aq̃sitatis que nõ ꝓcedit aliud q̃z virulẽtiã ex pte apãtis resectã. ¶ Et 4a cã cognitionis huius apãtis est q̃ nõ appet debita sedatio in q̃cũq̃z pte q̃ztitatiua mẽbri apati: que duo ultima vident' eẽ sufficiẽtia sig̃ tẽdẽtia in mẽbri corruptionẽ.ut colligi põt 2a ꝑmi.cap̃ de cais corrũpẽtib' mẽbra.⁊ 3a q̃rti tra.ꝑ cap̃ de cãcrena ⁊ estiomeno: ⁊ terrapẽti.⁊ ꝯtinẽtis libris.13o.

Propter que oĩa iferunt'. Primo necĩũ esse solertẽ diligẽtiã ⁊ cautelã in cura hui' dispõnis ¶ Infert' 2o q̃ oẽ auxiliũ eidẽ necĩũ summope opz eũ esse festinũ.ut nũc seq̃tur in trib' cap̃lis sufficiẽter conscriptis. ¶ Primũ est q̃ vir iste nobilis effugiat cibos ⁊ pot' oẽs grossos viscosos melicarũ mãerũ gñativos: ut sunt panis açim' nõ bñ coct': sed cõbust'.pastiles cibi.carnes antique.salsamẽta oĩa.legumia acria.⁊ acetosa cibaria oĩa.caseuz antiquũ.pisces magnoꝝ corpoꝝ.alleũ cepe ⁊ silia acuta.vinuz rubeũ uel nigrũ acre uel põticũ. Oĩa hec in summa dimittẽ debet. In alijs aũt faciat ut sibi placet. ¶ 2m vo principale obseruãdũ est ut uẽter huius viri sit fluxibilis bñ. Si vo nõ iueniret' nãlr talis ꝓuideat sibi cũ remedijs istis. ¶ Quorũ ꝑmũ est hoc clistẽ. ℞.cõsuete decoctionis q̃tuor herbarũ lib.j.bñdicte.ʒ.vj.olei de sisamo olei violaꝝ.añ.ʒ.ij.salis gẽme.ʒ.j.vitellũ vnũ ovi çuccari rub.℥.j.misce ⁊ accipiat' hora in qua minus gravat' est. ¶ 2m remediũ pro fluxibilitate est. ℞.mellis crudi lib.5.pl'ueris cimini.℥.ij.salis idi.℥.j.5.terant' oĩa siĺ in mortario: ⁊ fiat eluariũ in quo imerse sẽper teneãt' radices blete mũdificate ⁊ facte figura digiti minoris. ¶ 3m remediũ ad hãc itẽtionẽ est: ut si abhorreat clisteria ⁊ suppositoria iã dicta omni sero accipiat.ʒ.j.huius eluarij. ℞.mucillaginis sebestẽ cassiefistule amboꝝ preparatoꝝ cum aq̃ lupuloꝝ.añ.lib.5.çuccari al.℥.ij.pulveris sene.ʒ.j.5.salis gemme.℥.j.fiat eluarium de quo hora media añ cenã singula die aut saltẽ omni alterna die accipiat q̃ztitatem suprascriptã. Et si notabiliter solueret accipiat vinuz calidum: ⁊ econtra si parum solueret: tunc superaddantur quantitati predicte ꝼm discretionem medici astantis.

Pro pticulari cura ꝑdicti apãtis in corruptionẽ iã tẽdẽ incipiẽtis ut ex ꝑdictis declaratũ est. ¶ Premittẽdũ ꝑ q̃ in cura hui' apãtis nulla medicina nõbilr calã uel acuta applicanda est: eo q̃z adderet in aptitudinẽ corruptiõis ⁊ faciliõris. ¶ Premittẽdum 2o q̃ evitari debet cuiuscũq̃z localis medicine applicatio que sit frigida uel repcussiua: eo q̃z talis per viam corruptionis innati caloris hoc apã ꝑmutaret in cãcrenaz ⁊ estiomenũ uel aschachilõ.nullo enim hoꝝ triũ potẽtior ⁊ fortior esset ⁊ immediatior q̃z innati caloris corruptio.3a q̃rti.⁊ alijs locis supra allegatis. ¶ Premittendũ 3o q̃ oĩs medicina huic apãti ꝯveniẽs debet esse in g̃du calitatis nõ trãscẽdẽs 3m: ⁊ debet esse humida remisse humiditatis non trãscẽdẽtis 2m g̃dũ. Et 3o debet esse cũ frigidis aliquãtuluz refracta: ut nũc seq̃tur in duobus localibus sup patiẽte pticula applicãdis. ¶ Quoꝝ primũ est emplm̃ hoc. ℞.tucie preparate cuz aq̃ ro.ʒ.j.amili.℥.iij.olei onfancini olei vio.

olei de nenu. añ. ℥. j. ß. croci. ℈. j. folio℞ maluar℞ elixatarum lib. j. masticis sarcocolle myrre. añ. ℥. ij. farine ordei. ℥. ij. fiat emplastrũ de quo actu tepido bis in die locus medicetur. ¶ 2ᵐ remediũ est hoc. ℞. olei viol. olei onfancini. ana. ℥. j. ß. amili. ℥. j. croci. ℈. j. vitellos ouo℞ numero. ij. litargiri spumificati. ℥. j. fiat vnguẽtũ molle in mortario plũbeo cũ suo pistello. ¶ 3ᵒ iterũ premittẽdũ est, ꝙ oẽs ptes spatũ circumstãtes per amplitudinẽ sex digito℞ circũquaqꝫ leniant̃ hoc defensiuo. ℞. albumina duo℞ ouo℞ olei rosaruꝫ olei de nenufare. añ. ℥. ij. boli ar. ℥. iiij. acatie thuris sandarace hypoqstidos. ana. ℥. ß. fiat vnguẽtum in mortario absqꝫ igne usqꝫ ad bonã glutinositatem: qbus applicatis per. viij. uel. x. dies scribat̃ de statu suo: uel querat aliud cõsilium quo maxime indigere videt̃ ꝛ cito. Ad laudem dei Amen.

Itẽ pro eodẽ ordinaui ista pro dicto Jobonito propter dispõnẽ stõchi. ℞. cimini feni. añ. lib. ß. seis aneti. ℥. j. anisi carui siseleos. ana. ℥. ij. misce. ¶ Jtẽ ℞. olei de origano de mẽtha. ana. ℥. j. gallie muscate. ℥. j. ß. vnguẽti glutinosi. ℥. iij. cere quãtũ sufficit. fiat vnguẽtum bene glutinosum addẽdo resine quãtuꝫ sufficit. ¶ Jtẽ ℞. pillaruꝫ alefanginar℞. ℥. j. pulueris granato℞. ℈. j. icorporent̃ silcũ mina citonio℞ ꝛ fiãt pille ex ol. ℥. vij. ¶ Jteꝫ ℞. vnguẽti. ℥. j. olei amigdalaruꝫ amarar℞: ꝛ de sisamo. ana. ℥. j. ß. medulle recẽtis bouis. ℥. x. cere quãtum sufficit fiat vnguẽtum molle. ¶ Jtẽ ℞. folio℞ bardane altee ꝑpatẽ. ana. lib. j. farine sisami lib. ß. bdelij mollificati cũ aceto. ℥. ij. croci. ℥. j. farine ordei. ℥. iiij. fecis olei irini fecis olei lilio℞ albo℞ ꝛ de sisamo ana. ℥. ij. fiat emplastrum: de quo mane ꝛ sero emplastrent̃ testiculi inuncti ꝑus vnguẽto suprascripto. ¶ Jtẽ ℞. pulueris cap. ue. ℥. ß. trageead renes. ℥. iiij. ß. misce. de quo ante cibũ sumat coclear vnũ ꝑpter renes in qbus patiebatur dolorẽ. ¶ Jtẽ ℞. farine sisami fenugreci. ana. lib. ß. farine ordei. ℥. iiij. se. altee malue. ana. ℥. j. ß. butyri recentis lib. ß. olei de sisamo lilio℞ al. ana. ℥. ij. bdelij dissoluti cum aceto acuto. ℥. ij. fiat emplastrũ. ¶ Jtẽ ℞. olei de sisamo. ℥. j. bdelij dissoluti. ℥. j. ß. misce. Ad laudem dei amen.

De egritudinibus mẽbro℞ gñationis in mlierib' cõsilia sequũt̃

Cõsiliuꝫ. 204.

De duplici mala dispositiõe videlicet. ¶ De mala cõplexiõe frigida ꝛ hu. mñcis cũ humiditatibus albis. ¶ De mala complexione frigida ꝛ hu. renuꝫ cũ multa mã flegmatica. ¶ Diuiditur autem consilium in duos tractatus.

Tractatus primus

Duo continet capitula.

¶ De dispõnib' ipsis ꝛ ea℞ causis ꝛ accñtib'. Cap. I.



Dispositio hui' nobilis dñe uxoris dñi Antonij a scroffa videt̃ ꝑncipalr̃ esse duplex. ¶ Et ꝑma qdẽ est dispõ mñcis. ¶ 2ª vo est renũ oppilõ ꝛ ꝑpe sinistri renis que multũ pata est efficẽ apa in eo. ¶ Prima vo dispõ est egritudo mñcis ꝓueniẽs a mala cõplexione frigida ꝛ hu. ipsi'. Cui' qdeꝫ cã magis assignari põt ꝑmitiua que icipit. lꝫ nõ sit facta ꝑ eẽntiã ꝛ fixa. Cã vo ꝑmitiua fuit aborsus in sexto mẽse fact' uel circa ipsuꝫ: ex quo multitudo sanguis euacuati per viã resolutionis ꝛ ꝑuationis spũum fuit cã debilitatis ei'. Sic eniꝫ pp retẽtionẽ mẽstruo℞ imoderatã ꝯtigũt in mñce nocumẽta debilitatis ꝛ suffocationis inati caloris in ea. Jta per augmẽtũ fluxus sanguis mẽstrualis cũ supfluit mñcẽ ad melãcholicas ꝛ difficiles egritudines ꝑducit: ꝛ fuit snia Auic. 21ª tertij. trac. 3ᵒ. ꝑ cap. dũ inqt. Ex nocumẽto alterationis mẽstruo℞ supple ad defectũ uel augmẽtũ parant̃ ad additionẽ debilitatis mulieris ꝛ alteratiõnẽ forme ei' ꝛ paucitatẽ ꝯceptionis ei' ꝛ multitudinẽ aborsus ei' ꝛ ipsi' ptiũ ꝛ debilitatẽ fet' cũ nascit̃. ¶ Dixi aũt ꝑmitiuã cãm: eo ꝙ illi' aborsus cãm existimo fuisse imoderatũ motũ toti' aut ptiũ aliquꝫ: ꝛ ꝑpe mñcis: qđ ualde freqũẽter ꝯtingit in freqũẽti coitu ꝛ uario corporis decubitu tpe expeditionis. Nõ tñ besto qn illi' aborsus cã tẽri' eueniẽs potuerit esse multiplex sicut augmẽtũ flegmatis uel aq̃sitatis que freqũẽter multiplicant̃ in cotilidonibus: imo ꝛ in tota mñce ꝛ relique alie cãe pares isti. Ex qb' facile ꝯcludi põt: q̃re mulier ista post tps aborsus fuit sterilis ꝛ infecunda. ¶ Et ex his facile deduci põt. q̃re mãerũ albar℞ ꝛ viscosar℞ cursus lõgo tpe ꝑseuerauerit a mñce. ꝑp eñi debilitatẽ iã assignatã mã que pro nutrimẽto delegat̃ ad ipsaꝫ debilitate caloris inati ipsi' in supfluitates fl'aticas per viã idigõnis ꝯuersa fuit: imo debilitas talis nõ solũ eidẽ ꝑpa fuit. Sed fuit etiã epati ei' coicata: ita ut maior ps chili in fl'a ꝯuertat̃: eo q̃ fl'a est sanguis diminute decoct'. ꝑma ꝑmi. cap̃ de humorib' in facto eẽ. Et fuit hec snia Auic. 21ª tertij. cap̃ 3ᵒ. ubi inqt. Nam cum multiplicant̃ egritudines in matrice debilitant epar: ꝛ preparãt ad hoc ut generetur ab eo hydropisis. ¶ Ex his correlarie cõcludi põt: quare hec mulier notabiliter extenuata sit respectu hitudinis gñalis. Sãguis enim flegmaticus in ea multiplicatus nõ est mã nutricationi eius conueniens.

Secũda vo ꝑncipalis dispõ hui' dñe est mala complexio renũ frigida ꝛ hu. cũ multa mã flegmatica in eis oppilõnẽ faciẽte: ꝛ ꝑpe in sinistro rene in quo magis ꝯtigit nocumẽtũ ꝛ forti' pp maiorẽ debilitatẽ ipsius ex uli snia sapiẽtũ dicẽtiũ ꝙ ps sinistra hoĩs debilior est dextra. Potuit etiam accidẽ hoc pp alias cãs q̃s gr̃a breuitatis omitto. ¶ Et si argueret̃ ꝙ mala cõplõ renũ est calida magis q̃ frigida: eo q̃ caliditas in loco renũ itẽsa ꝑcipit̃. Igit ibidẽ est excessus caliditatis ꝛ nõ frigiditatis. ¶ Cui motiuo dicẽdũ est negãdo ꝯñtiã. eo q̃ pp oppilationẽ mã lõgo tpe retinet̃ in pte: ꝛ ebullit pp ꝓhibitã trãspirationẽ caliditatẽ efficiẽtẽ. Mala igit̃ cõplõ frigida ꝛ hu. renũ est ipsa ꝑpa egritudo. Cui' mãlis cã sunt flegmata multa. Et põt ex hoc ꝟmone ꝓbabilr̃ ꝯcedi ꝙ hec mala cõplõ est duplex. s. frigida per essentiã ꝛ calida per accñs. Et erit egritudo ipsa mala cõplõ diuersa cõplicata ex frigida ꝛ humida ꝛ sicca ut ꝑdictũ est. ¶ Qꝫ aũt qñqꝫ urina ipsi' efficiat̃ grossa aut mediocris in substãtia cũ multitudie sedimis ꝛ nebule ꝛ crinoidaliũ ptiũ ꝛ trũbo℞ ꝯtigit: qñ pp potẽtiã ṽtutis cũ iuuamẽto reruꝫ apitiuar℞ uel exercitio uel alijs causis apiunt̃ vie: ꝛ dissoluit̃ mã diuersas facies ip̃ressiones in colore substãtia ꝛ ꝯtẽtis urine: ꝟm ipsar℞ mãeruꝫ diuersitatẽ. ¶ Accidit autẽ qñqꝫ urinã eẽ albã ꝛ substãtiã oĩno simillimã elemẽto aque: que ꝯtigit: aut pp nimiã cruditatẽ ultimatã: aut pp caliditatẽ in renib' attrahẽtẽ uelociter a remotis ptib'. ꝛ talr̃ ꝯtigit in dyabete urinas aq̃sas educi: ꝛ fortassis pp hãc cãm ꝯtingit in hac dñã urinas aq̃sas emitti pp malã cõplõnẽ calidã in renib' eius accñtaliter acq̃sitã: ut supra deductum est.

Et ex his oib' facile deduci põt solutio plurium diuersitatũ accñtiũ in hac dñã euenientiũ. ¶ Prio eniꝫ clare uideri põt: q̃re dñã ista aliquãto tpe fuerit a mẽstruis ꝑuata. ¶ 2ᵒ q̃re in ea abũdauerit cursus materie℞ albarum ꝛ corruptarum a matrice ꝓueniens. ¶ Et 3ᵒ iteꝝ: q̃re fuerit ꝯceptiõe ꝑuata a tpe aborsus usqꝫ ad hũc diem. ¶ Et 4ᵒ adhuc: q̃re semẽ uirile adhuc nõ bñ ꝯtineat. ¶ Et 5ᵒ ꝑpter qđ tãtam extenuationem acq̃siuerit. ¶ Et adhuc 6ᵒ ꝑpter qđ in mictu freqũẽter ꝑseueret ꝛ ab eo sepe absoluat̃. ¶ Amplius ꝛ ꝑpter qđ 7ᵒ urine ipsius qñqꝫ quãdã mordicationem efficiãt in vijs. ¶ Et iteꝝ 8ᵒ ꝑpter quid appeant in substãtia albe ꝛ aquose. ¶ Silr̃ etiã ꝛ 9ᵒ ꝑpter qđ ꝛ qñqꝫ grosse fiãt in substãtia urine eius ꝛ in colorib' ei' freqũẽter uariate ꝛ ea℞ sedimina uel ꝯtenta plurimas recipiãt uarietates: ꝛ aliqñ videant̃ in eis crinoides petala trũbi athomose resolutiones uel furfuree ꝛ sibi silẽs. ¶ Rursus iteruꝫ patet ex predictis: q̃re dolor in spina eius ꝛ locis renum frequenter fixus ꝑmaneat ꝛ plura alia istis similia speculãti faciliter appere possunt. Hec in summa videt̃ huius nobilis dñe dispositio succincte collecta.

¶ De cura per dietam. Cap. II.


Ro curatiõ hax dispõnum: lz regimẽ multo accurato ꝛ pingui ſmone idigeret tã ex pte rerũ nõ nãliũ ꝙ medicinaliũ: ſuccicte tñ regimẽ ei⁹ ptrãſibo: ꝛ ppẽ ex pte rerũ nõ nãliũ. Nã ſatis ample a viro ſciã ꝛ ope pitiſſimo doctore pſpicuo Petro ſulmonẽſe hec expta fuerũt. Que id tñ leui⁹ in mã ſcribi põt ꝛ utilius ↄtrãſeũdũ eſt. ℂ Itaqz locũ hitationis ei⁹ eligat ad caliditatẽ ꝛ ſiccitatẽ magis ꝙ ad alteras ɋlitates iclinatum ita ut euitet morã ɔ̃bẽ in locis humidis ꝛ cameris terraneis ꝛ ppinqs decurſib⁹ aqͣruz. ꝛ antiqs edificijs expoſitis flatui uẽti meridionalis aut excellenter caliginoſi. ℂ De cibis aũt ꝛ potib⁹ eligat eos qui ſunt iclinati ad caliditatẽ pmi gradus: ita ꝙ oĩs cib⁹ abſolute dict⁹ refrãgat admiſtratione cibox pmi gdus aut ſcdi. Et talr eniz opando apient oppilationes in renib⁹: ꝛ phibebit eax augmẽtũ ꝛ mã in eis aggregata ſufficiẽter cõſumet. ℂ Cõuenit igit ei panis bñ fermẽtat⁹ de ſimula ↄuenienter coct⁹ nõ ualde durus qbuſdã granis feniculi artificioſe cõpoſit⁹. ℂ Carnes pullox colũbox puox auiuz minutarum anatulox ꝛ ſibi ſil'es ↄueniũt ei. ℂ De uolatilib⁹ ꝛ qͣdrupedib⁹ carnes hedi vituli gaçelli ꝛ agni in qb⁹ coquãtur radices feniculi aut petroſelini aut dauci. ℂ Et de plãtis etiã eligãtur cau les feniculus petroſelinũ daucus hyſopus mẽtha origanũ calamẽtũ ꝛ ſilia. Spinachia võ bleta borago endiuia lactuca cucurbita cucumeres portulaca atriplices ꝛ ſibi ſil'es nõ placet: pp hax humiditatẽ magnã niſi cũ predictis calidis ꝛ apitiuis decenter tẽperent ab ea. ℂ Aceti võ uſus ꝛ aliox acidox abſqz ſtipticitate placet: ꝛ ppẽ hox in qbus cũ iciſione repit aptio: ſic hec inueniunt in vino citoniox in ſucco citrãgulox ꝛ lymonũ. ℂ De fructib⁹ aũt euitet oẽs in qbus inuenit ſtipticitas cũ oppilõne a ſupflua humiditate ꝛ frig. pueniẽtes: ſic in prunis caſtanea ſorba citonijs ꝛ ſilibus. ℂ Oĩs aũt cibox preparatio cũ ſpẽbus aromaticis: ꝛ ppẽ cum croco cinamomo galãga nuce çinçib. aniſo cardamomo maiori ꝛ minori ſpica nardi ꝛ ſilibus placet mihi: ꝛ hec de cibis dicta ſufficiant. ℂ Potus aũt eius ſit vinuz albũ ꝛ ſubrubeum ſubtile mediocriter fumoſum ꝛ dulce aromaticũ ꝛ ſtõcho ei⁹ ↄueniẽs ſm eius ↄſuetudinẽ. Et ſi repiri poterit ↄueniẽs ſm eius cõſuetudinẽ puruz his ↄditionib⁹ limitatũ melius eſt: ꝙ ſi fuerit alteri liquori admixtũ uel aque. Et hec de cibis ꝛ potib⁹ dicta ſufficiãt. ℂ De exercitio hui⁹ nobilis dñe dicẽduz eſt. non competit ei exercitiũ: ꝛ lz corpus eius ſit immũdũ: maius tñ indubitãter ſequeret nocumẽtũ ex diſſolutione ꝛ motu mãei ad inferiora: ꝙ iuuamẽtũ ex reſolõne ↄñte exercitiũ ipſi⁹. Et intãtũ iuxta hãc ſniam pceſſit Auic. ut conaret abſcindẽ oẽm cãm que moueri faceret mãm ad iferiora: ſic eſt coitus: uſus balnei exercitij ꝛ diureticox multox. 18ª tertij. 4° cap. ſic inqt. Et phibitio qdẽ cauſax debilitationis eſt dimiſſio mot⁹ ꝛ coitus ꝛ adire balneationẽ plurimã ꝛ declinare ad qetẽ ꝛ trãqllitatem plurimã. ℂ Cibox aũt repletionẽ magnã euitet ne ſupfluitates augeant per viã indigeſtionis: ꝛ mãe multiplicent in ptib⁹: ꝛ lz corpus indigeret cibo notabilis ꝙtitatis: nõ tñ eſt ei ↄueniẽs cũ iã ſupfluitatibus notabiliter ſit repleta. Et notabis iuxta illud ueteris hyp. affõx 2ª. Non pura corpora ꝙto magis nutriunt tãto magis ledunt. Cibi igit ei⁹ ꝛ pot⁹ debẽt eſſe pauce ꝙtitatis ꝛ m'te nutricationis: ut laudabiles carnes vitelli ouox brodia mediocriter piguia ꝛ ſibi ſil'es: accipiat aũt eox quãtitatem quã ſtõchus ſine aliq̃ tẽſione uel ĝuitate tolerare poſſit. De potu ſilr eſt eadẽ rõne dicẽdum. ℂ De ſomno aũt eius premittẽdũ ꝙ mẽſura ei⁹ debet eſſe pax diſtãs a nãli mẽſura ſõni tpe ſue natiuitatis cõſueta. Dico aũt nãli ad quã nã nãliter nõ ſtudioſe icitat. Dico aũt cõſueta horis ſuis ut in mane. ꝛ poſt cibũ in meridie cõuenienter limitata in mẽſibus: in qbus opz nãliter dormire. Indiget aũt lõga dormitione ut mãe ſupflue cõuenientius digerant ꝛ expulſioni preparent. Vigilias aũt nullo mõ laudo in ea. Et caueat etiã dormire reſupine: ꝛ pprie cũ ueſtib⁹ ſpine ꝛ loco renũ ſtricturaz facientib⁹. multotiens eniz facit accidẽ calorẽ ꝛ dolorez in renib⁹. 18ª tertij. cap 2° in fine. ℂ Poſtremo aũt letari debet ꝛ eſſe iocũda ꝛ paſſiões aie triſtãtes ſũmopere vitare. Et qz ſm quoſdã coitus ponit ſub aĩalib⁹ paſſionib⁹ ppter delitiã ab aĩa in eo pceptã. Dicẽdum aũt ꝙ ſalua ſemp pace au diẽtiũ: vir eius raro cum ea coire debet: ꝛ ppẽ ſi in tali actu mulier iſta debilitari ſolet. Coitu etiã uti debet pne: eo qz ſatis nãliter ſicca eſt ꝛ macrefacta. Eſt eniz obſeruãdum ne coitu multũ utat: qz ex eo uelociter debilitatẽ incurrit: ꝛ qz debilitatem ex eo accipit: corpora etiã ſicca hñtes a coitu ſupfluo multo uelut ab inimico ſibi cauẽ debẽt. Silr ꝛ macri ɋrum ilia ſubtilia ſunt ꝛ macra ꝛ ↄualeſcẽtes ꝛ debiles a coitu ſaltẽ multo abſtinẽ debẽt. 4° Almãſ. cap de iuuamẽtis coit⁹. Et hec de regimĩe ex pte rex nõ nãliũ ſuccicte dicta ſufficiãt.

Tractatus 2° De cura per medicinalia ↄtinens quinque capitula.

ℂ De adminiſtratione euãtionũ minoratiuax. Cap. I.


Egimẽ aũt eius ex pte rerũ medicinaliũ eſt in qnque capl'a diuidendũ. ℂ Primũ erit de euacuationib⁹ vniuerſalibus uel pticularib⁹ minoratiuis. ℂ 2m erit de diuerſionib⁹ opportunis. ℂ 3m erit de digeſtione materierum. ℂ 4m erit de eradicatione mãeruz. ℂ 5m ꝛ ultimuz erit de cõfortãtibus approꝑatis renib⁹ ꝛ matrici.

Primũ igit capl'm cõplet adminiſtratione flobotomie ſaphene ſi videbit opportuna. Dico autẽ qm̃ diſpõ eſt mala cõplexio renum ꝛ mr̃cis: ut ſupra fuit frigida ꝛ humida cũ mã flegmatica dñante. Et lz ita ſit: ↄtingẽter tñ mã in toto aut circa renes ꝛ matricẽ quecũqz fuerit talr cõmiſceri poſſet ꝙ ↄueniens eſſet flobotomia predicta. lz habeam ipſam aliq̃liter ſuſpectã ppter extenuationẽ que iã cõſecuta eſt. ℂ Si võ ppter aliquã de cauſis accñtib⁹ videret eſſe nec̃ia flobotomia idicatione ſumpta a diſpõne renũ magis ꝙ mr̃cis fiat flobotomia a baſilica ſiniſtre ptis. vñ extrahant ſanguis. ℥. iij. uel. iiij. ſm diſcretionẽ. Neqz enim hic de flobotomia pti patienti dicẽdũ: eo qz mã nõ eſt in fluxu. imo fere iã tota fluxit. ℂ Si aũt appet flobotomiã nõ eẽ ↄueniẽtẽ ſoluat uẽter cuz medicina ſoluẽte mixta a rene ꝛ a matrice educente. ɋle eſſet cõpoſitũ hoc. ℞. bñdicte ſimplicis. ℥. ʒ. el'uarij indi dyaſene. añ. ʒ. j. det in potu in aurora cum. ℥. ij. aque calide mr̃icarie uel arthemiſie ſi fortiores medicinas queris. Et ſi nõ appent ſigna aliq̃ cõmixtionis cholere uel melãcholie ſtet in exhibitione bñdicte ſolius: aut electuarij indi. pro hac etiã intentione faciunt pillule de ſarcocolla maiores deſcriptione Meſue. ꝛ pillule de iera compoſita. ꝛ tu conſidera ꝛ collige.

ℂ De diuerſionibus. Cap. II.


Iuerſiones aũt que cõplent 2m capl'm pñt eẽ adminiſtrationes puocatium lenium que ponantur in ſuis cibis. iuxta ſniam Auic. 18ª tertij. in fine. ꝛ opz ut ponant in cibis eox cardi ꝛ ſparagi: ꝛ pprie cãpeſtris cum aq̃ ciceris: ꝛ oleo cartami. ℂ Etiã diuerterent has mãs aptiones emoroidarum ſi nã cõcederet eas. aut ſi fuerint tumentes ꝛ recte apiantur cum fricatione cum folijs ficus uel cum puluẽ arthanite. uel cum felle tauri. ℂ 3° iterum diuertant mãe ille per fricationem ſpatularum ꝛ natium. ℂ Et 4° cum ablutionib⁹ peduz factis ex decoctione arthemiſie matricarie aſſari melliſſe origani ꝛ ſimilium. ℂ Amplius ꝛ ultimo diuerſiuum optimum eſt puocatio uomitus qm̃ ſufficienter mãs euacuat a renibus ꝛ ab extremis ptibus. ut colligendum eſt 4ª pmi. cap de iuuamentis que affert uomitus.

ℂ De digeſtione materierum. Cap. III.


Ertium võ capl'm cõplet per adminiſtrationez digerentium que mãs in renib⁹ ꝛ in matrice cõuenienter adeq̃re pñt. ℂ De ɋrum numero eſt ſy. acetoſus cõpoſitus: oximel de ſquilla. ubi apparet fixã ꝛ magne reſiſtentie mãm eſſe. Deſcri-

herem aūt ego sic. ℞. sy. acetosi cōpositi. ℥. j. sy. de bisantijs. ℥. s. aque arthemisie eupatorij ꝛ endiuie. aā. ℥. j. misce ꝛ det in aurora calidū. ¶ Digerunt etiā mās cōfectiones ꝛ eluaria approbata: ut ꝯfectio de semib⁹ descriptiōe Mes. in antid. Itē ꝯfectio de lacca. ¶ De eluarijs vō sūt sic eluariū de ligno aloes. eluariū de ambra. ꝛ mlta silia que ab auctorib⁹ ꝑicin de colligēda sunt. ¶ Adiuuāt etiā digōnē multa medicamina cibalia. de qb⁹ supra dictū est in regimie ꝑ cibos. ¶ Adde etiā q̄ mās digōnē efficē pōt balnea semicupia dicta in qb⁹ ifundat usqz ad renes aut ilia que a sapiētib⁹ encatismata noiant. In qb⁹ stare debet patiēs decoctiōib⁹ factis ex arthemisia mellissa mr̄icaria origano assaro pulegio calamēto ꝛ sauina ꝛ nepita que iter alias plātas mihi secretū iuuamētū obtulit. Ex q̄rū ēt decoctiōib⁹ suffumigatiōes ꝑ iferiora fieri pōt ꝑ traiectoriū: uel sine illo. ꝛ tu cōsidera.

¶ De eradicatione materierum. Cap. IIII.

Que vō mās a renib⁹ ꝛ a mr̄ice eradicādo educūt de fortiorib⁹ sunt sicut pille fetide: pille de opoponaco ꝛ sibi siles. De leuib⁹ vō sunt sic pille de iera cōposita: pille de bn̄dicta. Et de eluarijs sunt sicut eluariū īdū. ꝛ de approbatis est bn̄dicta que renes ꝛ mr̄icē mūdificat. Et soleo ego ita describē. ℞. bn̄dicte. ℥. s. agarici electi. ℥. s. dragagāti. ℈. j. exhibeat totū in potu cū. ℥. iij. aque sparagi uel arthemisie. ¶ Si aūt euitaret patiēs medicinā liq̄dā exhibeat ei medicamē pillarū. ℞. pillarū de opoponaco. ℥. s. pillarū de bn̄dicta ꝛ de iera cōposita aā. ℈. j. reforment pille. vij. cū eluario īdo ꝛ exhibeantur in aurora ꝛ obuient sup eis ꝯditiones in solutiuis: ut supius dictū est. ¶ Si aūt diligeret mās aliqs ꝑticulariter a mr̄ice educē: conueniens esset sessio facta in aqua calida decoctionis sauine assari arthanite rutbe ꝛ siliū. ¶ Et si fortiori a mr̄ice eductiōe opus eēt administret hoc pessariū figure digiti minoris cū filo pēdēte cōpositum. ℞. croci arthanite. aā. ℥. j. opoponacis. ℥. j. fellis tauri uel vituli quantū sufficit icorporent sil̄ ꝛ fiāt nastalia ut supra. Applicent igit̄ tpe opportuno cū inūctione eoꝝ cū oleo de croco i quo ꝯterat̄ g̃nū. j. musci ꝛ teneat per mediā noctē. ꝛ est de medicinis nobiliorib⁹: qs in tota mea etate reperire potuerim. ¶ De his vō que mr̄icē excellēter ꝯfortāt solēt eē sic muscus ꝛ ambra doronicū mellissa crocus cardamomū ꝛ cassia lignea: ex qb⁹ fiāt suffumigationes sessiones inūctiones ꝛ sibi silia. ¶ De his vō que ꝯfortāt renes sunt sicut dactyli citonia bolus armen⁹ mastix ꝛ uniuer oia stiptica calida in dispōnib⁹ renū frigidis ꝛ frigida in calidis. Et spēs lactis: sicut capnū camelinū ꝛ ouinū iuxta dicta Auic. 14ᵃ tertij. cap. q̄rto dum in qt. ꝛ administret lac camelinum ꝛ ouinum.

¶ De cōfortātib⁹ approbatis renibus ꝛ mr̄ici. Cap. V.

Et est qdē hec dispō necio: aut per colligātiā in mrice repta: aut per essentiā in ipsa. Si itaqз esset p colligātiā: aut necio erit a toto. aut a determinata pte puenīens ¶ Et si erit a toto: tūc oportebit assignare hāc dispōnē euenire ppter augmētū male cōplonis frigide z humide in toto dñantis. ppter quā per viā indigōnis he flegmatice māe gñant. Et si sūt mãe in locis alijs q in epate gñate. tūc oportebit eas noiare flegmaticas equoce semp de flegmate itelligēdo. ¶ Et has qdem mãs in toto tales gñari ɔtigit. Aut a mala cōplone frigida z humida que est ipsaz gñationis immediata cā. qs qdē mãs aliqliter digestas ɔtigit expelli a vtute cretice trāsmutāte illas per ɔcaua magnaruз uenaz ad minores usqз ad mrice expellant: z inde ab ea psluant. ¶ Et haz māruз per istā cām expulsaz signa sunt ɔtinuata mārū expulsio. ¶ 2m signū est plōgatio descēsus earum. ¶ 3m signū est albedo in colore. ¶ 4m signum est viscositas eaz in substātia. ¶ 5m est fetoris puatio. ¶ 6m est actualis frigiditatis eaz manifestatio. ¶ 7m insensibilis qnqз earū exitus. ¶ 8m est ɔtinua fere iferioris oris mrīcis humectatio. ¶ 9m est gruitas in spōdilib9 alchatin pcepta. ¶ 10m est pigrities z laxitudo in motu corporis. ¶ 11m est viscosaruз supfluitatū in aqsitatem urinalē imersio z pseuerātia. ¶ Si aūt ɔtingat has mãs in corpore mulierū gñari a mala complone diuersa uelut est frigida z humida iā predicta: z a mala cōplone calida que sit putrefactionis illarū mãruз effectiua cā ut sepe ɔtigit fieri. tūc casus iste parūper difficilior erit qз prius. z hoc qdem penes curationē magis qз penes rei cognitionē. ¶ Facile eniз hic intellige poterit has mãs a putrefactione multiplicatas repītari ut in pluribus cū signis caliditatis in toto dñantis: qd facile per pulsum z uarietates urine cōprehēdi pōt. uelocitas eniз z frequētia in pulsu cū eius magnitudine ɔstāte vtute. ɔtingit eniз puitas ei9 cū imbecillitate vtutis excludēdo cās primitiuas oino significant augmētū caliditatis in corpe. puitas aūt tarditas z raritas sunt signa frigiditatis intēse. ¶ Et urina alba z subtilis hypostasi priuata aut nube sunt signa frigiditatis intēse. Sicut rufedo eius aut rubedo cum nube uel hypostasi rubea uel citrina caliditatis augmētum significat. ¶ At vo fetor in exeūte mã repītat9 prurit9 z mordicatio mrīcis rubedo eius z pustularū inuētio in ptib9 eius caliditatis augmentū sigt. Qd apud leuiter exptum in scia z ope planuз est. ¶ Est tñ hui9 rei curatio difficilior cognitione. eo q in tali dispōne opз medicū uti infrigidātibus z putrefactionē phibētib9. que frigida debēt esse z sicca: aut saltē frigida tm. Opз etiā uti corrigētib9 malā cōplexionē frigidā z humidā: que est gñationis istaz māruз cā. Et illud qdē cū calidis z siccis. Qd oino difficillimū vider quātū ad ɔfractionē medicinaz: z etiā quātū ad modū applicationis earū. Si eniз tales medicine applicent per iterius. tūc anteqз peueniāt ad pticulā patiētē in intermedijs mēbris erunt ipsi9 vtutes excellēter refracte. Et si augmētent earū doses. tunc fortassis nocebūt ptib9 intermedijs. Et ea rōne dicendū est si medicine fuerit in dosi mediocres. Quare oino difficilis videt earū curatio regulariter fiēda. Hec ergo vident cōsiderāda circa hāc dispōnē. si fuerit in mrīce inuēta per colligātiam a toto depēdens. At vo si taliū materiez descēsus a mrīce pueнerit per colligātiā determinate ptis: due videtur esse corporis pticule ad gñationem eius plurimū cōcurrētes. ¶ Et pma qdē est stōchi dispō frigida z humida per quā diminuta fit in cibo digestio ita ut remaneat chilus in ptibus suis actualib9 z potētialib9 aquositate multa z humiditate pticipās qui erit mã gñationis flegmatici sanguinis qui nō pōt eē vtuti nutritiue obiectū ɔueniēs ad gñationeз laudabilis sanguinis. pp quā cām augmētabitur in uenis flā qd erit cā multiplicationis exitus per matricē. ¶ 2a vo corporis pticula hui9 dispōnis gñatiua erit epar z imediata cā magis qз pdicta. si eniз ifrigidet epar ita ut nō possit ex chilo quātūcūqз in stomacho ɔueniēter genito laudabileз gñare sanguinem. imo per viā diminute coctionis chili in epate gñet z multiplicet flegma uere z nō equoce dictū de flegmate. tūc mala dispō epatis predicta erit cā multiplicationis cursus harū mãrū z immediata magis qз mala stomachi dispō. Hec qdē sub speculatione facile cadūt. Izego

eredã ⁊ expiẽtia cõprobaueriz nõ diu in stomacho pdurare malã cõplõnẽ frigidã ⁊ humidã qn ipsam pmutet cõplõnẽ epatis ad frigiditatẽ ⁊ humiditatẽ ⁊ ecõtra. Quare raro poteris itelligẽ hãc egritudinẽ mulierib⁹ euenisse que nõ repiũtẽ cũ signis distẽperãtie frigide ⁊ humide simul in stõacho ⁊ epate reperte. Hec in summa opz oĩa ɔsiderare de mõ euẽtus huius fluxus mãeruz albarum a matrice. siue proueniat per colligantiam totius aut partium in ipsa.

At uero itez qñ raro est inuenire dispõnẽ aliquam egritudinalez in aliquo mẽbro per colligãtiã que nõ possit etiã ei accidẽ per eẽntiã. iõ cõsiderãdus est modus eueniẽdi huius dispõnis uocat⁹ eẽntialis in mrĩce. ¶ Supposita igit̃ iustitiali temperie in toto in stõcho ⁊ in epate de qb⁹ dictũ est. ɔtigit mulieꝝ mrĩcẽ distẽperari a frigiditate ⁊ humiditate nõbilr̃. ita ut sanguis ad eã trãsmissus grã nutritiõis ei⁹ ⁊ grã finis. s. gñatiõis qui debet reseruari tpe ɔceptiõis ut fiat ps ei⁹ subiecta nr̃i corpis ⁊ altera pars reseruet̃ grã nutrimẽti embriõis qliteircũqz ɔtigat hic sanguis in mrĩce inuẽtus nõ poterit bñ rectificari ⁊ digeri. Quare in ipsa multiplicabunt̃ humiditates fl'atice per viã indigestionis: ut dictũ est. que finalr̃ ṽtutẽ expulsiuã mrĩcis incitabũt ad eaꝝ expulsionẽ: qsi ɔtinue ⁊ successiue pseuerãtẽ: ita ut qbusdã mulierib⁹ ɔtingat qsi semp ab eaꝝ mrĩcib⁹ aliqd descẽdẽ. qbusdã aũt ɔtigat has mãs die alterna: aut per reuolutionẽ qternã euãri. Quaꝝ diuersitatũ cã facile ex theorica medicie assignari poterit. ¶ Quib⁹ eni mulierib⁹ alterna die descẽdit hec mã in eis iuenit̃ mã cõmixta ex ṽtualib⁹ ptib⁹ cholẽ. aut ex aliq pte corpulẽta ipsi⁹. sed mã cholica itrisece mouet̃ per tertiũ. 2° de differẽtijs febriũ. cap̃ penultimo. igit̃ ⁊c̃. ¶ Et oĩno silr̃ dicendũ est de fluxu isto in mulierib⁹ reuoluto per vnũ qternariũ. qz in eo iuenit̃ actu mã multa cõmixta aut saltẽ ṽtualr̃. ¶ Parũper aũt subtiliter speculãti videt̃ eẽ difficile assignare cãm. qre haꝝ mãerũ flux⁹ qñqz tardet̃ usqz ad piodicã mẽstrualis euõnis reuolutionẽ. Hec eniz euõ nõ videt̃ ɔseq mãm alicui⁹ qtuor humoꝝ: neqz eni fl'atis cui⁹ mot⁹ est diurn⁹. neqz cholẽ qz mot⁹ eius est ternari⁹. neqz mẽlie que reuoluit̃ per numerũ qternariũ. neqz sanguis cui⁹ mot⁹ est cõtinue afflictiõis. neqz in oĩb⁹ humorib⁹ simul dñantib⁹ videt̃ eẽ heceõo mẽsatiz appropriata. Quare oĩno videt̃ eẽ neciũ alterã assignari cãm uel cãs. ¶ Dicẽdũ itaqz pro solõne dubitatiõis hui⁹. ꝙ opz pmo saluare reuerẽtiã auctoꝝ. ¶ 2° ꝙ opz rñsionẽ eẽ ɔformẽ his que expimento quotidie cõprobant̃. ¶ 3° ꝙ in rñsione ad hãc difficultatem nõ oportet a ueritate recedere. ¶ Pro declaratiõe itaqz pmi hoꝝ triũ dicẽdũ ꝙ ex snĩjs illustrium auctoꝝ pluriũ colligit̃ fluxũ mãeꝝ a mrĩce descẽdẽtiũ multotiens appere. ab eis aũt nõ videt̃ bene pticulariter declaratũ. an hic fluxus sit cõtinuus uel piodicus. sed ex ipsorum sentẽtijs accipi põt ueritas rñsionis. sicut eni de alijs fluxib⁹ inuenit̃ ab auctoribus scriptũ. ita ⁊ de tali fluxu a matrice cõsilr̃ ɔcedẽdũ est. In alijs eniz fluxib⁹ videt̃ qñqz ɔtinuatio successiua uelut in fluxib⁹ spõtaneis factis a fortitudie ṽtutis icitãte ɔtra mãm peccãtẽ quãtitate: aut qlitate: aut utrisqz silr̃. Cũ eni ṽtus tales mãs per fluxũ euacuat eaꝝ euãtio videt̃ eẽ ɔtinua ut in plurib⁹. ⁊ raro iterpolata. nõ eni pseuerare debet euãtio haꝝ mãerũ ꝙ diu durat incitatio ṽtutis a mãeb⁹ facta. sed stãte pñtia mãeruz semp stat icitatio ṽtutis ad eaꝝ expulsionẽ. ergo talis flux⁹ erit ɔtinu⁹. ¶ Et ex hoc manifeste videt̃ declarari posse. ꝙ in qbusdaz mulieribus ociosis ⁊ igluuiose se replẽtib⁹ sepe ɔtingitibis uel ter in anno taliũ mãeruz euãtio pdurãs per. x. aut. xv. dies. ⁊ cũ hoc mulieres sane degũt ⁊ etiaz a cõceptiõe nõ frustrant̃. imo ⁊ fet⁹ eaꝝ plurimũ sunt icolumes. ¶ Nõ raro etiã ɔtingit fluxus tales in mulierib⁹ fere ɔtinue pseuerare. ⁊ hoc est. ppter cõplõnẽ malã fridã ⁊ humidã epatis ⁊ uenaꝝ pp quã generant̃ in mulierib⁹ mãe fl'atice supabũdãtes ut declaratũ est. ¶ Et pñt etiã gñari mãe fl'atice alibi ꝙ in epate per viã indigõnis ut tactũ est. ⁊ qz illa mala cõplõ in utrisqz hoꝛũ est fixa multo tpe gñant̃ mãe tales que ɔtinue ṽtutẽ incitãt ad sui expulsionẽ. igit̃ in talib⁹ talis flux⁹ erit ɔtinu⁹. ɔñtia necessaria est. eo qz assignata ɔtinua causa effect⁹ pductiua necesse est assignari effectũ cõtinuũ. ¶ Et ex hoc fundamẽto potes rñdẽ ad aliud pblema pp qd in mulierib⁹ qbusdaz ɔtinuus est fluxus haꝝ mãeꝝ albaꝝ. ⁊ si ɔcipiũt mulieres tales cõcipiũt fetũ nõ sanũ ⁊ talẽ pariũt ipsum. Et claudit̃ hoc in snĩa ueteris. 5ª affõꝝ. sermone illo. Mulieri in utero hñti si mẽstrua fluxerint ipossibile est fetũ eẽ sanũ. Ampliãdo affõrtã de mẽstruali mã sanguinea ꝙ de alijs. ¶ Ex quo fundamẽto 3m correlariũ colligẽ potes. qre quedã mulieres aborsum patiunt̃ in postremis mẽsib⁹ ⁊ nõ in pmis. Talis eniz effect⁹ cã est cõgregatio taliũ mãeꝝ mucillaginosaꝝ: quaruz ꝙtitas maior accumulata est in postremis ꝙ in pmis mẽsibus. Et est iteꝝ snĩa ueteris affõꝝ. ubi supra. illo ṽbo. Quecũqz corrupture sunt fetus his cotilidones mucillaginibus pleni sunt. Et lege cõmẽtatorẽ ibi. Et per hec talia philosophice cõtẽplãdo ɔcedẽde sunt ɔclõnes iste. ¶ Pria ꝙ aliqs fluxus mãerũ albaꝝ ⁊ corruptarũ ⁊ mrĩce ɔtinuus est. pbat̃ cõclõ: qz talis fluxus põt esse materierũ sanguinearum aut hñtiũ virtualẽ ptez sanguinis. ergo talis erit ɔtinuus. patet ɔñtia. qz sicut alijs mãeb⁹ attribuit̃ mot⁹ piodicus ita ⁊ sanguini ɔtinuus. ut põt colligi in 2° de differẽtijs feb. cap̃ penul. ¶ 2ª cõclusio est ꝙ aliqs fluxus harũ mãerũ a matrice est quotidianus. pbat̃ ɔclõ. qz talis aut est a fl'atica mã uel ab alia equoce dicta de fl'ate: hñte tñ virtualẽ motũ fl'atis. ⁊ oĩs talis est quotidian⁹. ergo ⁊c̃. patet ɔñtia ⁊ maior eo ꝙ talib⁹ mãeb⁹ inuenit̃ sepe cõmixtũ fl'a aut fl'atice sunt ul' in eis saluat̃ ṽtus fl'atis. ⁊ minor est nota: eo qz fl'ati inest pprietas piodicãdi quotidianarie: ⁊ sanguini ɔtinue: ut dictũ est. ¶ 3ª ɔclõ. ꝙ aliqs ipsorũ fluxuũ frequẽter est tertianarius. probat̃ ɔclõ: qz choleric⁹ est. aut in sanguine uel altera mã cholere virtualitas inuenit̃. ¶ 4ª ɔclõ. materierũ fluxus a matrice aliqs est quartanarius. ɔclõ pbatur eodez fundamento quo prius. ¶ 5ª ɔclõ. aliquis fluxus a matrice qñqz est piodica reuolutiõe pueniens pcise de mẽse in mẽsez. probatur ɔclõ. qz talis fluxus prouenit a potẽtia nature exonerantis se a pdicta mã gratia finis: qui est ɔceptio ⁊ spei conseruatio. sed talis flux⁹ nõ videt̃ tardius eueniẽs aut pus ꝙ in fine vnius mẽsis lunaris uel medicinalis. igit̃ ⁊c̃. pbatur minor quantũ ad pmã partẽ: qz lz mã illa fm magnã partẽ fuerit cõgregata ante finẽ mẽsis lunaris: nõ tñ ɔuenieter expelli põt. eo qz ad illius expulsionẽ nõ ɔcurrit totalis potentia virtutis supra mãm. eo qz ad expellẽdã mãm talem ante finẽ uel post finem mẽsis nõ pcise sufficit potentia virtutis. sed opz virtutẽ ipsam iuuamẽtũ accipere a celesti corpe. qđ est luna que mene dicit̃ apud grecum. ppter qđ hic fluxus mẽstrualis dicit̃. Cũ igit̃ aggregatum ex potẽtia virtutis ⁊ iuuamẽto celesti potẽtius sit ad has mãs expellẽdũ ꝙ si precise concurreret virtutis robur absqz tali influxu. sequitur ꝙ precise in fine mensis lunaris fiet harũ mãerum expulsio. ¶ Contra. qz in qbusdã mulieribus videtur fieri expulsio harũ mãerũ nõ pcise in fine mẽsis lunaris. imo qñqz in fine prime scðe aut tertie quadrature eius. ¶ Amplius non videtur hoc posse cõueniẽter cõtingere in fine mẽsis lunaris. eo qz luna tũc videt̃ minus iuuamentuz prestare in nobis quãdo debilius est eius lumẽ. sed debilius est ipsum in fine mẽsis. qz in cõiũctiõe ⁊ ppe illã quãñ. igitur ⁊c̃. ¶ Ad hec duo dicẽdũ. ⁊ pmo ad pmũ. ꝙ lz ita sit ꝙ in quibusdã mulieribus talis fluxus accidit in fine pme secũde aut tertie quadrature vnius lunaris. tñ cuiuslibet earũ quadraturarũ cõputatio ad quadraturas precedentes lunaris videt̃ eẽ finis vnius mensis: sicut prime quadrature computatio ad tres quadraturas precedẽtes lunaris: erit finis mensis lunaris: si bñ cõsideras. ¶ Ex qbus si bene cõsiderat iuuenilis intellectus: pbabit̃ defendere poterit: ꝙ oĩs fluxus menstrualis semper fit in fine mensis lunaris: facta semper cõputatione finis vnius qdrature ad precedẽtes ipsam. ¶ Cõtra iterũ

dd 2

Ꝑ dicto termino falli⁹ mulierum dolore

q2 si accidit fluxus in medio vnius q̄drature z non in fine nō videt̃ posse saluari q̄ tales fluxus semp̄ fiāt in fine mē-sis lunaris. ℂ Huic motiuo satis facile r̄ndendū est. q̄ me-dietas vnius q̄drature lunaris sapit nām finis ei⁹: eo q2 sic extrema tp̄a inuicē cōparata sapiūt nām alterius inuicem. Ita media respectu extremoꝝ: z ꝓprie talia cū parum distēt ab extremis suis. aliter oportet aduersarium aliā assignare cām que nō videt̃ posse dari. ℂ Et ad 2m motiuuz superi⁹ tactum dicēduz q̄ lz lumē lune in ↄiunctione eius z ꝓpe ip-sam sit debilius q̄ in augmēto z ptibus sibi vicinis. tñ ↄtin-git in q̄busdā mulierib⁹ que debiles sunt: aut in q̄bus ↄgre-gata est mā multe remollitionis q̄ iuuamētum ꝓuū a ꝓuo lumine lune ꝓueniēs potētius erit ad incitādum vnā vir-tutē debilē ꝓpter minorē resistentiā q̄ vnā virtutē retentiuā que potētior esset ad resistendū influxui lune qui fortis eēt. ℂ Et ex hoc fundamēto potes iterum soluē plura ꝓblema-ta. ℂ Primuz q̄re in q̄busdā mulierib⁹ flegmaticis z natu-ra debilib⁹ accidit frequētius mēstrualis fluxus ꝓpe cōiun-ctionem lune q̄ ante. ℂ 2° q̄re in mulierib⁹ robustis frequē-tius accidit fluxus in fine scd̃e q̄drature lunaris: aut ꝓpe ip-sam q̄ alijs tp̄ibus: q̄m virt⁹ aliarū mulieruz potētior est ad retinēduz māē z ad resistēdum fluxui. ergo opz eaꝝ expulsi-uā iuuari ab astrali aspectu. sed talis est fortior in q̄dratura scd̃a: aut ꝓpe illā ubi lumē lune iā ꝓuenit ad cōplementum augmenti. igitur zc̄. Et plura alia speculabilia correlaria ex hoc fundamēto ↄcludē potes si tibi libet. ℂ Et parib⁹ rōni-bus facile ꝓbari posset scd̃a ps minoris adducte ad ꝓban-dum q̄ntam ↄclusionem. s. de mēse medicinali intelligēdo ex ꝑncipijs medicine medicinalē mēsem totuz spatiū illud quo luna nostrū hemisperiū illuminat q̄d est spatiū. XXVII. dierum nāliū cum dimidio uel circa illud. ut colligi pōt a Hal. 3° creticoꝝ. Speculatores eni medicine qui curā suā a ꝓposuerunt rōnabilib⁹ experimentis non perpenderunt lunā suo lumine in corpora humana ifluere ifluxu percepti-bili de quo curādum sit: imo solum viderunt manifestam ipsius impressionem fieri in corpora nostra tēpore quo ma-nifeste lucet in hemisperio nostro: z est spatium dieruz iam predictoꝝ. ut ex sententijs iam predictis accipere pōt.

Post hec aūt in hac mā videnť remāsisse due diffi-cultates solōnē expectātes. Et p̄ma q̄dē an mulieres cū mala cōplexione frigida z humida mr̄icis cōplicata etiā lapsui humido z frigido epatis ip̄regnari pos-sint. Et videt̃ q̄ sic: eo q2 mulier ista cū tali lapsu z multitu-dine māeꝝ flegmaticaꝝ in mr̄ice sua ip̄regnata fuit. ℂ 2m motiuū q̄d etiā appet: eo q2 añ mēstruationē suā tales mate-rie in mr̄ice inueniunť. ℂ In oppositū arguiť. eo q2 si in mr̄ice recipiať virile semē corrūpēť a talib⁹ materiebus in mr̄ice inuētis. ℂ Itē q2 tales māe que parū ante ptuz expel-lunť: aut in ea fuerāt genite añ impregnationē aut post ip-sam. si ante impregnationem non videtur rationabile ip-saz potuisse ip̄regnari: eo q2 tales māe sui frigiditate sperma ꝓlificū corrūpunt. ℂ Itē q2 tales māe sanguinē mēstruum inficiūt adeo ut nō sit mā apta gn̄ationi embrionis neq3 nu-tricationi eius. ℂ Et iterū q2 tales māe leniēdo z mollificā-do mr̄icē lubricā reddūt ita ut fetū detinē nō possit. z plura alia motiua sil̄ia istis adduci possent. Sicut enim in terraz multā humiditatē h̄ntē ꝓiectū semē corrūpiť: ita ut nō ger-minet. Ita etiā de virili semine in mr̄icē valde humidā ꝓie-cto ↄcedi debet. Et sunt sermones Hyppo. z Cōmentatoris affoꝝ 5a ibi. Similiter autem z in materiebus.

Ad absoluēdū huiusmodi difficultatem dicē-dum est ↄclones tres. ℂ Pri-ma. q̄ nō q̄libet mr̄icis lapsus frigidus z humidus mate-rialis prohibet impregnationem mulierum. ℂ 2a ↄclusio. q̄ lz impregnatio nō ꝓhibeat a tali lapsu: debita tamen fe-tus nutricatio z ipsius fortitudo impediuntur. ℂ 3a ↄclu-sio. q̄ ↄtingit debilitatem virtutis apparere quādoq3 in to-to: quandoq3 vō in determinata parte.

Prima ↄclo multis modis ꝑsuaderi pōt. z p̄ q̄dem: q2 maior esse pōt vtutis resistētis ad lapsum iā dictū q̄ actiuitas ad ipsaz. igiť vtus semē in ea receptum regulare poterit ad retētionē ipsius z ↄceptionē. Añcedens arguiť. q2 non q̄libet lapsus vtutē adeo debilitare posset: ut ↄceptionē impediat: nisi fuerit ualde magnus. ℂ 2° iterum ꝓbať ↄclo. q̄m lz in mr̄ice lapsus frigidus z humidus inue-niať. cōtingit tñ nō semp̄ in mr̄ice inueniri mām tāte quāti-tatis: ut sui frigiditate z humiditate spirituosam ptē sp̄ma-tis corrūpere possit. z lubricā reddē mr̄icē: adeo ut non deti-neat semē. ℂ 3° ad idē arguiť q̄ñ ↄtingit mulierez fuisse nā-liter menstruatā. z in tp̄e illo cū euacuatione sanguis fuerit expulsa mā frigida z humida: z sanguis laudabilis ad ip-sam fuerit attract⁹: ex quo vigorosior reddať matrix. Igitur in tali casu ↄcipe poterit. patet ↄn̄tia. q2 nulle videnť cause impeditiue ↄceptionis q̄ñ tp̄e coit⁹ vtus attractiua z reten-tiua mr̄icis fortis est cū magna delectatiōe ad illud ↄcurrē z substātia mr̄icis ↄueniēter solida est a sup̄fluitatibus re-mollitiuis mūdificata z semē in ea receptū ꝓlificū fuerit.

Secūda vō ↄclo declarari pōt. eo q2 post ↄceptionē factā pōt regenerari mā multum frigida z humida que nō est sanguis dispositiua ad debitā nutricati-onē ipsius: imo ip̄editiua. q̄ embrio notabilr̄ debilitať. patet ↄn̄tia. q2 mā ifrigidādo calorē nālem nec̄io debilitat. Itē sui frigiditate z humiditate sanguinē reddit ineptum ad nu-tricationem debitā. q̄ embrio remanebit debilis z extenua-tus. patet ↄn̄tia. z p̄mo añs huius rōnis arguiť. q̄m rema-nēte lapsu fixo uel fiente tā in mr̄ice q̄ in epate z stomacho māe generabunť frigide z humide per viā indigestionis. ℂ 2° arguiť ↄclo. eo q2 sanguis quātūcunq3 laudabilis in casu attract⁹ ab epate z a uenis ꝓpter lapsuz frigidū z humi-dū in mr̄ice inuētū poterit remitti in caliditate sui z intendi in humiditate: q̄re reddiť mā inconueniens nutricationi. quare necesse est debilem z extenuatum fieri fetum.

Et ex istis inuicem collatis ꝓbari pōt tertia ↄclo. z p̄ quātum ad p̄mā ptē eius. que est q̄ toto fetus corpore remanebit debilitas. eo q2 quoꝝ ꝓn̄tia v-tus fortis est z ꝓmanet eoꝝ carentia debilitať: sed ꝓn̄tia san-guinis z sp̄ūum laudabiliū cōstat virtus. ergo carentia ip-soꝝ debilitatur. q̄re p̄ma pars ↄclusionis uera. Scd̃a vō ps eius arguitur: eo q2 contingit lapsum vni parti matricis z ↄn̄ter fetus inueniri maiorem: sed hoc posito pars illa debi-lior erit. ergo z eius operatio debilior. ℂ Ex quo correlarie cōcludi pōt quorūdā apparentiū uerificatio. p̄mo q̄re in q̄-busdā infantium appet cerebri debilitas: ita ut multiplicen-tur in capite z in membris euacuationis ab eo sup̄fluitates per nasum per palatuz: z sic de alijs. q̄busdā vō accidit rau-cedo uocis ꝓpter frigiditatem z multā mām membris uo-calib⁹ inuentā. Quidā vō eoꝝ vix uagire z uociferare p̄nt ꝓpter cām dictā. z ꝓpter debilitatem virtutis motiue par-tium pectoris uocalium. nonnullis vō inuenitur stomachi debilitas: z sic de alijs. quoꝝ cause ex hoc fundamento assi-gnari possent. Et vide q̄ in fetu huius mulieris hec talia ac-cidunt s̄m partem z causas eorum ex his intellige.

Secūda vō difficultas q̄re hec mā mucillaginosa al-ba in hac muliere reseruať usq3 ꝓpe tem-pus ptus. cā est assignabilis ex pte finis. eo q2 sicut māe mē-strualés: imo etiā ualde corrupte usq3 ad finē ptus nālis re-seruātur. ita z de istis mucillaginosis sup̄fluitatibus dicēdū est. ℂ Cā vō ꝓpter quā he māe aliq̄ñ expellunť ante ptum per. x. uel. xv. dies aut circa illud esse pōt. aut q2 māe tales tātum multiplicate sunt: q̄ nō expectat virtus a nocumen-to illarum incitata expulsionē illaruz facere in tēpore ptus: sed anticipat expulsionē illaꝝ sinthomatice ante partum. ℂ Et scd̃a cā esse pōt eo q2 tales māe multiplicate maiorem remollitionem facere possent in mr̄ice in ultimo mense par-tus q̄ in precedētibus. vn̄de ꝓpter multā remollitionē eius quasi lubricādo descendunt. ℂ Ita ex fundamento omniū

borum sermonũ videt̃ esse dispositionem huius dñe ad determinatã declarationẽ adductã. ¶ Et appet iterũ ex hoc fundamẽto posse reddi cãm oiũ effectuũ uel accñtium in ipsa apparentiũ. ¶ Et 3° iterũ põt videri ex hoc fundamẽto cã mortis fetus post natiuitatẽ eius que est ꝓpter egritudinẽ in mr̃ice ɔctam. cuius nocumentum nõ eque hñ tolerat fetus post natiuitatẽ sicut tolerabat in mr̃ice. eo qꝛ potẽtior est aer cũ alijs reb⁹ non nãlibus ad alterãdum fetũ parum post natiuitatem eius extra uterũ ꝙ in utero. ¶ Ultimo ex hoc fundamento facile ɔcludi põt ꝙ egritudo hui⁹ mulieris est difficilis curationis saltẽ ꝓpter longitudinem eius: ꝫ etiam alie cãe cõcurrãt ad eius puitatem. ¶ Et concludit̃ ex his ultimo neciũ esse festinã curationẽ ipsi⁹ ꝛ ualde sollicitã: q̃re aũt in sequẽtibus succincte declarabit̃.

¶ De regimine per administrationem sex rerum non naturalium. Cap. II.



Ro regimine igit̃ dispõnũ huius mulieris p̃mo discurrẽduꝫ est per debitã administrationem sex rerũ nõ nãlium. Scdo per regimen medicinalium. ¶ Sit itaqꝫ eius aer ꝛ locus tẽdens ad caliditatẽ ꝛ siccitatem nãlr̃ uel artificialr̃ orientalis uel meridionalis: artificialr̃ fiat cũ igne ꝛ suffumigationibus ex thure sandaraca colofonia storace calamita laudano ligno aloes ꝛ cum cõbustione lignoꝝ pomoꝝ pinoꝝ iuniperi lauri abietis: ꝛ vitet̃ flatus uentoꝝ septẽtrionalium. ¶ Exercitet̃ exercitio pedestri satis lõgo aut alto. si aũt nõ põt ꝓpter debilitatẽ: fiãt fricationes cũ pãno aspo sup loco alchatin sero ꝛ mane donec caleat ꝛ rubeat ante cibuꝫ eius cutis. ¶ Quietẽ oĩno vitet lõgã. Et somnus vitandus: nisi ſm necessitatem: ꝛ lõgitudo somni vitet̃ ꝛ vigilie magis cõueniunt. ¶ Caueat a multa quãtitate cibi ꝛ potus: imo recedat a mẽsa cũ reliquijs famis adhuc reseruatis in stomacho: qm̃ deterior est fertilitas tẽpore sterilitatis ꝙ sterilitas tp̃e fertilitatis. 3ª p̃mi. cap. de regimine eius qḋ comeditur ꝛ bibit̃. ¶ Si aũt ɔtigeret repletionẽ incurrere euacuet̃ per uomitũ cũ hoc uomitiuo. ℞. aque decoctionis seminuꝫ raphani. ℥. iij. mellis. ℥. s. aceti. ℥. j. dissolue totũ ꝛ bibat̃ tepidũ ꝛ post illud per horã vnã uel mediam cũ digito fiat agitatio in p̃ncipio meri apud radicem lingue. Et si per talem commotionẽ non ꝓuocaret̃: tũc immittat̃ pẽna oleo oliuarum inuncta: ꝛ fiat agitatio. ¶ Si aũt abhorreret uomitũ: tunc ciboꝝ supfluitas est ꝓuocãda cũ clisteri isto. ℞. folioꝝ maluaruꝫ blete mercurialis. añ. M. j. folioꝝ catapucie minoris numero q̃tuor coquãtur in lib. v. aque usqꝫ ad medietatem huius decoctionis cũ expressione. ℞. lib. j. iere Sal̃. ℥. s. bñdicte cassiefi. añ. ʒ. vj. salis indi. ʒ. j. s. olei oliuarum. ℥. iij. misce. ꝛ totuꝫ supponat̃ bis uel ter usqꝫ ad cõueniẽtem stomachi exonerationem. ¶ Si aũt abhorreret etiã clistẽ tribue ei ℥. iiij. uel. v. decoctionis senecalefacte cum. ℥. j. sy. acetosi. est bonuꝫ dispositiuuꝫ taliũ supfluitatum. ¶ Si aũt oĩa predicta abhorreret faciat dietã per vnam diem absolute uel per duos tenuem cũ cibis pauce quãtitatis ꝛ qualitatis. ¶ Accidentia aĩe que inducũt caliditatẽ mediocrẽ itra limites sanitatis ɔueniũt. que aũt excedũt ꝛ inducũt tristitiã sunt euitãda. silr̃ sunt euitãda oĩa cibaria notabilr̃ frigida ꝛ humida. ¶ Jtẽ viscosa ꝛ oppilatiua. Jtẽ ingrossatiua sanguinis ꝛ alioꝝ humoꝝ ꝛ oĩa uẽtosa. Exẽplũ p̃mi spinachia portulaca ꝛc̃. Exẽplũ scdi. pastiles cibi neruosi. Exẽplũ tertij. caro salita ꝛ aĩaliũ antiquoꝝ. Exemplũ q̃rti. sicut oĩa lacticinia ꝛ olera ꝛ legumina ꝛ ꝓprie elixata ꝛ cibaria mellita: ꝛ euitet cibaria difficilis digestiõis: sicut sunt carnes uaccine. ¶ Carnes aũt laudabiles sunt oẽs que nãliter siccitatem augmentant ꝛ magis assate ꝙ elixate. fercula autem tendant ad caliditatẽ ꝛ siccitatem risum pãnicũ ꝛ cicera rubea ꝛ alba ꝛ caules saluia serpillũ mentha rosmarinus rutha in cibis preparata ɔueniũt. ¶ De aromatib⁹ cõueniunt oĩa calida ꝛ sicca ꝛ apitiua hñtia ꝓprietatem ad epar ꝛ matricẽ: uelut sunt cinamomum spica nardi. çç. macis galãga nux muscata li-gnũ aloes utrũqꝫ pip ꝛ ꝓprie albũ: ꝛ crocus ameos amomũ anisum semẽ feniculi petrosilini apij cardamomũ maius ꝛ min⁹ ꝛ nigella: quã qdã crediderũt esse cardamomũ minus ꝛ falso: qm̃ cardamomũ minus est granũ paruũ oblõgũ spericũ satis colore puluerulẽtũ substãtia solidũ odore ꝛ sapore acutũ satis. Cardamomũ min⁹ est illud quod Auic̃ noiat heylbane. ꝛ est granũ padisi noiatuꝫ ſm aliqs: ꝛ a vulgo dicit̃ melegete: qm̃ est granũ paruũ triagulatum subrubeũ solidũ acute aromaticitatis ꝛ acuti saporis ꝛ est de medicinis epar ꝛ mr̃icẽ potẽter rectificãtibus siue simplex accipiat̃ siue cõposita. ¶ De fructibus ɔueniũt amigdale fistici passule cũ arillis hñ masticate. grana autẽ pini ꝓpter suã vnctuositatẽ nõ placent. ꝛ qꝛ nocẽt stomacho. 13ª tertij. de his que nocẽt stomacho. ficus auellane etiam optime sunt ꝛ ꝓprie torrefacte. 14ª tertij. de rebus epati ɔferentibus. pomis võ ꝛ piris hñ aromaticis ꝛ maturis q̃nqꝫ uti põt ꝛ nõ frequẽter: ꝛ meliora sunt cocta ꝙ cruda. Et in summa fructus oẽs caliditate ꝛ siccitate aromaticitate ꝛ apitiua virtute p̃ticipãtes. ¶ De salsis autẽ ꝛ cum eo ɔditis cõueniunt caro salita nõ pinguis ꝛ caseus salitus ꝛ oliue condite ꝛ pisces cum salsedine diu conseruati. Et de alijs conditis utilia sunt ei. çinç. conditum ꝛ iringi conditi ꝛ kebuli conditi rape napi conditi ꝛ omnia condimenta calefacientia ꝛ exiccantia cum mundificatione matricis. ¶ Pot⁹ autem huius domine conueniens sit vinum colore album substantia subtile aromaticum notabilis caliditatis ꝛ siccitatis. Et euitet summopere usum aque saltem longum.

¶ De cura per medicinalia. Cap. III.



Ro curatione huius dispositionis per medicinalia duo principaliter videntur intẽta. ¶ Primum est correctio lapsus frigidi ꝛ humidi matricis. ¶ Secundum est fortificatio fetus in matrice. ¶ Pro curatione lapsus. s. frigidi ꝛ humidi oportet simul intendere ad stomachum epar ꝛ matricem ꝛ erunt intentiones quinque curatiue eius.

Et prima est materieruꝫ adequatio que multis instrumentis compleri potest. ¶ Primuꝫ est debita administratio sex rerum non naturalium: ut supra dictum est. ¶ 2ᵐ instr̃m adequãs mãs est administratio confectionum ꝛ electuarioꝝ sua caliditate ꝛ stipticitate hñtiũ virtutẽ stomachalẽ epaticaꝫ ꝛ mr̃icalẽ: uelut sunt dyambra dyamuscus dulcis dyacinamomũ electuariuꝫ de ligno aloes dyatrion pipeõ plirisarcoticon metridatũ dyacalamẽtũ dyamacis: ꝛ similia istis. Quoꝝ oiuꝫ usus sit in mane per tres uel q̃tuor horas añ cibũ. de qbus etiã põt accipi aliqḋ añ cenã parum. ¶ 3ᵐ instr̃m sunt aque sublimationis. s. mellisse absin. origani pule. betonice salu ie ruthe feni. apij petro. genestre ꝛ liliũ ¶ 4ᵐ sunt sy. istis mẽbris appropriati. s. sy. de calamento de prassio de absinthio: ꝛ de eupa. de mẽtha. Compositus acetosus çuccarinus mellinus oximel de sq̃lla. sy. de lilio descriptiõe Serap. 7° breuiarij. ꝛ sy. de enula de arthemisia. qui ambo sunt solẽniter mũdificatiui mr̃icis ꝛ abstersiui. ¶ Et cõpositũ bonũ ꝛ leue aggregãs intẽtiones ad predicta. ℞. florũ arthemisie mr̃icarie mellisse betonice saluie origani eupatorij assari. añ. M. ij. cimini anisi ameos: se. ruthe carui. añ. M. j. enule sicce. M. iij. calami aromatici galange çedoarie cinamomi. añ. M. s. bistorte gallie muscate doronici violarum citrinarum. añ. ʒ. ij. liquiritie. ʒ. iiij. bulliant in omnia in. lib. xij. aque usqꝫ ad cõsumptionem medietatis. deinde cum forti expressione colentur ꝛ colature addatur aceti lib. s. çuccari secunde decoctionis. lib. xv. ꝛ coquantur usqꝫ ad conuenientem spissitudinem. de hoc igitur composito. ℞. ℥. ij. aque absinthij betonice ꝛ mellisse. añ. ℥. j. misce ꝛ totum calidum in potu det̃ in aurora. ꝛ tardetur cibus post ipsum horis 4ᵒʳ. ¶ Et leuior isto est hoc. ℞. sy. aceto. compositi. ℥. j. s. aque matricarie. ℥. ij. absinthij. ℥. j. misce ꝛ tribue ut supra. ¶ Aliud leuius isto. ℞. aque matricarie arthemisie betonice. ana. ℥. j. s.

çuccari al. parum ⁊ det' in potu ut prius. Possem etiam adducere digerentia in forma decoctionis pulverum ⁊ pillularum cōposita. ⁊ tu ex predictis illa intellige.

Pro intētione 2ª que est māerū diversio a pfūdo corpis ad circūferentiā. ¶ Primum diversivū ⁊ leve est fricatio extremis ptib⁹ natibus ⁊ spatulis administrata cū pāno aspero faciēte cutem calere ⁊ rubē. ¶ 2ᵐ divertēs est applicatio uētosaꝝ spatulis uel natib⁹ cū scarificatione ubi est dñium sanguis aut māe secū admixte: aut sine: ⁊ applicate spatulis magis divertunt a stōcho ⁊ epate: ⁊ natib⁹ applicate magis divertūt ab epate ⁊ mrīce. Et de bñ divertētib⁹ a mrīce mās sunt uētose super natib⁹ administrate. ¶ 3ᵐ divertēs est ablutio pedum ⁊ cruriū cū decoctionib⁹ plātarū: qrum sermo preterijt. ¶ 4ᵐ divertēs ⁊ universalius oib⁹ est flobotomia saphene magis in dispōne mrīcis ⁊ epatis: ⁊ flobotomia salvatelle aut basilice que imediatius ab epate divertūt. qruz utraqꝫ fieri debet cū virtutis ɔstātia ⁊ appitione dñij sanguis aut māeruz sibi cōmixtaruz. ¶ 5ᵐ divertens pōt esse puocatio emorroidarum ⁊ aptio uenaruz mēstrualium. ¶ 6ᵐ divertēs ⁊ bonum est puocatio urine ⁊ pprie cū frequenti usu comestionis folioꝝ ⁊ seminum feniculi ⁊ petrosilini apij anisi ⁊ similium. ¶ Et puocativum utile. ℞. aque eupatorij sparagi. añ. ℥. ij. sumat' in aurora cum modico çuccari: ut supra dictum est. ¶ Et fortius illo ℞. aque sublimationis milij solis ⁊ genestre. añ. ℥. ij. ß. misce. ⁊ detur ut prius.

Pro tertia intentione que est māeruz evacuatio hoc est vnū evacuativum cōe: ⁊ valde utile. ℞. benedicte simplicis. ℥. iij. iere Galeni simplicis. ℥. v. aque feniculi. ℥. j. ß. misce ⁊ calidū tribue. ¶ Et levius illo est exhibere. ℥. xij. iere Gal'. simplicis in potu: ⁊ hec duo possent etiā minorative exhiberi dosim minuēdo. ¶ Fortius ꝓdictis. ℞. el'uarij idi. ℥. ß. cum aqs predictis hora predicta. ¶ Evacuatio cū pillis. ℞. pillaruz de bñdicta de iera cōposita añ. ℥. ß. cū el'uario succi rob. reformēt' pill'e. vij. ⁊ tribue ut supra. ¶ Fortius illo hñs intentionē ad mās mixtas. ℞. pillaꝝ fetidarū. ℥. ß. de iera cōposita de sarcocolla. añ. ℈. j. boni pōderis dent' horis predictis. ¶ Et plurima cōposita huic intētioni serviūt: uelut el'uariuz dyafinicon iera rufi ⁊ pprie ad mās adustas. ⁊ el'uariuz de psilio ad mās mixtas ⁊ ppe calidas dñantes que tñ per se in lapsu tali nō multiplicātur. ¶ Elige g° que gratior tibi videt': ⁊ da in aurora qtuor observādo ɔditiones. ¶ Prima ꝙ post illius assumptionē dormire pōt vna hora. ¶ 2ª ꝙ post ipsaz nō fiat magnū exercitium. ¶ 3ᵐ non comedat' post eas per sex horas. ¶ 4ª ꝙ vna hora post medicinā recipiat aliqd depositivuz supfluitatū: uelut eēt cyathus vnus brodij pulli in dieb⁹ frigoris: ⁊ cyathus vnus aque ordei calide cū çuccaro in dieb⁹ caloris. Et si nō uellet per os per clisteria fiat. ut ℞. decoctionis herbaꝝ lenietiū ut malue mercurialis blete portulace bismalue ⁊ siliuz lib. j. olei lilioꝝ alboꝝ. ℥. ij. olei de violis citrinis. ℥. j. ß. benedicte simplicis. ℥. vj. çuccari cassiefistu. añ. ℥. iij. salis gemme. ℈. iiij. misce. ⁊ exhibeatur hoc clistere omni die usqꝫ ad decem dies.

Quarta intētio que est curatio mēbroꝝ mādātiuz ⁊ recipiētiuz mēbra que possent ledē mrīcez sūt tria pncipal'r. s. caput stōchus ⁊ epar. huiusmodi mēbra ppter lapsuz eoꝝ frigidū ⁊ humidū possent effundē mās ad mrīcem augmentādo eius lapsuz. ¶ Rectificabit' g° cerebri dispō cū medicis capitalib⁹ simplicib⁹: uelut sticados pulegiū calamētū maiorana salvia hysopus laurus amomum ameos galāga cinamomū macis cubebe nux mus. serpillū rutha betonica ⁊ silia. utēdo eis aut in pulverib⁹ aut cibis aut ɔfectionib⁹ aut el'uaria appropiata ex eis cōponendo. ¶ Et de famosiorib⁹ ad hāc intētionē est dyanthos descriptione Nicolai in quo maximā utilitatē habui exhibendo de ipso. ℥. iij. per duas horas post cenā cū. ℥. j. aque sublimationis sansuci. Et sil'r ɔferūt ɔfectio dyamusci dulcis dyambre dyaolibani dyamacis dyacalamēti. ¶ Et hec oia conferunt tā cōposita ꝙ simplicia stōcho exñti in hac dispōne. Et ɔfectio de eruca descriptione Dyascoridis magnifice ɔfert aut ɔfectio de galāga ⁊ el'uariuz de seminib⁹ hec oia gfā alterationis. ⁊ iera Gal'. mūdificationis gfā. ⁊ pill'e de spēb⁹ fm Mesue supius allegate. ¶ Res que rectificāt epar lapsum ad frigidū ⁊ humidū sunt sicut el'uariū dyalacca dyacurcuma dyaciminū dyacostū dyaolibanū: ⁊ silia. sy. de absinthio de prassio cōpositus acetosus de qnque radicib⁹ uel de qnque semibus. ⁊ sy. dyarodon ⁊ ppe fact' cū radice galāge ⁊ similia istis. ¶ Simplicia ei ɔueniētia sunt absinthiū prassiū eupatoriū calamētū rubea tinctoꝝ radix genestre: fu: meu. ⁊ in sūma oia simplicia calida amaritudine aptione pticipātia ⁊ ppe eupatoriū. Et ɔferētia a qlitate occulta sunt sicut caro limaciarū ⁊ ppe repētiū sup spinas: ⁊ ppe epar adip. i. lupi. ⁊ oēs spēs endiuie. ¶ Simplicia medicamina que lapsuz mrīcis corrigūt ptiz a qlitate manifesta ⁊ ptiz a qlitate occulta sunt sicut arthemisia mellissa gña mirti mrīcaria valeriana fu noiata. ⁊ radix flos meu. ⁊ nepita que est spēs calamēti qmōlibet administrata ⁊ mastix rosa rasura eboris balaustia coriādrū siccū ameos amomū cipus daucus bistorta cubebe macis ⁊ in sūma oia aromatica calide cōplexiōis ⁊ sicce mediocriter apitiua cū stipticitate: uelut laudanū storax calamita colofonia thus myrra aceto aspsa. oia hec mrīci imposita ipsam potēter ɔfortare pūt. Sed pus tñ exterius suffumigādo ⁊ encatisma faciēdo de eis admistrare soleo. ¶ Cōposita sunt trifera maior ⁊ minor dyaolibanū el'uariuz de mirto ɔfectio de storace sine opio: ⁊ silia que admistrare ɔsuevi in aurora cū aq sublimationis arthemisie ⁊ mrīcarie. ¶ Cōpositū bonū quo uti sepe soleo ad vigorādū mrīcē que ppe debilitata est ab humorositate multa. ℞. hypoqstidos acatie gnoꝝ gnatoꝝ siccoꝝ masticis corralloꝝ alboꝝ ⁊ ru. añ. ℥. j. rasure eboris. ℥. ij. coriādroꝝ preparatoꝝ. ℥. ß. spodij de cāna. ℈. ij. gūmi arabici dragagāti torrefactoꝝ. añ. ℥. j. ß. mellisse anthere arthemisie matricarie camedreos camepitheos nepite. ana. ℥. ij. doronici. ℥. j. macis nucis muscate galāge. añ. ℈. iiij. pulverizent' oia per se. ⁊ cū lib. j. çuccari scđe decoctionis ⁊ lib. ß. mellis fiat el'uarium cuius dosis sit exhibendo de eo. ℥. iij. in aurora. ⁊ ℥. ij. sem p añ prādiū ⁊ añ cenā: ⁊ qñ uadit ad lectū; multas enim matrices humorosas ex usu huius el'uarij vidi rectificatas.

Quita intētio que est enumerare medicinas simplices ⁊ cōpositas ualde ɔferētes lapsui frigido ⁊ humido epatis stōchi ⁊ mrīcis: ⁊ enumerare medicinas simplices ⁊ cōpositas ɔservātes fetū post eius nativitatē: ⁊ rectificātes malā dispōnē in mrīce acquisitā. ¶ Medicine epatis sunt. x. simplices ⁊. x. cōposite. ⁊ pma est eupatorium calidū in p° ⁊ siccū in 2°. vide 2° cañ. ⁊ soleo ipsuz exhibere recens comestū cū pauco aceti añ cibū: ⁊ adhuc decoctionē eius usqꝫ ad. ℥. ij. ⁊ succus eius est fortior oibus qñ per vnā septimanā assumit' in aurora: ut sy. in dosi. ℥. j. ß. Itē pulvis eius in potu datus a. ℥. ß. usqꝫ ad. ℥. j. cū decoctione radicis ipsius mirabil'r opatur. ¶ 2ª est assarū: ⁊ modus administrationis eius pōt esse sicut eupatorij: sed sub dosi subdupla. ¶ 3ª est agnus castus ⁊ est potēs in aptione oppilationū epatis ⁊ dare ɔsuevi. ℥. j. cū. ℥. j. oximell. ⁊. ℥. j. ß. aque decoctionis eupatorij. ¶ 4ª est apiū ⁊ ɔfert multū usus eius in cibis ⁊ ppe vinū infusionis eius in usu acceptū. ¶ 5ª est foliū qđ in figura est sil'e folijs lauri: lz minora sint in quātitate ⁊ aromaticitatē hñtia cū maiori acuitate. ¶ 6ª est coriandrū. ¶ 7ª est fisticū qđ potēter mūdificat epar ⁊ apit meatus nutrimēti. ¶ 8ª sunt ficus sicce. ¶ 9ª est spica nardus. ¶ 10ª est fu. i. ualeriana. ¶ Cōpositas medicinas positas ɔferre ad mās frigidas ⁊ humidas ⁊ grossas epatis enumera qm. x. sunt. ¶ Prima est apoçima de radicib⁹. ¶ 2ª est trocisci de lacca descriptione Almā. 9°. cap. 67°. ¶ 3ª sunt trocisci de reubarbaro collecti in divisionib⁹ tractatu 19°. descriptione 2ª. ¶ 4ª est el'uariū dyacurcume eodē tracta.

collectũ. cap 17°. ¶ 5ª est ɔfectio trociscoꝝ a çeresib⁹ ultima descriptione p̄dicti tractat⁹. ¶ 6ª est antidotũ Polidoricõ fortãs epar. 5° viatici. cap 6°. ¶ 7ª est antidotũ Damasceni eodẽ cap de karabe sunt solẽnes. ¶ 8ª est trocisci de absinthio. ¶ 9ª trocisci de eupatorio qui ambo colligunt 5° viatici. cap 7°. ꝛ he due descriptiones ul'i fama auctoꝝ ꝓbate sunt. ¶ 10ª est descriptio alkekẽgi collecta a Mesue distinctione 3ª. descriptione 25ª. ¶ Medicine stõcho ɔuenientes ꝛ ɔferẽtes lapso ad frigidũ ꝛ humiduz simplices sunt decẽ. ¶ Prima est mẽtha que ꝓhibet uomitũ flegmaticũ. ¶ 2ª est myrra. ¶ 3ª est nux muscata. ¶ 4ª est foliũ. ¶ 5ª mastix ¶ 6ª est marubiũ. ¶ 7ª est mellissa. ¶ 8ª est calamus aromaticus. ¶ 9ª est galãga. ¶ 10ª est xiloaloes ɔfortãs stomachũ remouẽs ab eo humiditatẽ putribilẽ. ꝛ ꝓp̄e si prebeatur de puluẽ ei⁹ usq₃ ad. ʒ. j. s. ut 2° cañ. cap de xiloaloes. ¶ Medicine cõposite stõcho ɔferẽtes sunt. x. Primo aũt duo utilia sunt p̄mittẽda. s. ꝙ qñcũq₃ stõchus egrotat a mala cõplexione mãli frigida ꝛ humida: ꝛ ipsa fuerit icognita tibi: tũc nulla ĩuenit' medicina iuuãtioꝛ ꝛ securioꝛ iera simplici Galeni: eo ꝙ ipsa nõ hẽt parẽ sibi in ɔfortãdo stomachum ꝛ ad iuuãduz ipsũ ad cõplẽdũ opationes eidẽ ɔueniẽtes. ¶ 2ᵐ premittẽdũ. ꝙ de bonis medicinis ɔueniẽtibus ad egritudines mãles a mã grossa ꝓueniẽtes est sy. sqlliticus talis descriptionis. ℞. sqlle mundate in laminas tenues incise. lib. iij. aceti al. lib. viij. aque fontis lib. x. infundat' sqlla in predictis in uase vitreo stricti orificij: ꝛ bñ clauso: ꝛ ita ĩfuse dimittant' sex mẽsibus: deide coquat' cum predictis leui decoctione excludẽte dissolutionẽ eius. ꝛ tũc absq₃ aliq expressione colet' ꝛ in predictis addantur çuccari scd̃e coctionis lib. vj. ꝛ lẽto igne fiat decoctio usq₃ ad spissitudinẽ: ꝛ ex isto offeras. ʒ. j. s. cũ. ʒ. ij. aque precocte ꝛ calefacte. ¶ Prima medicina cõposita est ɔfectio de citonijs que describit' ab Auicẽna 5° cañ. sũma p̄ma tractatu 7°. descriptione 5ª. ꝛ cõfice ipsam cũ cardamomo gar. ꝛ croco absq₃ alijs sp̄ebus ꝛ exhibe ipsam añ cibũ sinõ fuerit fortis stipticitas uẽtris: ꝛ si fuerit etiã uẽter magis ɔueniẽs lubricus. ¶ 2ª est ɔfectio aromatici roſ. descriptione Gabrielis in antidotario Mes. descriptione p̄ma. ¶ 3ª est de cinamomo ibi inẽta. ¶ 4ª de calamẽto descriptione Nicolai in antidotario que mihi uidet' domestica. In 5° vo cañ. ꝛ summa prima. sex inueniuntur expertissima cõposita ad dispositionem predictã. ¶ Primũ est ɔfectio philosophoꝝ. ¶ 2ᵐ est ɔfectio algẽ. ¶ 3ᵐ est athenitẽ magnum. ¶ 4ᵐ est tyriaca Hermetis. ¶ 5ᵐ est saracenia magna. ¶ 6ᵐ est electuarium de ligno aloes. non inuenies medicinas eis compares.

Pro expeditione ultimi capl'i huius tractatus. s. vigorãdi m'ricem actu pregnãtis oportet obseruare. xv. regulas. ¶ Prima q̄rum est. ut cũ huius p̄gnãtis nã stringit' ita ut sup̄fluitates retineant' mũdificet' cũ brodijs lib⁹ pinguib⁹ cũ cassiafi. mãna sebestẽ violis: ut ℞. cassie nouiter euulse a cãna cuz aq̄ ordei. ʒ. xij. det' in potu cũ medio cyatho brodij pulli uel alterius carnis ꝛ tardet' cib⁹ post saltẽ horis. v. ¶ 2ª regula. diuertant' mãe cũ exercitio leui: qm̃ deambulatio superflua abortire facit: qm̃ replent' corpora ꝓpter ipsaz q₂ agitantur mãe mẽstruales iã retẽte. ¶ 3ª regula. pregnãs ꝓhibeat' ab introitu balnei. ¶ 4ª regula. nõ vngat' caput pregnãtis aliquo vnctuoso. ¶ 5ª regula. caueat in administratione sex rerũ nõ nãliuz ab excessu ut a sup̄flua repletione ꝛ ꝓp̄rie in coitu iter alias res non nãles ꝛ vitet' oino ꝛ dimittat'. ¶ 6ª regula. lz cause aborsus sint euitãde in toto tp̄e impregnationis maxime in p̄ma septimana ꝛ in p̄mis trib⁹ diebus. ¶ 7ª regula. in pregnãte ptes hypocundriales ɔseruari debẽt in sua caliditate ꝛ disp̄õe tegẽdo eas cũ pãno leui ꝛ molli de lana. ¶ 8ª regula. ei⁹ panis debet esse de simila. ¶ 9ª regula. pregnãs debet euitare oia amara in cibis suis ꝛ acuta sicut matricaria prassiuz cappares saliti oliue. ¶ 10ª regula. pregnantes debẽt euitare omnia ꝓuocatiua mẽstruoruz. ¶ 11ª regula. in die ɔceptionis ɔueniẽtius est mulieri abstineri ꝙ cibari. ¶ 12ª regula. vinũ pregnãtiũ debet esse subtile odoriferũ antiquũ. ¶ 13ª regula. si in scd̃is mẽsibus appetũt fruct⁹ ꝑm ɔsuetudinẽ eaꝝ meliores eis sunt passule cum arillis ꝛ citonia dulcia ꝛ pira excitãtia eoꝝ appetitũ ꝛ poma saporis medij. ¶ 14ª regula. in q̄cũq₃ p̄gnãte uehemẽs studiũ hẽri debet ad ɔfortãdũ stõchũ cũ his que mũdificant ꝛ aromaticitate ꝛ caliditate ɔferũt: ut exhibẽ. ʒ. j. s. geleniabin decocti cũ ligno aloes ꝛ mastice: aut saltẽ dare aquã decoctionis ligni aloes ꝛ masticis cũ geleniabin simplici. Est etiam ɔfortãdus stõchus cũ ceroto facto cuz. ʒ. j. masticis ꝛ gariofil'. ʒ. j. uel dissoluãtur cũ vino aromatico ꝛ ex eis fiat cerotũ ꝛ stõcho applicitũ ɔtinue portet'. ¶ 15ª regula est. ꝙ hec remedia que local'r applicant' stõcho grã ɔfortationis eius: ꝛ sil'r m'rici oia cõponi debent cum medicinis calefacientib⁹ ꝛ stipticis non hñtibus aptionẽ aliquã: sed etiã aromaticitatem non ualde intensam. qñ ualde calida ꝛ aromatica ual de prouocãt ꝛc̃. sentẽtia Hyppo. 5° affoꝝ. sermone illo. Muliebria educit ex aromatibus calefactio.

Premisso ul'i regimine p̄gnãtis. ponẽde sunt medicine tã a q̄litate cõi ꝙ a ꝓp̄etate occulta m'ricis ɔfortatiue. de q̄rũ numero alique cibationi attinẽt. ¶ Pria medicina m'ricis ɔfortatiua est lens comesta: ꝛ sil'r qñq₃ lauent' pudibũda cũ eius decoctione: aut cuz puluẽ ei⁹ ꝛ oleo mirtino loca ifra sumẽ alchatin qñq₃ inungãtur. ¶ 2ª est mirt⁹. ꝛ ei⁹ decoctio ɔfert exitui ani ꝛ m'ricis: ꝛ in sũma sui aromaticitate ꝛ stipticitate est multũ ɔueniens m'rici: ita ꝙ puluis ei⁹: aut decoctio multas liberat mulieres abortire ɔsuetas. ¶ 3ª est olibanũ deglutiẽdo ex eo granum sicut pillula ꝛ liniendo alchatin ꝛ loca suminis uehementer ɔfert m'rici: lz fumus eius sit fortioꝛ ꝛ ɔuenientioꝛ. ¶ 4ª est portulaca que aduersat' coitui ꝛ arcet uehemẽter fluxũ oiuz mãeꝝ ꝛ retinet mẽstrua ꝛ maxime eius decoctio per frixionẽ. ¶ 5ª est sq̄nãtuz. est eni sedãs dolores m'ricis. ¶ 6ª est risuz. ¶ 7ª est gũmi carabe noiatũ. ꝛ est ꝓp̄e localis. ¶ 8ª est rosa ualẽs ad exiccãdũ humiditates m'ricis cõmixtas alicui serositati cholerice. ¶ 9ª est storax ꝛ ꝓp̄e illa que dr̃ calamita ꝛ aufert m'ricis dolorẽ ꝛ corrigit humiditatem ei⁹. ¶ 10ª est ferrũ ꝛ scoria ei⁹: cui⁹ q̄dẽ extictio in vino itestina oia ꝛ m'ricem mirifice ɔfortat ex potu ei⁹: ꝛ sessio etiaz in aq̄ extictionis ei⁹ uel decoctionis scorie ei⁹ en catismate ex ea facto m'ricẽ humorosam ꝛ lapsam siue pregnãtẽ siue ecõtra solẽniter ɔfortat. ¶ Cõposita medicamina m'ricẽ ɔfortãtia sunt. x. ¶ Primũ est tyriaca maioꝛ bñ fermẽtata. de qua. ʒ. s. aut. ʒ. j. det' bis aut ter in mẽse cũ aq̄ decoctionis granoꝝ mirti. ʒ. s. ꝛ tardet' cib⁹ post eã horis. v. uel. vj. ¶ 2ᵐ est electuariuz de scoria ferri collectũ 5° cañ. summa p̄ma. tractatu 3°. descriptione illa: cuius rubrica. Ars scorie ferri decocte que ɔfert ad frigus ꝛ dolorẽ dorsi: ꝛ non exhibeas de ea ut tibi scribit'. s. ʒ. j. sed solũ. ʒ. j. aut. ʒ. j. s. ꝛ tardet' cibus post sex horis ꝛ comedant' post ipsam cibaria pinguia. ꝛ scribit' ibidẽ ꝙ ille qui accipit eã in potu bibẽ debet vinum puruz vna uel duabus septimanis. ¶ 3ᵐ est electuarium de cliuie descriptione 9ª precedẽte predictã. ꝛ det' ex eo. XII. dieb⁹ qñq₃ ɔtinuis. ʒ. j. cũ decoctione granoꝝ masticis: ꝛ fac mulieres abstinẽ a cibo horis. v. ꝛ est medicina solẽnis ad corrigendã humiditatem oẽm matricis. ¶ 4ᵐ est medicina approbata ꝛ ꝓp̄rie ad pregnãtes que abortire solẽt ꝓpter multã uentositatem in m'ricibus gñatam est electuarium metridatum cuius. ʒ. j. bis in septimana exhiberi põtcũ decoctione cimini torrefacti ꝛ ɔseruat etiã fetum in utero talis pot⁹. ¶ 5ª medicina est oleũ de storace q̄ɔ ɔfert m'rici exiccãs humiditates preparãtes ad lubricitatẽ fetum. ¶ 6ª est oleũ de pipibus q̄ɔ ɔfert pregnãtibus: quaruz matrix in frigidata ꝛ humectata est ꝛ uentositatibus repleta. ꝛ ꝓp̄rie qñ inunguñt femorales ptes ꝛ suminis ꝛ alchatin cum istis calefactis: ꝛ collige hoꝝ amboꝝ descriptiones a Mesue in antidotario distinctione ultima. ¶ 7ª est susufobede collectum in

ca. summa pma. tractatu 4°. descriptione 4ª. quã vide ibi. & cõfert ad exiccãduz humiditatẽ mricis frãgendo uentositates eius & sedãdo dolores cõfortat stõchuz & epar: & earũ dosis est. ʒ. ß. aut. ʒ. j. in mane cũ decoctione vnius grani masticis. ¶ 8ª est trifera minor collecta 5° cañ. sũma pma. tractatu 3°. de eluarijs rubrica. trifera minor. de qua detur in potu. ʒ. j. ß. & ppe cũ decoctione thuris & tardet cib° post ea. v. horis. ¶ 9ª est aggregãs fere oĩa iuuamẽta pdicta & sedãs dolores & pũctiones in mrice euenientes sunt trocisci de seminib° collecti 5° canoñ. sũma pma. tractatu 4°. rubrica illa. trocisci de seminib°. quoꝝ dosis sit. ʒ. ß. aut. ℈. ij. cuz aqua decoctionis cimini torrefacti & tardet cib° horis. v. post illas: & sunt elegãtes multum. ¶ 10ª & ultima est eluarium de margaritis positũ 3° canoñ. fen 21ª. tractatu & cap scðis. cuius qdem solẽnia iuuamẽta describit ibidẽ Auic. dicens q ipsuz rectificat dispõnẽ matricis & dispõnẽ stomachoꝝ. & est descriptio talis. ℞. margaritarũ nõ pforataꝝ piretri amborum. añ. ʒ. j. ß. masticis. añ. ʒ. iiij. çedoarie doronici: seminis apij tapsie cardamomi macis nucis muscate cimini. añ. ʒ. ij. ben albi & ru. piperis macropipis. añ. ʒ. iij. cinamomi. ʒ. v mellis solumoni quãtũ oĩa & plus & sit dosis eius coclear. j. & ppie ieiuno stomacho sup quo tardetur cibus saltez horis tribus. & hoc electuarium inter cetera simplicia ingrediuntur doronici valde cõuenientes motui tremulo cordis & frãgit uentositates totius corporis: lz sit ei pprium dissolure uentositates mricis: & similiter apium ingredit cuius nocumẽtum remittit torrefaciẽdo parũ ipsum. & tapsia etiam ingredit que est spẽs ruthe & ppie sylvestris. & Bheen per duplex e cũ aspiratione precedẽte est radix satis solide substãtie. sine aspiratione precedente est radix satis solide substãtie. sine aspiratione per e simplex est semen quo in medicina utimur. & sic sit si vis. Amen.

Cõsilium. 215.

De descensu materierum albaꝝ a matrice. ¶ Diuiditur autem consilium in capitula tria.

¶ De disposi ione ipsa & causis eius. Cap. I.



Enerosa dña laborat egritudine que est descensus mãerũ albaꝝ a mrice. Et heqdẽ mãe descẽdũt ab ea qñqz cũ corruptione manifesta qð cõprehẽdit sensu olfat° ex fetore comitãte eas. Qñqz qdẽ expelluntur he mãe nullo tñ associãte fetore. Et est qdẽ egritudo ualde maligna ifelicitatiua dispõnis mulieruz adeo q frequẽter trãseunt in hydropem Et si nõ aliud nocumẽtuz efficeret in eis tñ ut in pluribus facit eas steriles: lz pus fecũde fuissent. Et adhuc si contingeret eas impregnari: lz raro fiat illud: aut perducunt ad aborsum: aut fetum infelicem & non sanum parturiunt. vnde propter hoc necessitãtur ad curationem sui. ¶ Et hec qdez est illa dispõ in qua parũ negociati fuerũt antiqui auctores quãtũcunqz illustres fuerint siue arabes greci caldei seu italici fuerint. ut in alio magno tractatu declaraui inscripto ad uxorem magnifici Uguçonis de contrarijs. lz eniz hec egritudo possit inesse per colligãtiam matrici: nunq tamẽ in eis inuenitur per colligãtiam quin egritudo mutetur in egritudinem per essentiam matricis: quoniam egritudines matricis que per colligãtiam fiunt non diu perseuerãt: qn transeãt in eis per essentiã: ut colligitur scða pmi. cap de cõplendis dispositionibus ab Auicª. Proprius autem egritudines per colligãtiam efficiunt quãdo diuturne sunt & cronice uelut in hac dña manifestum esse potest. Est autem in ea non cursus matricis: non fluxus magnus: sed satis mediocriter pcedens: ut in pluribus dato q motibus periodicis superexundet aliquando.

Possunt autem in hac domina huius fluxus cause fuisse plures. ¶ Prima aborsus precedens uel precedentes. ¶ Secunda coitus multitudo. ¶ Tertia impotentia educendi sperma consuetum educi. ¶ Quarta immoderata emorrosagia in periodicis menstruis procedens uel continuans. ¶ Quinta uehemens matricis infrigidatio a multitudine aceti lacticiniorum ciborum pastilium & piscium. ¶ Sexta paucitas calefaciendi renes & matricem. ¶ Septima & ultima pro nunc longa sessio sup lapidibus & reb° duris aut frigidis. ¶ Quecunqz ergo affuerit de numero predictarum causarum patet q matrix huius domine adeo est debilitata q sanguinẽ in ea susceptum & attractum gratia nutricationis prime conuenienter transmutare nõ potest: imo remanet indigestus & in flegma conuertitur propter debilitatem innati caloris ipsius matricis. ¶ Nec terrearis a sophista si arguat contra te: quia sanguis est humor perfecta coctione genitus ergo non potest conuerti in flegma. antecedens colligitur prima primi. de complexionibus humorum: & tenet consequentia. quia sequeretur q coctum posset incrudari contra determinationem philosophorum. ¶ Huic motiuo dicendum est q coctum remanens sub forma cocti nequaq potest incrudari: sed quando sanguis cõuertitur in flegma prius tempore corrumpitur: materia ergo que fuit sanguinis conuertitur in flegma & habetur propositum. Et si bene consideretur plurime predictarum causarum ad hanc egritudinem inducendam concurrunt ut ipsa in seipsam considerando uerificabit. ¶ Oportet autem de necessitate intelligi huius mulieris matricem magnifice debilitatam esse intantum q siue in ipsa he materie corrupte multiplicentur propter sui debilitatem siue aliunde ad ipsam expellantur nõ possunt in ea rectificari propter debilitatem innati caloris. Et ipa ex qtuor signis hoc uerificare poterit. ¶ Primum est. he materie non raro expelluntur frigide. ¶ Secundum est. q quandoqz ab insensibili fluunt. ¶ Tertium signum. quia non tantum delectatur in coitu quantum solebat. ¶ Quartum signum. quia neqz semen virile receptũ retinet ut retinere solebat. Et sunt hec iseparabilia signa debilitatis matricis proprie.

Unde ex hoc fundamento correlaria sequuntur quedam. ¶ Primum q matrix huius mulieris parata est ad corruptionem putredinalem propter corruptionem complexionis eius. ¶ Secundum correlarium. q si materie in ea multiplicate non euacuentur de facili posset apostemari matrix eius. ¶ Tertiũ correlarium. q iteruz suspitio est de corruptione substãtie matricis eius: & maxime quando materie emittuntur fetide & non euacuant ab humiditate corrosiua. ¶ Quartum correlarium est. q nõ dubito hanc mulierem hac egritudine stante fieri deinceps sterilem. ¶ Quintum correlarium. q si impregnabitur infelicitabitur fetus eius egritudinibus aut morte. ¶ Sextum correlarium. q omnino q celerius potest procuret de regimine sui curatiuo: ut nunc sequitur.

¶ De cura per regimen sex rerum non naturalium. Cap. II.



Taqz cũ manifestum sit ex collectione signorum lapsum huius mulieris esse frigidum & humorẽ materialem esse multiplicatũ in quatuor maxime partibus. videlicet. in stomacho epate renib° & matrice. Et in his qtuor membris consistit magna pars humane vite per elaborationem nutrimenti primi in stomacho quod est chilus. ¶ Secundi vo nutrimẽti in epate quod est sanguis. ¶ Et 3° ex operationib° renũ seruientium epati vtute mundificatoria & depuratoria nutrimenti. ¶ Et 4° iterum ex opationibus matricis que est uelut sentina in corpore mulieris omnium supfluitatum receptiua & earum a corpore cõuenientibus euacuationib° de mẽse in mẽsem mũdificatiua. pz q istoꝝ mẽbroꝝ opationibus magnifice nocitis nõ esset possibile mulierem in sanitate: imo nec in vita prolongari conuenienter. ¶ Propter quod regimen eius dirigatur ad ea que sunt nutrientia medicinalia calefaciendo mediocriter aperiendo exic-

cando que reducant matricem ad congruam dispositionē. ¶ Propter qḋ abstineat ab usu rerū īfrigidātiū ⁊ humectātiū: ⁊ ab usu aque fride: ⁊ assumptiōe lactuce blete spinachie portulace cucumerū cucurbite herbarū fontiū pastiliū ⁊ lacticinioꝝ ciboꝝ. quorū nullū tāgat neq̄ eo utat̄: ⁊ dimittat granata psica sicca iuiubas rapas ⁊ napones ⁊ multi aceti usū: quoniā magnifice nocet m̄rici. ¶ Et utat̄ in cibis mētha serpillo rutha abrotano saluia rosm̄a. arthemisia m̄ricaria feniculo petro. sparagis dauco ⁊ pastinacha rāpōcolis ⁊ enula. Et frequēter utat̄ alleo cocto sub cineribꝰ: ⁊ carnibus laudabilibꝰ iuuēculis p̄limū assatis ⁊ ꝓprie in sero abstinendo a brodialibus multis. ¶ Et uti pōt caseo bn̄ salito cinamomo croco mace galāga pipibꝰ spica ⁊ alijs aromatibus calitate ⁊ siccitate notabilr̄ eleuatis: ⁊ uti pōt oliuis cōditis ⁊ rapis ɔditis: ⁊ in summa sapore oī mellito uel çuccarino aromatibus ɔfracto ⁊ succo lymonū aranciorū ⁊ agresta salita: imo carnes salse ⁊ pisces saliti sunt ei cōuenientes. ¶ Pane utat̄ recēti nō trāscēdēti duos dies. ⁊ utat̄ vīo claro aromatico bn̄ potēti nec tn̄ m̄lt̄ū dulci. Et a vino grosso turbido ualde dulci secedat uelut est çaminū tuscū noīatum vinū: ⁊ in summa hoc est eius regimē ex pte ciboꝝ ⁊ potuū.

¶ De cura per medicinas. Cap. III.

De regimine medicinali aūt huiꝰ dn̄e cōsideraui xij. sibi posse istra medicinalia sufficere. ¶ Primū itaq̄ hoꝝ est hoc. ℞. aquaꝝ assari enule betonice. an̄. ℥. j. iris. ℥. ß. misce ⁊ totum hoc in aurora sumat̄ calīn cū çuccaro uel sine illo: ⁊ tardet comedē per q̄tuoꝛ horas post. ¶ 2m remediū est hoc. ℞. agarici elci. ℥. j. oppopōacis molloris. ℈. ij. çç. ℈. ß. dyagridij ℥. j. ß. fiat pille de oī. ℥. vj. cū succo ros. de q̄bꝰ hec dn̄a oī sero paꝝ an̄ cenā accipiat vnā dū accipit p̄dictū digestiuū ita discrete ptiēdo tp̄s q̄ nō accipiat ipsaꝫ sero īmediate p̄cedēte diē. xv. ¶ 3m remediū est hoc. ℞. pillaꝝ fetidaꝝ descriptiōe Rasis 9o Almās. cap. de palesi. ℥. ß. pillaꝝ de bn̄dicta. ℈. ß. forment̄ pille. vij. cū succo ros. ⁊ accipiant̄ in die. xvj. post digestiuū ⁊ tardet̄ cibus horis ad minus sex post ipsas. ¶ 4m remediū est hoc. ℞. resine clare ⁊ electe oppoponacis galbani. an̄. ℥. ij. musci. ℈. ß. fiat cerotū sup pāno de grana: qḋ a medietate spine usq̄ ad finē eiꝰ coopiat ⁊ portet semp ⁊ est diuinuꝫ medicamē. ¶ 5m medicamē est hoc. ℞. masticis acori thuris sandarace hypogstidos acatie. an̄. ℥. j. coralloꝝ alboꝝ ⁊ ru. spodij. an̄. ℥. ij. icorpent̄ hec oīa cū succo rosaꝝ ⁊. ℥. ß. amili ultimata ɔtritiōe in mortario plūbeo cū suo pistello: ⁊ fiat vnguētū molle. in hoc itaq̄ linimētū īfundat̄ ⁊ ibibat̄ frustū coti p̄us macerati in aceto nigro ⁊ exiccati: qḋ q̄dem cotū sit q̄titatis vniꝰ dactyli. ⁊ expssum cōueniēter teneat̄ in m̄rice simul cū p̄dicto ceroto ɔtinuādo. x. diebꝰ. ¶ 6m istr̄m est hoc. ℞. ligni aloes. ℥. ij. serrature ligni cupressi. ℥. ij. musci tubapitici. i. nouiter de foliculo exc̄ti. ℥. ß. sanguis dra. ℥. ij. bo li ar. aromatici gallarū cupssi. an̄. ℥. j. pulueriçent̄ oīa per se: deinde cū eis oī mane post exitū a lecto per horā suffumigētur iferiora cū pulu̇e huiꝰ cōpositi aspsi sup carbones ignitos. ita tn̄ q̄ dn̄a iduta ueste lōga cū cīgulo ɔdecēter strīgat̄ ⁊ eādē opatiōnē efficiat in sero ɔtinuādo ip̄m per septimanā. ¶ 7m p̄ncipale remediū est hoc. ℞. galbani molloris ⁊ rubei. ℥. ß. scorie ferri p̄parate s̄m artē. ℥. vj. coralloꝝ amboꝝ rosaꝝ sumach granoꝝ mirti seis plātagīs. an̄. ℥. j. cū aceto nigro fiat cerotū amplitudīs spāse ⁊ spicū cū pāno de grana ⁊ portet sup vmbilico suo ɔtinue adherēs. ¶ 8m remediū est ut tp̄e quo hec dn̄a duo īmediate suprascripta accepit remedia uel istra semp oī mane apud ortuꝫ solis accipiat coclear vnū xilobalsami conditi qḋ masticatū deglutiat. In sero vo per horā an̄ cenā radicē vnā. çç. masticatā q̄titatis grani fabe maioris. ¶ 9m istr̄m est ut postq̄ hec dn̄a hec tria nunc ultimate remedia descripta ɔtinuauerit per. xij. dies reuertat̄ itex per alios. xij. dies ad faciēdū pessariū cū coto suprascripto: in quo etiā tp̄e mane an̄ cibū per q̄tuoꝛ horas masticādo deglutiat. ℥. j. ß. granoꝝ sumach ablutoꝝ cū aqua rosata ⁊ exiccatoꝝ sub tegula torrefactoꝝ. ¶ 10m remediū est q̄ istis. xij. diebꝰ suffumiget se per iferius hora suprascripta cū puluē colofonie. ¶ 11m remediū est hoc. ℞. mucillaginis sebesten grossi ⁊ viscosi. ℥. iij. turbit electi. ℥. ß. çinçiberis. ℥. j. masticis. ℈. j. elu̇arij dyap̄runis. ℥. j. ß. fiat eluarium ita q̄ si dn̄a ista ɔueniēter hēret uētrē lubricū tp̄e obseruatiōis suprascriptoꝝ remedioꝝ: tunc oī nocte aut saltē alterna nocte circa matutinū deglutiat de hoc eluario q̄titatē. iij. ℥. ⁊ si cōueniēter oparet̄ adhereat illi q̄titati ɔueniēter. Si aūt amplꝰ quesito ducerēt: tūc subtrahat̄ tertia aut q̄rta ps s̄m cōsideratiōnē pitissimi viri physici. ¶ Ultimū remediū seu instrumētū est hoc. ℞. radicū burse pastoris corticū radicum nespilloꝝ citonioꝝ ⁊ sorbaꝝ an̄. ℥. iij. abluant̄ hi cortices cuꝫ aq̄ extictiōis ferramētoꝝ: deide minuti incidant̄ ⁊ exiccent̄ sub tegula: deide pulueriçent̄ p se. hoꝝ igit̄ puluēꝝ cōmixtoꝝ accipe. ℥. j. ß. carabe spodij masticis coralloꝝ amboꝝ: sandaloꝝ amboꝝ. an̄. ℥. ij. scorie ferri p̄parate. ℥. ß. ossiū mirabolanoꝝ kebuloꝝ. ℥. vj. miue citonioꝝ çuccarine lib. j. çuccari albi lib. ß. Coquat̄ ergo çuccarū cū aqua gallaꝝ cupssi ⁊ icoporet̄ cū miua: deinde fiat eluariū cuꝫ alijs sp̄ebus ⁊. x. folijs auri. hoc igit̄ eluario hec dn̄a incipiat uti quādo faciet suffumigatiōnē secundā comedendo de eo per quatuoꝛ horas ante prandium. ℥. ß. ⁊ per horam ⁊ mediam ante cenam ℥. ij. ⁊ est in quo fides haberi potest.

Consilium. 216.

De humiditatibus albis semicorruptis ex ptione cotilidonum matricis uel uenarum eius.

Doctoꝛ eximie ⁊ honorāde frater eūaui uxoreꝫ nobilis viri dn̄i Jacobi cornario ⁊ iceperūt ab ea educi māe albe semicorrupte ex ptione cotilidonū m̄ricis uel uenaꝝ eiꝰ. Et iō in dispōne sua p̄cedēdū est ut ɔtinuet iunctiōnē quā de padua secū portat. ¶ Itē oī mane apud ortū solis deglutiat eluarij qḋ secū portat q̄titatē vniꝰ nucis muscate. ⁊ tātūdē per horā mediā an̄ cenā. ⁊ iteꝝ tātūdē per duas horas post cenā. Et si oporteret post ip̄m bibē bibat tertiaꝫ ptē cyathi mediocris vini al. subtilis aromatici ⁊ bn̄ potētis. ¶ Et iterū oī mane p duas horas an̄ eluariū detis ei aque iris ⁊ mellisse. an̄. ℥. ij. cū çuccaro calefactas. ¶ Et iteꝝ si uēter eiꝰ nō remaneret bn̄ fluxibilis: tūc oī tertio sero parū an̄ cenā detis. j. pillulā alefanginā factā ex octaua pte. ℥. ⁊ ita p̄cedēdū est usq̄ ad diē dictaꝫ in qua faciatis me aduisatū de dispōne sua. Non enim pōt cōuenienter fieri sibi cōsilium aliud nisi per qḋ matrix eius plene mūdificet̄. Aliter reuerteret̄ ad dispōneꝫ molaticam seuiorem prima. q2 omnis recidiua deterior est sua radice. ¶ Ipsam tn̄ abstinere faciatis interea ab omni cibo ⁊ potu oppilatiuis: ⁊ uehementer effugiat frigus aeris ⁊ proprie pedum. Hec sunt in summa que obseruari debent. ¶ Descriptio vnctionis. ℞. olei nardini. ℥. ij. rubee tinctorū granoꝝ peonie cassieligne e. an̄. ℈. ij. musci. ℥. ij. fiat vnguētū. ¶ Descriptio eluarij. ℞. spice nardi spice celtice cassieligne e ligni aloes assari anisi. an̄. ℥. ij. rubee tinctoꝝ. semis melonis ⁊ cucumeris seminis alkekengi. Ad laudem dei. Amen.

Consilium. 217.

De nocumento matricis cuꝫ fluxu materierum albarum: ⁊ de dolore renum: ⁊ de debilitate epatis a sua mala complexione frigida ⁊ humida: ⁊ dolore capitis. ¶ Diuidit̄ auteꝫ consilium in capitula tria.

¶ De dispōnibus epatis ⁊ earum causis. Cap. I.

Ex his que mihi ad quesita respōdendo scripta fuerūt ⁊ ex eis que in notatis p̄ter p̄dc̄a accepi. manifeste apparet dispōnes huius dn̄e multiplices ⁊ multiplicium esse mēbrorū. ¶ Primo enim fixū nocumetum in m̄rice ipsius deducitur ex cursu materierū corruptaꝝ ab ipsa emanātiū.

qd ipsarum fetor subståtia z color varietas ondit. quod eniz ab ea tã lõgo tpe potuissent euãri mãe: gn magnu nocumẽtum in ea factum fuerit: etiam si per colligantiaz a diuersis mẽbris incepisset egrotare matrix. ¶ 2° etiã apparet nocumentu in renibus eius z lũbaribus partibus interioribus z exterioribus z in neruis z ligamentis pdictarũ partiũ accidisse. qd dolores in ptibus illis pseuerãtes ondunt. ¶ 3m principale nocumẽtũ est epatis ei° debilitas a mala cõplone ipsius epatis frida z humida mãli: siue ipsa per colligãtiã a mrice pcesserit: siue pp nocumẽtũ eẽntiale ipsius acciderit. ¶ 4m nocumẽtũ est iterũ capiti cõicatũ: imo credo q transiuerit etiã ad fixũ in capite nocumẽtũ a mala complexione predicta eueniens. Dolores enim z accidẽtia q plura mihi narrata ostẽdunt caput nucham epar renes notabilr lesa. ¶ Quorum membrorũ z aliorũ nocumentum a matrice contingere poterit propter colligantiã quã habet ad omnia predicta. ut clare legi potest 21a tertij. cap p. uersus finem.

Unde ex oibus pdictis sequit pmo q he dispositiones sunt multũ uerende: eo q sunt pluribus mẽbris cõmunicate z per essentiam iterum in eis fixe. ¶ Sequitur scdo. q tales dispositiones minantur huic domine difficultatem impregnationis: imo sterilitatem. ¶ Sequitur 3°. q si impregnabitur hec mulier nõ felicitabit fetus: imo abortietur. ¶ Sequitur 4°. q si fetus proueniat ad partũ nãlez impossibile erit ipsum sanum oriri z permanere. ¶ Sequitur 5°. q siue in abortu emittatur fetus siue in partu nãli: tñ maxia dubitatio est z spes pauca de vita mris eius. ¶ Sequitur 6°. q cura huius dispositionis cum tanta accntium varietate z multitudine est multuz difficillima. ¶ Propter qd sequitur 7° q oportet magnam adhiberi attentionez in cura huius mulieris: ut nunc sequitur.

¶ De cura per dietam. Cap. II.



Egatur itaqz hec dña ut habitet aerem camerã z loca calida z sicca notabilr a decursib° aquarum z locis terraneis z ab aspectu septentriona li elongata. ¶ Et euitet cibaria frigida z humida viscosa z oppilatiua: ut bletam spinachiam citrullos atriplicem lactucã endiuiaz z similia. Et euitet cibos multe caliditatis z a ptionis: ut feniculũ petros. brodia omniũ leguminũ: z caueat a lacte z lacticinijs cibis a caseo recẽti z molli. ¶ Et euitet etiam brodialia excellẽter humida z pinguia z caueat ab acutis uẽtosis uelut cepe alleo raphano z osilibus. Alijs aũt utat oibus mõ suo. ¶ Et carnib° utat laudabilib° z pprie syluestribus: ut capreoli leporis pdicũ auiũ minutarũ z domesticis laudabilib°: ut vitulinis capretinis z agninis assatis: z utatur frequenter ualde pullis colũbinis: z comedat carnes salitas porci domestici uel syluestris: z caseus aliqualiter salsus dulcis uel cretensis esset ei conueniens z bonus. Oleum oliuarũ ofert ei: butyrum vo non: z mellita cibaria etiaz sunt utilia. vino vo utatur albo uel ru. semper limphato cuz tertia uel quarta parte aque extinctionis calibis. In qua etiaz aqua omnino cõsulo. q coquantur omnia cibaria que comedit. ¶ Dormitione vo utatur prolixa magis q breui: quãtũ potest caueat dormire super spina: sed prius super dextro: deinde super sinistro latere se uoluẽdo. ¶ Exercitiũ aũt nullũ conueniens est ei siue pedestre nauale equestre uel uectigale fuerit. Sed loco exercitij sepe utatur fricationibus tybijs crurib° z spatulis applicatis usqz ad rubedinem aliquantã cutis. ¶ De quãtitate vo assumptiõis cibor abstinẽtia sibi cõueniẽs eẽt nisi timeret casus vtutis. Sed pp illud melius est ut cibet quater in die ptiendo magis q bis solum comedendo propter qd caueat a multa assumptiõe cibor in vice vna ne aggrauato stõcho z epe calor inat° ocludat a cibis: z silr de potu dicẽdũ est. ¶ Passiones etiã aie tristantes ut angustia sollicitudo timor melice ipressiones ab ea euitetur: imo bñ sperãdo geta z iocũda pmaneat: salutẽ enim psperé obtinebit. z hec de regimine per sex res non nãles dicta sufficiant.

¶ De cura per medicinalia. Cap. III.



Egimẽ autẽ eius per medicinales itẽtiones z in ista magna idigeret pscrutatiõe z nõ minori sollicitudine. Sed pp multitudinez occupationũ solũmodo scribã pro nunc que mihi utiliora videbunt z erũt remedia sex ifrascripta. ¶ Primuz itaqz ipor est. ut usqz ad duos uel tres dies in aurora hec dña accipiat ifrascriptã potionẽ cũ aq decoctionis uel distillationis mricarie calaz: z dormiat post ipaz per horaz uel per horã cũ dimidia: z tũc bibat cyathũ. j. aque cũ çuccaro cocte z calefacte. z post illã tardet cibum suum per horã j. Erit aũt medicina talis. ℞. bñdicte. ʒ. iij. eluarij idi. ʒ. j. s. misce. ¶ 2m vo remediũ est: ut post illud eluariũ die imediate sequenti accipiat hoc digestiuũ. ℞. sy. cõpositi acetosi. sy. de calamẽto. añ. ʒ. vj. aque enule z mricarie. añ. ʒ. j. s. misce z calidũ accipiat: post qd tardet cib° per tres horas. ¶ 3m vo istrm est: ut postq acceperit diebus octo digestiuũ mane imediate sequẽti purget cũ istis pillis. ℞. pillarũ fetidarũ pillar de iera cõposita. añ. ʒ. s. forment pille. vij. cũ eluario rob. z assumat mane hora z oditionibus obruãdis omnibus que scripta sunt in p remedio minoratiuo. ¶ 4m vo instrm est: ut tempore quo hec dña accipit digestiuum suprascriptum. si uenter eius non sit bene largus omni sero uel saltem oi tertio sero accipiat vnã de infrascriptis pillis z iterum eisdem poterit uti usqueque erit pfecte sanata de eis accipiendo vnã omni tertia qrta uel qnta die sm q uẽter eius erit bñ aut male fluxibilis immediate añ cenaz: z est earum descriptio talis. ℞. pillularum alefanginarum. ʒ. ij. specierum bñdicte. ℈. j. salis indi. g. viij. oppoponacis mollioris. ℈. ij. forment pillule de oi. ʒ. vij. cum succo foliorum enule. ¶ 5m vo speciale remediũ est: ut post purgationẽ secundã hec dña incipiat uti isto electuario. de quo oi die bis accipiat. s. quãtitatẽ vnius coclearis in aurora qua accipiunt sy. z tardet cibus horis ad minus quatuor. z secunda vice de eodez electuario accipiat coclear. s. per duas horas añ cenã deglutiendo ipsum z bibendo post ipsum quartaz ptẽ vini boni z bñ potẽtis z albi. Est autez ipsius electuarij descriptio hec. ℞. spẽrum dyacalamẽti. ʒ. j. spẽrum electuarij de ligno aloes descriptione Auic° 5° canon. summa prima. spẽrũ dyambre añ. ʒ. s. syru. compositi acetosi çuccarini. ʒ. viij. çuccari albi. ʒ. iij. fiat electuarium. ¶ Ultimum vo instrm est: ut hec domina quãdo accipit predictum electuarium oi mane per tres horas ante cibuz sedeat in dolio semipleno in infrascripta decoctione calida: ita q aqua ptingat usqz ad vmbilicum: z moretur ibi per tertiam partem hore. cuius descriptio est hec. ℞. gallarum cupressi numero. xxv. gallarum quercus perforatarum numero. xv. spodij sumach granorum mirti coralloruz rub. añ. ʒ. s. aluminis crudi lib. j. menthe gariofilate origani. añ. M. ij. coquantur omnia in sex situlis aque usqz ad consumptionez tertie partis aque duabus remanentibus: z de hac decoctione fiat ut iam dictum est superius.

Consilium. 218.

De sex malis dispõnibus. vz. ¶ De fluxu materierum acutaz a capite. ¶ De dolore in partib° colli z spatulaz. ¶ De mala dispositiõe stomachi cũ multitudine uẽtositatũ z flegmatũ. ¶ De mala cõplone epatis calida z sicca materiali. ¶ De mala cõplexione renum cũ multitudine trumborũ z harenarũ z petalorum. ¶ De fluxu materierum albarum a matrice. ¶ Diuiditur autem Consilium in capitula duo.

¶ De predictis dispositionibus z causis earum. Cap. I.



Agnifica z generosa dña honestissima cõsors spectabilissimi dñi comitis de la Mirandola pluribus z uarijs laborat accidenibus siue accidentia uel egritudines nominare uelimus inquãtũ uertunt ad se curã.

¶ Et primuz quidē est defluxus mãei acute a capite ipsius. ¶ 2m vo dolor in ptib9 colli & spatularꝫ cōmixt9 iectigatiōi cuidaz. ¶ 3m accñs est mala dispō stomachi ipsius cū multitudine uentositatum in eo genitarum & flegmatum. ¶ 4a dispositio est mala complexio epis calīa & sicca mālis. ¶ 5m accñs est mala cōplexio renū cū multitudine trūborum harenarum & petalorū. ¶ Ultima vo ipsius dispositio est materierum albarum a matrice defluxus fere continuus.

Et prima quidē dispō puenit a mala cōplōne epatis fm ptē & a mala cōplōne frida & humida stomachi ipsi9: siue igit flata per viā idigestiōis gñata sint & cōgregata in stōcho suo: siue pp̄ter friditatē stōchi chilus generat fridus & humidus & aquosius. pp̄ter que epar nō pōt gñare massam sanguineā ɔueniētē in cōplone: vñ ex magna pte flegmatū euaporātium ad caput & multitudine mãei cholice uel puris in epate pōt gñari flā salsuz uel uapor ex flate & cholera in capite eius ɔuersus in flegma salsuz: qd multiplicatū in capite per seipsum fluēdo descēdit: aut saltē a vtute pp̄ellit pars eius per palatuz expulsa in os representat salsedinē. Nonulla vo pars ipsi9 per uenas descēdēs & arterias in ligamētis chordis & musculis colli & spatularꝫ imergit. Et pars eius acuta satis dolorē efficit pungitiuū. Pars vo eius uaporosio: musculis iterclusa iectigationē facit. que iclusa in poris appetēs exitū mouet motu eleuationis & depressionis in partibus pānicularibus musculorum. & hoc est formale iectigationis. ¶ Apparet igitur ex hoc fundamēto q cerebrū egrotat duplici egritudine. s. mala cōplone frida & humida flatis aquosi multiplicatiua. & mala cōplone calīa a uapore cholerico ab epate coīcata: & est mala complexio diuersa: ut patet scōo de accñti. capitulo de morbis cōpositis mēbroꝝ cōsimiliū. ¶ Et ex hoc fundamento iteruz apparet cā doloris in spatulis. est enim mala cōplexio a mã descēdēte ad mēbra illa que causat in eis alterationē subitā & eadē mã per qualitatē acutam ipsius dolorē facit pūgitiuū: pp̄ter multitudinē vo eius dolorē q̄q̄z facit extēsiuuz. ¶ Sequit tertio. q stomachus eius egrotat mala cōplone frida & humida: qd appet ex squaliditate coloris huius dñe. ¶ 2o ex frigiditate apparente tactui exterius. ¶ 3o ex copia uentositatum & ructuum. ¶ 4o ex debilitate digestionis eius: & sic de alijs.

Quod vo epar eius laboret mala cōplone calīa & sicca apparet primo ex tactu hypocūdrij dextri. ¶ 2o ex uelocitate & frequentia pulsus eius cuz mollitie ipsius. ¶ 3o ex tinctura urinaruz que fm plurimū sunt ignee aut subignee. ¶ 4o ex superfluitate prime digestionis que est sicca & citrina. ¶ 5o ex siti ualida satis & pseuerāte. ¶ 6o ex tenuitate uenarum. ¶ 7o ex paucitate carnis cum raritate texture. Et hec fere signa omnia possunt demonstrare caliditatem renum huius generose domine. ¶ Cum ergo multiplicat in stomacho flegma & etiā ipsum ab epate pellat ad renes. etiā qz in renibus mala cōplo calida per accidens est generatiua humoris frigidi debilitātis digestiuaꝫ: ideo flegmata multa inuenta in renibus & partes harenose ex siccis humoribus in renibus a sua mala complexione calida genite inuiscant & cōglutinant adinuicez: nō est mirabile si in ea q̄q̄z generant & geniti sunt lapilli: sicut patuit ad experientiam. Uisi enim in ciuitate Padue lapillum vnum grossum vnius grani surgi.

De sexto vo accñte dicendum: q flegmata multiplicata in stomocho & in epate propter debilitatem predictorum mēbrorum preassignatam per uenaz chilim descendentia & per alias ab ea ramificatas que ingrediuntur corpus matricis in eadem multiplicantur: & cum fuerint in eadem matrice congregata per modū impressionis tristis incitant virtutē ipsius ad expulsionem & totiens expellitur illa materia quotiens in matrice congregata incitat ipsam ad sui expulsionem. Sed continue fere aut ualde sepe hec flegmata pelluntur ad matricem & incitant ipsam ad expulsionez. Itaqz ergo quasi semper aut ualde frequenter hec mulier laborat de fluxu materierum albarum a matrice sua. ¶ Ex quo apparet q ista iprop̄e & false denominant mēstrua alba. Nō enim in fine mēsis multiplicantur & descēdunt precise. sicut alia menstrua rubea nāliter se habētia. que mēstrua denomiata sunt a mene greco qd lunā importat: fm cuius reuolutionē reuoluuntur talia menstrua. ¶ At vo tu supaddē potes: q etiam debilitas mrīcis pōt esse cā ɔgregationis taliū flatū in ipa pp̄ter spēm male cōplonis que acqsita fuit in ipa pp̄ter idebitā mūdificationē que cōpleti9 fit in muliē cū est fecūda: q cū de fecūditate pmutata fuit i sterilitatē: sic est dispō ista. Illa igit flata per viā indigōnis multiplicata in mrīce nō minus ipellūt ipaz ad expulsionē ipsius q facit mā aliūde ad ipam ppulsa. Et tu ɔcede ambas istas cās fore effectiuas talis defluxus. Nō enim pp̄rie debilitas matricis pōt esse p̄cise cā talis fluxus absqz nocumēto epatis. Nocumētū tñ ab epate per colligantiā matricis cōmunicatū nō diu pmanet: quin faciat in matrice egritudinem etiam per essentiam. ¶ Ex q̄bus oibus tādem correlarie ɔcludit q hec dispō videt esse ualde difficilis. Est eniz cōplicata ex reciproca alteratione & coicatione nocumēti cerebri ad stomachū & ecōtra. & stōchi ad epar & ecōuerso. & epatis ad renes & ad mrīcē & ecōtra. q̄re &c̄. Et ex oibus tandē finalr cōcludit q regimē huius domine debet esse attentione & sollicitudine continuatum: aliter non erit eius terminatio laudabilis. Sequitur tertio q indiget viro in scientia & opere non mediocriter trito: sed amplissime docto: qui dispositionibus omnibus istis prouidere possit opportune & conuenienter ut dispositio aduocat.

Regimen ex pte sex9 rerū nō nāliuz quod tractatuz fuit in consilio magno de materiebus albis. 3o vo. 44or describam remedia istis dispositionibus appropriata alternatim applicabilia fm q dispositiones necessitabunt vna alteri predominante & econuerso.

¶ De cura per medicinalia. Cap. II.

Descēdendo ad capl̄m 2m de regimine per medicinalia. ¶ Premittēdū est p̄ ex cap̄ p̄. q lz dispositiones mēbroꝝ huius generose dñe sint diuerse: qm̄ cōplo epatis & renū calīa est & sicca. cerebri vo cordis & stomachi cōplo ad frigiditatē & humiditatē eleuata est. & pp̄ter hoc esset difficile iuenire medicinalia instra oib9 ɔueniēter applicabilia: qz tñ intēdēdum est ad dñium lapsus in regimine malaꝝ cōplonū diuersaꝝ. Jō qz lapsus in toto dñat frigidus & humidus hic eligēda sunt istra que ɔrient ei pp̄ter qd oia medicamina debēt esse calefactiua mediocriter potēti9 aūt exiccatiua: qm̄ maior est lapsus per humiditatē q per frigiditatē. ¶ 2o pn̄ p̄mittēdū. q in diuersitate tāta lapsuū pluriū mēbroꝝ modus pfect9 in applicatione instroꝝ debet esse talis. ut cuz hec generosa domina molestatur magis a fluxu catarriçante principaliter intendatur ad illum cum remedijs opportunis. Cum autem uehementer molestatur a matricis fluxu similiter intēdendum est de prima intentione: non negligendo tamen aliorum membrorum egritudines & accidentia.

Itaqz si uehemēter molestabit a mā catarriçante ad pect9 ei9 uel ad stomachū. q̄nque istr̄is puidēdū est ei. ¶ Et p̄ qdē si mā descēdens multa esset fere suffocationis effectiua statim fiat ei flobotomia de basilica dextre partis per quā extrahant sanguinis. ℥. iij. usqz ad quatuor: cum limitato tamen tenore virtutis. ¶ 2m instrumentum est: ut materia diuertatur ad debiliora & inferiora membra cum enemate aliquid acuitatis habente descripto per hunc modum. ℞. foliorum maluarum blete & mercurialis. ana. M. j. furfuris. M. ij. coquantur in sufficienti quantitate aque & de ipsarum expressione accipiat lib. j. olei de rutha: & olei de sisamo. ana. ℥. ij. salis gemme grana q̄tuor. iere simplicis & benedicte. ana. ʒ. vj. & imponatur mediocriter calidum bis in die ante prandium & cenam.

¶ 3m instrm est: ut applicent fricatiões a pedibus usq3 ad genua: ꝛ a genibus usq3 ad inguina ꝛ nates: ꝛ ab eisdez ad inferiores ptes usquequo mēbra rubeant. ¶ 4m instrm est hoc. ut si per hec istra nõ pcipit nobilis alleviatio per anbelitũ ꝛ reliq tũc fiat appões uẽtosaꝝ sup spatulaꝝ musculis ꝛ sup natib⁹. Et si qdē gr̃a hui⁹ ĩtẽtiõis possent ɔuenienter apiri emoꝛroidales uene sanguinē mediocriter effundẽtes: tũc nullũ eẽt istrm salubri⁹ illo. ¶ Si aũt adhuc invalescat acciñs tũc applicet istrm 5m eũandi ƀm hũc modũ. ℞. pillaꝝ rũ cochiaꝝ. ʒ. 5. pillaꝝ aureaꝝ. ℈. j. formentꝰ pille. vj. cũ succo rosaꝝ. ꝛ exhibeant in aurora ꝛ tardet post eas cibus horis ad min⁹ sex. ¶ Taceo hic ꝙ sipp uehemẽtẽ fluxũ mãei timeret suffocatio ut sepe ɔtingit. tũc illustres viri ɔcordãt ut intercipiat fluxus exhibẽdo in nocte per duas horas post assumptũ cibũ. ℈. ij. auree alexãdrine et. ʒ. j. sublimationis foliorum papaueris tepide aut decoctionis granorum eius. ¶ Ego aũt certitudine scio ꝙ si dent pille. ij. facte de trociscis de stella mirabile instrm sunt ad intercipiẽdu3 fluxum predictu3 ꝛ exhibẽdo eas post cenã per duas horas. ¶ Superaddẽdũ est quoq3 p̃dictis. ꝙ si ɔtingat catarricãtẽ mãm defluxisse ꝛ collectã eẽ in colatorio in loco supposito reti mirabili de cui⁹ fixiõe lõga dubitatꝰ subita suffocatio. Jõ summũ remediũ est ut sepe fiat gargarisma: motu tñ ꝛ agitatiõe lenib⁹. vide q̃tũ op3 eẽ sollicitũ viꝝ sapiẽtẽ in regie catarroꝝ

Cũ aũt ɔtigerit ꝙ scðm acciñs. s. spatularũ doloꝛ uehemẽter exitierit intantũ ꝙ ipediat somnũ ꝛ faciat mãs l3 etiam laudabiles agitari. ppterea q2 doloꝛ fortis exacuit reuma. 3° tegni. Jdeo ei ꝓuidẽdũ est cũ applicatiõe instroꝝ sedantiũ dolorē cũ anodinitate per resolõnẽ ɔueniẽtem. Timeo enim hic applicare stiptica: ppterea q2 materie expulse cretice nõ debẽt repcuti neq3 prohiberi debet ipsaꝝ fluxus. ¶ Jõ applicet ei hoc linimẽtũ. ℞. olei amigdalaru3 dulcium ꝛ de sisamo. añ. ʒ. 5. olei de keiri citrina. ʒ. j. 5. croci pinguedinis anatis ꝛ taxi. añ. ʒ. j. violaru3 maiorane ꝛ siseleos. añ. ℈. j. cere albe. q. s. fiat vnguentu3. de quo tepido aut bene calido quater in die inungantur partes oẽs dolentes ꝛ etiã adiacẽtia eis. ¶ Et si uelis remediũ domesticũ ꝛ mũdũ magis: tunc ℞. floꝝ camomille mellilotí semis aneti ameos mellisse maiorane. añ. ℈. j. coquantꝰ in aqua: ex qua decoctione impleantꝰ uesice ꝛ ptibus imponat aut in eis infundantꝰ spongie lana uel cotu3 que expressa applicent partibus: ut dictum est. ¶ 3m remediũ ad hos dolores. ꝛ est octauu3 in ordine si bene ɔsideras est hoc. ℞. foliorũ caulĩu3 betonice mellisse. añ. M. iij. farine fabaru3. ʒ. ij. farine frumenti ꝛ selini. añ. ʒ. j. 5. croci. ʒ. j. vitellos oui numero duo coquantur plante in aqua usq3 ad bonã earũ mollificationem. deinde incorporent alia secũ ꝛ fiat emplastrum satis subtile ꝛ calidum actu applicetꝰ dolẽtibus partibus ꝛ circũferẽtialibus. Hoc sufficere videtur de cura scði accidentis principalis. v3 doloris spatularum.

Jam võ videtꝰ ꝓuidẽdũ eẽ 3° acciñti. s. male dispõni stomachi hui⁹ g̃nõse dñe per quã debilitatꝰ digõ ipsi⁹ ꝛ uẽtositatũ multitudo aggregatꝰ in eo. videtꝰ aũt mihi sufficere satis ꝓuidere cũ q̃tuoꝛ ĩfrascriptis remedijs. ¶ Quorũ pmũ ꝛ in ordie nonũ est hoc. ℞. sy. de calamento mellis rosati colati syr. de eupatorio. añ. ʒ. iij. aque absinthij mellisse ꝛ menthe añ. ʒ. j. misce ꝛ totũ accipiat in aurora calidum totiẽs ꝙ appeat urina3 ei⁹ eẽ substãtia ꝛ calore rectificatã in cui⁹ fundo sit hypostasis alba ɔiũcta ꝛ eq̃lis ꝛ dyaphana satis. ¶ 10m istrm admistrãdũ est. ut patiẽti in aurora exhibeatur. ʒ. vj. iere Gal. cũ. ʒ. ij. bñdicte simplicis cu3 modico vini albi subtilis aromatici ꝛ calefci ꝛ tardetꝰ cib⁹ saltẽ horis. 6. ¶ 11m istrm est hoc. ℞. sp̃eꝝ eluarij de ligno aloes. ʒ. j. sp̃erũ dyamusci dulcis. ʒ. 5. ameos. g̃. padisi. añ. ʒ. 5. çuccari albi. ʒ. iiij. cum aqua menthe fiat confectio in rotulis magnis de qua semp ante cibũ parũ accipiat quãtitatem medie. ʒ. uel iij. ʒ. bibẽdo post illud modicũ vini aromatici ꝛ electi. ¶ 4m instrm ad hãc intẽtione3 ꝛ in ordine. xij. est hoc. ℞. ameos spice ligni aloes menthe origani. añ. ℈. j. macis. ʒ. ij. çuccari quadruplũ põderis oiu3 pulueriçentꝰ oĩa per se ꝛ cũ eo cõmisceantꝰ ꝛ fiat tragea de qua hec dña semp in fine sue cibatiõis accipiat coclear vnum semp accipiẽdo uel deglutiẽdo sine masticatiõe. ¶ 13m instrm est hoc. ℞. ligni aloes mẽthe macis origani cinamoni gariofiloꝝ spice. añ. ʒ. 5. trociscoꝝ gallie muscate. ʒ. j. 5. olei de mastice de mẽtha ꝛ nardini. añ. ʒ. j. laudani. ʒ. ij. resine electe. ʒ. vj. cere quantum sufficit fiat cerotũ bene glutinosum ꝛ applicetꝰ stomacho eius ꝛ solẽniter confert omni debilitati stomachi prouenieñti a mala cõplexione frigida ꝛ humida materiali ꝛ immateriali eius.

Apparet aũt ex p̃missis ꝙ plĩma instroꝝ que administrata sunt capiti ꝛ stomacho ɔueniẽter subuenire pñt epati: ꝛ pprie qñ nõ datꝰ ex eis quãtitas ualde magna: uerũ q2 ex pte eius lapsu nãli discrasiatum est in caliditate ꝛ siccitate. imo etiã distẽperie nõ nãli. ideo placuit mihi ponere remedia experta: ꝛ eisdẽ conuenientia. ¶ Primum itaq3 ipoꝝ ꝛ in ordie. xiiij. est hoc. ℞. trociscoꝝ de spodio trociscoꝝ dyarodon. añ. ʒ. j. lacce preparate. ʒ. 5. çuccari albi. ʒ. iiij. cũ aqua cicoree fiat ɔfectio in rotulis magnis de qua quando videbitꝰ oppoꝛtunũ accipiantꝰ. ij. ʒ. semp ante cibum ꝛ post cibu3 totidẽ. ¶ 2m võ instrm in ordine. xv. est hoc. ℞. aque cicoree aque epatice. añ. ʒ. j. aque eupatorij. ʒ. 5. misce. ꝛ pluribus vicibus mane accipiatur in potu actu frigidum. ¶ 3m võ instrm p̃ncipale ꝛ est. xvj. est hoc. ℞. olei nardini olei citonioꝝ. añ. ʒ. j. spodij rosa. coralloru3 amboꝛum: sandalorum amborũ. añ. ʒ. 5. cere albe quãtum sufficit fiat vnguentum molle: de quo totum hypocundrium dextrum ante ꝛ retro diligenter inungatur in die quater: ꝛ hec de cura quarte dispositionis huius domine.

Pro quinta võ dispõne hui⁹ magnifice dñe videlicet pro dispõne renũ: l3 oĩa istra fere añdicta ɔuenire possint etiã renib⁹. tñ p̃ncipalis intẽtio ad ipsos habẽda est: ut vie ipsoꝝ ꝛ sibi vicine ut emulgẽtes colatoriũ ꝛ uritides pori conueniẽter teneantꝰ apti. ut mãe nõ figantꝰ in eis ꝛ conuertantꝰ in trũbos harenas ꝛ petala quib⁹ mihi ꝓuidẽdũ appetꝰ q̃tuoꝛ istris ɔueniẽtibus. ¶ Et primũ ipoꝝ in ordie. xvij. est hoc. ℞. aque sublimatiõis litospmatis ꝛ est mileũ solis. ʒ. ij. aque saxifragie ꝛ spagi. añ. ʒ. j. 5. accipiant in aurora in potu plib⁹ mane. ꝛ est expimẽtũ nobile. ¶ 18m istrm ꝛ 2m p̃ncipale ad hoc est hoc. ℞. se. spagi petrosilini fenicli anisi. añ. ʒ. j. g̃noꝝ hedẽ siccoꝝ milij solis. añ. ʒ. iij. lapidis lincis: lapidis iudaici. añ. ʒ. j. 5. çuccari albi triplũ põderis oium. fiat tragea. Et cu3 pcepis dolores renũ ꝛ spine ꝛ urinas esse factas tenues ualde: tunc semper de ista tragea accipiat. j. magnũ coclear ante cibũ: educit enim trũbos harenas ꝛ lapides urinam prouocando notabiliter. ¶ 3m principale remediũ ꝛ in ordine. xix. est. ꝙ grana hedẽ coquantꝰ: delectabilius est ꝙ ĩfundantꝰ in vino qð accipe debet in potu. Ego aũt ppter euitãdũ fastidiũ magis soleo cõsulere patiẽtibus ut cum masticatione: uel sine illa accipiãtur sex uel octo grana hedere predicte. ¶ Ultimũ remediu3 quãtũ ad hoc ꝛ in ordine. xx. ꝛ infallibile est ut plurib⁹ mane in aurora patiẽs bibat hũc potũ. ℞. aque sublimationis apij. ʒ. ij. pulueris radicũ saxifragie vitri cõbusti ƀm arte3. añ. ℈. j. bibe totũ: ꝛ nõ credo posse remanere lapillos nec harenas cũusu istius instri ɔtinuati. ꝛ videntur hec pro penultima dispõne huius magnifice dñe sufficere satis. Nota ꝙ vitrum cõburitur sic. vitrum inuoluitur in pice ꝛ cu3 tenaculis ponitur in fornace: deinde extrahitur ꝛ iterum inuoluitur in pice ꝛ ponitur in fornace.

Nũc aũt postremo ꝓuidẽdũ est ultime dispõni eius que est flux⁹ mãerũ albarũ a m̃rice. ¶ Pro quo p̃mittẽdũ p̃. ꝙ hec egritudo solet eẽ cronica ꝛ difficilis curatiõis multũ. ppterea q2 siue ꝓueniat ppter p̃mutationẽ creticã mãerũ flaticarũ coꝛruptaꝝ uel nõ coꝛruptarũ a toto uel a determinatis mẽbris. op3 ex hoc intelligere grauitate3 curatiõis ei⁹. ¶ Si aũt ꝓueniat ppter nocumẽtũ digestio-

nis stōchi ꝛ epatis que ambo sunt causa multiplicationis taliū māeꝝ in mr̄ice. ¶ Et 3º iteꝝ si ꝓuenerit hec dispō ꝓpter debilitatē essentialē mr̄icis. ¶ Et 4º si prouenerit hoc nocumētū in mr̄ice per colligātiā toti⁹ uel ptiū: ꝛ etiā per ꝓpriū nocumētū ipi⁹ mr̄icis: patet ꝙ oino necessario hec egritudo erit difficilis curationis. ¶ Et adhuc quinta rō est ꝙ de ista egritudine diminute multū ab illustrib⁹ medicis tractatū est de ea siue greca uł arabica ꝛ italica etiā ꝛ alienigena medicie uolumia bn̄ ispexeris. ¶ Pro regimie vō hui⁹ dispōnis q̄tuoꝛ mihi videnꝭ istā necessaria. ¶ Quoꝝ primū est. ut hec dn̄a magnifica utatꝭ aq̄ sublimationis ucuen accipiēdo de ea q̄tuoꝛ. ℥. uel ad min⁹. iij. calida per. xxx. uł xl. dies ꝯtinuos. mūdificabit eni educit lauādo ꝛ abstergēdo epaticas renales urinales ꝛ mr̄icales vias: lege de ea laudes 2º canon. in ꝓprio cap. ꝛ est plāta apud italos nominata matricaria. ¶ 2ᵐ vō ꝓncipale istrm est de exptis hoc. ℞ galbani electi. ℥. iiij. oppoponacis. ℥. j. sandarace thuris hypoq̄stidos. an̄. ℥. ß. dissoluanꝭ gūme cū aceto acuto. ꝛ fiat cerotū spericū sup pāno de grana per digitalē mēsurā maius ꝙ nebula rotūda. Hoc itaq̄ȝ cerotū portet applicitū patiens sup vmbilico in medio ei⁹ stāte sicut pūct⁹ in circulo coopiendo vmbilicū usq̄ȝ cōplete exiccauerit mās cōsimiles in mr̄ice abūdātes coicato ei⁹ vtuali iuuamēto si nō intelligis aliter saltē per vmbilicū uenā ad matricē tēdētē. ¶ 3ᵐ ꝛ in ordine. xxiij. est. ut hec generosa dn̄a oi mane ꝛ sero aut saltē in die semel faciat encatisma ꝗm hūc modū. ℞. gallaꝝ quer c⁹pforataꝝ. gallaꝝ cupssi. ossiū pineaꝝ nō ꝯseruātiū medullā. sed totū fructū: torrefactoꝝ. an̄. M. iiij. alumis roche lib. j. alumis iameni qd̄ ab auctorib⁹ scissum noiari solet lib. ß. trociscoꝝ gallie muscate numero. vj. trociscoꝝ aliptemuscate. trociscoꝝ nere. an̄. numero vnū. coq̄nꝭ oia in situlis aque xij. usq̄ȝ ad ꝯsumptionē medietatis: in hāc ꝗ aquā paucetepiditatis sedeat hec magnifica dn̄a in uase ligneo per horā saltē mediā. ¶ Ultimū vō istrm est hoc. ℞. sperū bn̄dicte cōpletaꝝ. ℥. j. ß. aloes trib⁹ dieb⁹ ifusi in succo ucuē suprascripte. ℥. iij. ꝯfectiōis uel trociscoꝝ nere. ℥. j. masticis. ℈. ß. croci. gra. xv. cū vino aromatico antiq̄ ualde fumoso: uelut uarnacia iannēsis. formentur pille de oi. ℥. vij. ꝛ accipiat ex eis vnā paruā an̄ cenā oi q̄nta die. Scio eni ꝙ mās superfluas corruptas aut dispositas corruptioni ꝯueniēter attrahūt ꝛ educūt a mr̄ice: ꝓpter qd̄ ꝛ alia tria ꝓcedētia istrā mulierū plurime ab hac difficili egritudine sanate sunt ꝛ ad optimā dispōneȝ reducte: qd̄ totū huic magnifice dn̄e donare dignetꝭ ille solus omniū conditoꝛ qui cuncta regulat ꝛ benedicit. Ad laudes eius immortales. Amen.

Consilium. 219.

De duplici mala dispositione. vȝ. ¶ De mala complexione epatis cum duritie manifesta. ¶ De mala complexione frigida ꝛ humida matricis cum humiditatibus albis. ¶ Diuiditur autem consilium in capitula tria.

¶ De dispositionibus ipsis ꝛ causis earum. Cap. I.



Nobilis ꝛ honesta domina Pulisena de Thienis de Uincētia egritudine laborat diuersis accn̄tib⁹ cōplicata que multū uerēda est in ea: ut facile plurib⁹ rōnib⁹ deduci pōt. ¶ Primo q̄dem q̄ꝛ est lapsus dispꝓportionalis: est eni dispō illi⁹ mala cōplō frida ꝛ humida mālis mr̄icis ꝛ epatis ꝓncipalis: sed cōplō nālis eius est calꝭa ꝛ hu. q̄ꝛ sanguiea. igiꝭ ꝛc̄. ¶ 2º q̄ꝛ lapsus iste est cronicus ꝛ ois talis est difficilis. ¶ 3º q̄ꝛ cōplicat⁹ manifeste duritiei epatis ꝛ ut plīmū est icurabilis. ut pȝ 14ª tertij. 4º cap. ꝛ pluri b⁹ alijs rōnib⁹ etiā hoc duci pōt: quas gr̄a breuitatis omitto. ¶ Et 2ª ipsi⁹ dispō māeꝝ albaꝝ ꝯtinuus a mr̄ice defluxus aliq̄n cū mēstruis iterpolate fluētib⁹ cōmixt⁹: que tn̄ nō dico eē nālia mēstrua: eo q̄ꝛ nō fuāt piodū eūonis mene. i. lunarē dictū. Neq̄ȝ etiā nālis dici pōt: q̄ꝛ nō ꝯfertꝭ neq̄ȝ alleuiat. ꝛ iteꝝ q̄ꝛ ad ipsi⁹ eductionē nā sintbomatice mouetur: ꝛ nō ꝯueniēter: ꝛ est iteꝝ mā que educiꝭ corrupta: qd̄ arguit ex fetore illi⁹ qd̄ est putrefactiōis signū. ꝓ ꝓnosticoꝝ. cōmēto ultio. ꝛ ex colore māeꝝ que in liuidū ꝛ palidū iclinanꝭ colorē. ¶ 2ª vō ei⁹ dispō diligēter ꝯsiderāda est: ꝛ magis cūraro ab auctorib⁹ illustrib⁹ de ipā bn̄ determiatū sit. A grecis enim ut Hyppo. Gal. Paulo ꝛ Alexādro pipatetico pauca de hac mā seu mr̄icis dispōne scripta repies. ꝛ ab auctoribus arabicis. ut Auicēna Haliabate Rasi silr satis pauca. Qd̄ videri pōt. eo q̄ꝛ 9º ꝯtinētis. ubi multi celeberrimi viri allegantꝭ ꝛ auctores de hac mā paꝝ uł q̄si nihil scriptū videbis. ¶ Mirādū est aūt satis. q̄m in his tpib⁹ ꝛ in istis italie ptibus hec egritudo itātū ualescit ut in plib⁹ mulierib⁹ multū coicetꝭ. ¶ Forte aūt ꝯtingit hoc apud auctores cognominatos: aut q̄ꝛ suis tpib⁹ morigerate magis regebanꝭ mulieres: aut q̄ꝛ eis in regiōib⁹ suis ꝛ tpib⁹ suis nō ita frequēter visa fuit hec egritudo. Nō eni incōueniēs est q̄busdā medicis tpe ꝛ regione suis aliq̄s apparē egritudies que alijs nō apparuerint. Galen⁹ nec q̄ntanā nec sextanā vidit: que tn̄ notuerūt Hyppo. ut patet 6º epidimiaꝝ. textu ꝛ cōmēto ꝓmis. De eis ampli⁹ etiā fortassis auctores ꝓnoiati mām istā itellexerunt sub cap sterilitatis: ꝛ videtꝭ itellexisse Gal. 6º de accn̄ti ꝛ morbo. tracta. 3º. cap 2º. dū dixit. Propter has eni rōnes mulierū sterilitate deprehēdimus. ¶ Aut vō cōtingere potuit. q̄ꝛ mām hui⁹ capli illustres auctores collocarūt sub cap de fluxu mēstruoꝝ. q̄re Paulus ꝓ practice. cap 17º. Reumatismus est mr̄icis fluxus toto corpe expurgato. tale vō est qd̄ euatur quale ꝛ qd̄ abūdat. hoc q̄dē rubeū uelut liquoꝛ. i. aquositas sanguis. aliud vō albū. palidū vō aliud. aliud vō cholicum. aliq̄n vō aquositas sanguis purus. lege ibi. ¶ Auicēna vō de illustriorib⁹ arabicis. 21º tertij. sermones paucos de hac mā ꝓtulit in hūc modū cap de cursu mr̄icis. Qn̄q̄ȝ vō accidit mulierib⁹ ut currāt humiditates putride ꝛ plīmū fit hoc propter multitudinē supfluitatū ꝛ ꝓpter debilitatē digōnis mēstruoꝝ cū putrefit matrix: ꝛ hēt caplm supple determiat de putredie mr̄icis. ¶ A medicis etiaȝ italicis de hac materia pauca scripta iuenies ab auctorib⁹ inq̄. ut Cassio felice: Cornelio celso: Oribasio: Theodoro Prisciano. A modernioribus vō: ut Gilberto Anglico: Guilielmo Placētino ꝛ Brixiēsi. Oēs eni hi illustres viri paucū in hac mā sermocinati fuerunt. q̄re oportet in hac mā paulisper agere theorice. ¶ Necesse itaq̄ȝ est hāc egritudinē mr̄ici ineē aut per essentiā aut per colligātiā. ꝛ si per eēntiā: aut egritudo est breuis tpis. ꝛ hoc nō ut supra ꝓmissuȝ est. aut erit cronica ꝛ sic difficilis erit: eo q̄ꝛ mr̄icis egritudies ꝛ accn̄tia facile ꝓncipalibus mēbris: imo toti coicanꝭ ꝓp magnā colligātiā quā ipsa hēt ad totū: ut patet 21ª tertij. cap ꝓ. ¶ Ampli⁹ etiā expimēto patet in ꝓfocatiōib⁹ ei⁹ q̄ātū noceatꝭ totū corpus ꝛ ꝓncipalꝭ organa anhelitus. ¶ Quare ex hoc fundamēto arguitur malā cōplōnē epatis ꝓmutatā ad frigidū ꝛ humidum ꝛ malā cōpōnem eius: ut oppilōnē ꝛ egritudinē cōpositaȝ: ut ꝓpa durū epatis rōnabilius a nocumēto mr̄icis ꝓuenisse ꝙ ecōtra. Propter q̄d iterū ex hoc 2º ꝯcludiꝭ. ꝙ si ꝓp egritudines mr̄icis deterioꝛ tn̄ est ꝓp accn̄tia cōsecuta que iā ꝓmissa sunt. ¶ Si vō ipsi⁹ mr̄icis egritudo fuerit per colligātiam eius ad cerebrū: cui uehemēter colligata est cum sensatione sua. ut 21ª tertij. ubi supra colligēdū. si eni uehemētius sentiret uehemēti⁹ ei eēt colligata. aut erit ꝓpter colligātiā cordis epatis ꝛ renū ad ipsam. ꝛ quocūq̄ȝ horū dato egritudo semper erit suspecta. igitur ꝛc̄. minoꝛ apud intelligentem faciliter inductiue discurrendo deduci potest. ¶ Ex quibus oibus ultimo deduci pōt oino hāc dispōnē esse difficillimā. ¶ Et ultimo deduci potest q̄s sit modus ꝛ canones in curādo ipsam. Opȝ enim attendere dispositionibus epatis principaliter ꝓpter nobilitatem ꝛ ꝓncipatum. egritudines enim mēbroꝝ nobiliū ꝛ ꝓncipaliū in egritudinibus cōplicatis necessario plus curam ad se uocant ꝙ mēbrorum nō ꝓncipalium egritudines. ut 4ª primi. cap ꝓmo colligendum. deinde vō oportebit attendere dispositionibus matricis.

¶ Hec itaqʒ ⁊ si in sermonib⁹ sint difficilia in curatione vero omnino difficillima sunt. In curatione igit̃ istaꝝ dispõnũ p̃ncipal̃r attẽdẽduʒ est epati. secũdario võ dispõnib⁹ m̃ricis ⁊ sil̃ epatis dispões ꝓcurãdo. Non eni ĩpossibile est rectificare simul epar ⁊ matricẽ: cũ amboꝝ istorũ lapsus sint sp̃e idem fere: aut saltem ab eadem efficiente causa producti.

Premittẽdũ itaqʒ p̃ discursu ueloci q̃ regiminis rerũ nõ nãliũ quasi oĩum applicatio debet eẽ in calefaciẽdo ⁊ exiccãdo: lʒ amplius in exiccãdo q̃ȝ calefaciẽdo: que oĩa de aere cibo potu ⁊ alijs celeberrimo doctori Petro sulmonensi mẽsurãda dimitto. q̃re ⁊c̃.

¶ De cura duritiei epatis per medicinalia. Cap.II.

Ex his aũt que mihi expta ⁊ oĩum auctorũ sñia probata sunt. ¶ Primo est descriptio syr. huius ℞. rasure eboris nõ sophisticati. ʒ. ß. costi arthanite cassie lignee oppobalsami. i. balsami masculi acatie coralloꝝ alboꝝ ⁊ rubeoꝝ. añ. ʒ. ij. sandarace thuris gallie muscate de folickis. añ. ʒ. ij. ß. lapidis ematitis spodij nucis mus. gallaꝝ ꝑforataꝝ. añ. ʒ. iij. scorie ferri p̃parate s̃m artẽ ꝯfrixe cũ. ʒ. j. aque extinctiõis forte. i. calibis aut loco illi⁹ aque alumiose nãlis lib. xij. ĩfundant̃ oĩa p̃dicta in altera illaꝝ aquarũ per dies nãles. iij. deide coquant̃ simul lẽto igne usqʒ ad ꝯsumptionẽ duaꝝ ptiũ. deide colent̃ ⁊ cuʒ torculari uehemẽter exp̃mant̃ ⁊ colature sup addant̃ çuccari tabarçet lib. ij. coquant̃ usqʒ ad spissitudinẽ: ⁊ duʒ coquit̃ syru. aromatiçet̃ cũ istis sp̃eb⁹ in sindone ligatis. ℞. ligni aloes g̃noꝝ iunipi tamarisci cornu cerui adusti macis añ. ʒ. j. ⁊ fiat syr. de quo oĩ mane exhibeant̃. ʒ. ij. cũ aqua extinctiõis calibis. ⁊ si uelles aliqual̃r apire ꝑꝑ duritieʒ epatis coquat̃ aq̃ p̃dicta cũ. ʒ. j. spice nardi. Et si ad hoc p̃ncipaliter itẽderes adde sy. p̃dicto sp̃eꝝ dyalacce. ʒ. j. dũ arõatiçat̃ aut dyacurcume que forte est melior. ¶ Cõfectio bona qua uti debẽt patiẽtes añ cibũ semꝑ ex ea sumẽdo rotulã vnã. ʒ. ß. in p̃ma mẽsa. ℞. sp̃eꝝ dyalacce. ʒ. j. sp̃eꝝ dyacurcume. ʒ. j. ß. se. endiuie cuscute g̃noꝝ iunipi se. acetose sq̃nãti pipis albi. añ. ℈. ß. çuccari albi lib. ß. fiat cõfectio solida cũ aq̃ cicoree. ¶ Cerotũ bonũ mollificãs ⁊ resoluẽs oppil̃ones apata dura epatis. extẽuat etiã supfluitates in eo ĩuẽtas. ℞. bdelij molliores ⁊ subalbidi. ʒ. j. armoniaci elci. ʒ. ß. empl̃i de mucillagib⁹ simplicis. ʒ. iij. rubee tinctoꝝ spice nardi se. leuisti. ⁊ apij se. endiuie syluestris: ⁊ est cicorea. cuius flores sunt celestini ⁊ folia icisa ⁊ amara. añ. ʒ. j. mellilloti. ʒ. iiij. dissoluant̃ dicte gũme in aceto fortissimo ⁊ bulliãt cũ lib. ß. olei de gessemini uel vini albi planensis. ⁊. ʒ. iij. olei de absinthio uel nardino uel de fisticis. ⁊. ʒ. j. cere. deinde addat̃ empl̃m de mucillagib⁹: deinde cũ infridare cepit addant̃ sp̃es p̃dicte. Huic enim empl̃o per me cõposito nulla durities resistere poterit. Fiat ergo lunaris figure ⁊ applicet̃ hypocũdrio dextro. ita q̃ oẽm regionẽ epatis bñ amplectat̃ ⁊ quotiẽs opus fuerit ꝑmittet̃ ut meli⁹ leniat duritiẽ ⁊ soluere possit. Et si q̃ñqʒ ꝓpter cal̃itatẽ uereret̃ de ꝯtinua residẽtia eius super loco remoueri põt ⁊ fiat iunctio cũ. ʒ. j. olei de mastice. ⁊. ʒ. ß. olei amigdalarũ dulciũ calefactoruʒ. ¶ Trocisci boni resoluẽtes oppil̃ones ⁊ collectiones duras in epate. ℞. ligni aloes squinãti cassie lignee floꝝ absinthij camedreos. añ. ʒ. j. spice nar. ʒ. j. ß. mellilloti. ʒ. iij. bdelij mollis. ʒ. ß. pulueriçentur subtil̃r sp̃es ⁊ incorporent̃ cũ bdelio dissoluto cũ aceto squillitico. de q̃bus in mane exhibeat̃. ʒ. j. per vnã septimanã cũ aqua decoctionis amigdalaꝝ amaraꝝ. ¶ Puluis ad eãdẽ intẽtionẽ resolutiuus ⁊ lenitiuus p̃dictarũ duritierũ ⁊ aliqual̃r solutiu⁹. ℞. reupõtici. ʒ. ij. foliculoꝝ sene. ʒ. j. viol̃. siccaꝝ. ʒ. j. ß. liquiritie mellilloti. amigdalaꝝ amaraꝝ fu meu assari añ. ℈. ij. fiat puluis subtilis. de quo in potu dent̃. ℈. ij. usqʒ ad. ʒ. j. cũ aqua decoctionis passulaꝝ nigraruʒ. ¶ Pro hac etiã intẽtiõe memorãdũ q̃ ualde utile esset ei comedere limacias inuẽtas in dumetis elixatas ⁊ etiã in cibo si cõtingeret accipe epar adip. i. lupi elixũ uel assatũ: ⁊ iterũ in cibis endiuia cuiuscũqʒ speciei cocta uel cruda. Hec enim tria a tota sp̃e sunt epatis cõfortatiua. ut patet 14ᵃ tertij. cap̃ de rebus ꝯferẽtib⁹ epati in fine. Hec q̃dẽ oĩa sunt de melioribus q̃b⁹ curari põt oppil̃o ⁊ durities epatis iã p̃dicte p̃ncipal̃r. lʒ nõ paꝝ ꝯferre possit ad malã cõpl̃onẽ frigidã ⁊ humidaʒ matricis ⁊ cursum p̃missum. Pro cuius tñ curatiõe aliqua specialia magis notanda consideramus.

¶ De cura male complexionis frigide ⁊ humide matricis ⁊ menstruoꝝ alboꝝ principaliter. Cap.III.



Rimũ itaqʒ q̃ neciũ in cura cursus matricis est euõ mãeꝝ: quaꝝ g̃natio ꝯtinet̃ in epate ꝯsũptio earũdẽ que in m̃rice ⁊ ptib⁹ ĩtermedijs ꝯtinent̃: uęꝝ q̃ talis euõ nõ põt ꝯueniẽter fieri ꝓpter ap̃a epatis ⁊ iclinationẽ ad asclitem uel iposarcã est multũ caute in euõnib⁹ ꝓcedẽdũ. ¶ Itaqʒ mã iã digesta cũ syr. in p̃cedẽti cap̃lo iã descripto q̃ appebit: eo q̃ urina in colore ⁊ in substãtia ad mediocre reducta erit: ⁊ hebit in fundo hypostasim albã in colore mediocrẽ ĩter tenuẽ ⁊ grossaʒ cui⁹ ptes erũt eq̃les ⁊ ꝯiũcte ⁊ erit in fundo sedẽs. Oib⁹ aũt plurib⁹ ꝯiecturatiõib⁹ de numero earũ appentib⁹ euõ fiat cuʒ hoc solutiuo. cui⁹ descriptio est. ℞. aque sublimationis violaꝝ cicoree. añ. ʒ. ß. aque mellisse. ʒ. j. ß. aque m̃ricarie. ʒ. ij. agarici pl̃pe collog̃ntide cartami hermodactylorũ. añ. ℈. ij. turbit. ℈. j. ç̃. spice nardi sq̃nãti dauci floꝝ eupatorij floꝝ arthemisie. añ. ʒ. ß. çuccari 2ᵉ decoctionis. ʒ. ij. resoluant̃ oĩa simul per diẽ nãlẽ. deide coquant̃ ⁊ diligẽter exp̃mant̃ ⁊ colatura calida det̃ in potu in aurora. post quẽ obseruent̃ cõditiones que in minoratiuo obseruari debẽ scripte sunt. Et si nolueris hoc minoratiuũ fortius facẽ cũ colatura illa misceantur. ʒ. ij. benedicte simplicis: aut duplicet̃ dosis agarici suprascripta s̃m cõiecturã eoꝝ qui operari debent. ¶ Et si iudicio astãtiũ appet q̃ñqʒ p̃tari dñium sanguinis aut saltẽ mãerũ sufficiẽter cõmixtaꝝ sanguini ⁊ cũ uelocitate ⁊ laxitudine corpis apparẽte uenarũ amplitudie ⁊ rubicũditate coloris ⁊ substãtiã urie de subtili in grossaʒ ꝯuersaʒ cũ rubedine. coloris ad fuscũ tẽdẽtis. tũc flõmet̃ de basilica dextri brachij sub cubito: aut ramus eius saluatella ĩter anularẽ ⁊ auricularẽ digitos eiusdẽ manus inuentus. ⁊ educat̃ sanguis ab. ʒ. iij. usqʒ ad. v. raro tñ cõtingit hũc m̃ricis cursum ꝓuenire ꝓpter dñiũ sanguis: lʒ theorice ꝯsiderãti hoc ꝯcedẽdũ sit. Multitudo eni mãe suffocãdo calorẽ innatũ aut minuẽdo erit cã multiplicãdi flegma per viã indigestionis: q̃ quidẽ per uenas quibus matrix ꝯtinuat̃ ad epar erit mãlis causa predicti cursus. quare ⁊c̃. ¶ Cõprehensa autez euõne sufficiẽti ꝓcedẽdũ est ad pticularem euõnẽ mãerũ in m̃rice abũdãtiũ. cuius gratia plura ponaʒ simplicia ab illustribus auctoribus collaudata. ¶ Quorũ p̃mum est encatisma. i. semicupiũ ex decoctione tamarisci. iuxta Auic. 2° canoñ. in proprio cap̃. In decoctione tamarisci sedeant mulieres ad cursum matricis. ¶ 2ᵐ semicupiũ uel euaporatio facta ex decoctione ligni aloes: q̃ q̃deʒ ꝯfert euaporatũ ⁊ bibitũ. 2° canoñ. cap̃ de xiloaloes. ¶ 3ᵐ võ ⁊ mirabile est suffumigatio facta ex decoctione mirifolios ⁊ est millefoliuʒ. hec quidem tria abscindunt matricis cursum attrahendo ⁊ mollificando magis. ¶ De his võ simplicibus que ad hanc intẽtionem cõferre scribuntur exiccando magis mãm ⁊ coartãdo uasa sunt sicut decoctio granoꝝ mirti. Itẽ decoctio granorum iuniperi. Item suffumigatio facta cum decoctione stercoris leporis. de fortioribus võ magis laudatis est puluis cornu cerui adusti ex quo in potu dentur. ℈. ij. cũ aqua decoctionis mirti uel coriandri. ¶ De his que leniẽdo cõferunt laudat̃ oleũ de piperibus. ut scripsit Mesue in antidotario descriptione de oleis. ¶ Descriptio olei boni ad illud. ℞. olei onfancini. ʒ. iij. olei de mirto. ʒ. j. ß. scorie ferri p̃parate s̃m artem. ʒ. iiij. ossium dactylorum ⁊ mirabolanoꝝ indorum cõbustorum. añ. ℈. ij. acatie hypoquistidos cornu cerui adusti. ana. ʒ. iij. pulueris gipsi. ʒ. ß. glutinis piscium dissoluti cum aceto nigro. ʒ. vj. cere quantum sufficit: ⁊ fiat vnguentum satis glutinosum. hoc quidem vnguentum si

De septem malis dispositionibus ab eadem tame͂ causa dependentibus. videlicet. ℭ De stupore in extremitatibus digitorum manus. ℭ De tremore illius manus ꝛ totius brachij. ℭ De motu spasmoso brachij ꝛ dextre partis capitis. ℭ De ablatione sermonis remanente tame͂ uoce. ℭ De ablatione operationum sensuum interiorum. ℭ De tussi molesta cum multitudine sputi grossi. ℭ De dolore circa regionez vmbilici sepe eueniente. ℭ Diuiditur autem consilium in capitula tria.

ℭ De causis dictarum dispositionum. Cap. I.

Dispositio huius nobilis militis egritudinib9 ꝛ acci͂tibus co͂plicata est. quoꝝ quodlibet maxima co͂sideratione indiget. ℭ Primu͂ est stupoꝛ in extremitatib9 digitoꝝ manus dextre. ℭ 2m est tremoꝛ illius ꝛ totius brachij usqz ad caput. ℭ 3m est spasmosus motus totius brachij ꝛ dextre ꝑtis capitis. ℭ 4m est ablatio sermonis uoce tamen adhuc remanente. ℭ 5m est ablatio op̄ationum sensuum interioꝝ oium post illum motu͂ spasmosum. ℭ 6m est tussis molesta cu͂ multitudine sputi grossi viscosi mali cu͂ labore expulsi. ℭ 7m est doloꝛ circa regionem vmbilici sepe euenie͂s usqz ad inguina extensus: ꝛ supioribus etiā partibus usqz pectus coicatus. ℭ Alia vo iteru͂ acci͂tia queda͂ eueniunt: de quib9 non debet esse magna sollicitudo. ℭ Et q2 oia prefata acci͂tia difficilia sunt ꝛ suspecta non est possibile bene ↄsulere nisi ipsoꝝ aliquod fundame͂tum theorice inuestigeꝛ: ex quo modus curationis clarius elicieꝛ ꝛ salubrius.

Videꝛ au͂t ex narratis oium hoꝝ acci͂tiu͂z causam p̄ncipale͂ esse mala͂ co͂plexione͂ cerebri frigida͂ ꝛ humida͂ cu͂ m̄a flegmatica lubrica satis ꝛ aquosa desce͂dens a cerebro per nucha͂ que oppilat vias noni paris neruoꝝ a nucha orientiu͂ per quos daꝛ sensus manibus. vnde cu͂ oppilatione inco͂pleta vias illas claudat adhuc aliq̄ pars sensibiliu͂ sp̄um tra͂sit: q̄re saluaꝛ sensatio aliquanta. Si enim m̄a co͂plete oppilaret a manibus sensatio totaꝛ auferretur. ℭ Adhuc etiā hec m̄a vias octaui paris neruoꝝ a nucha uenientiu͂ semico͂plete claudit. q̄re adhuc saluatur motus lz exiguus. per eos enim neruos motus manibus daꝛ: sicut per p̄dictos sensus: ut p̄ma p̄mi. doctrina p̄ma. summa tertia. ꝛ p̄mo Alman. q̄rto cap. colligendum. ℭ Hoc igiꝛ acci͂s non parum suspectum est: q2 causa est in cerebro q2 ad ip̄m sequitur tremoꝛ ꝛ spasmus: q̄re necessitat epilepsiam aut apoplesiam: ut scd͂a tertij. cap. 9o colligedum. ℭ Tremoꝛ au͂t qui est 2m acci͂s accidit ꝓpter debilitatez v͂tutis sustentatiue neruorum ꝛ multitudine͂ materieru͂ grauitātium. vn͂ ꝑtim vinciꝛ na͂ a m̄a. ꝑtim au͂t m̄a a v͂tute. vn͂ accidit pilitas quasi pugne inter sustenta͂tem na͂m ꝛ grauitātem m̄am: lz in pugna finaliter usqz nu͂c obtinuerit v͂tus s̄m narrata. No͂ enim pseuerauit tremoꝛ ꝛ imo alioꝝ acci͂tium semp remotione euanuit. de ipso tn͂ no͂ leuiter dubitandu͂ est. Nam si fixus fieret significaret magna͂ frigiditate͂ in neruis ꝛ spiritibus: ꝛ talis in senib9 medicamine no͂ remoueꝛ. 2a tertij. 5o cap. colligendu͂. ℭ Catarrum huius viri calidu͂ ꝛ acutu͂ esse multis coibus facile ꝑsuaderi posset: sed ipse eger tactu manifeste ꝑcipit salsedinem

calliditatẽ: ꝛ mordicationẽ: ꝛ nocumentum etiã ex usu calidorum. cuius quidem regimẽ minus difficile foret nisi tpis longitudo ꝛ mala dispõ cõplexionalis: imo ꝛ cõpositionalis pectoris que ex descẽsu mãe ad ipsum acqsita est obuiarent. ¶ Mã ergo illa subtilis lubrificatiua que fluxit ad pect⁹ ibidem fixa mollificat paniculos ꝛ ligamẽta pectoris: ꝛ ſm m⁹tas ptes in uẽtositatẽ cõuersa causa fuit arcuationis costaꝝ ꝛ gibbositatis earum. Ipsa etiam mã ibidẽ tpis diuturnitate spissioꝛ facta pulmoni dyafragmati immersa nocumentũ in anhelitu continuum ꝛ manifestum facit.

Ex qbus clare satis regimẽ huius nobilis elici põt qḋ duas ꝑncipalr intẽtiones includit.

¶ Prima qdẽ est mãm a cerebro ꝯtinue fluẽtẽ abscindere.

¶ 2ª uo nocumẽto anhelitus ꝛ pectori ꝓuidere. ¶ Et utraqꝫ qdẽ intẽtio duplici regimine cõpleri debet. s. nõ nãlium ꝛ medicinaliũ. regimẽ aũt nõ nãliũ ꝑ rectificandum est.

¶ De cura per sex res non nãles. Cap. ij.

Euitet itaqꝫ stationẽ in aere frigido m⁹tũ nebuloso uẽtoso ꝛ humido. Euitet stationes ꝛ cameras: locis humidis fontib⁹ ꝛ fluuijs ꝓximas. silr etiã septẽtrioni ꝛ meridiei detectas. Fugiat etiã aerẽ extensiue cal. ꝛ sic. Et in sũma aer ꝛ domus tẽperati q̃tũ est possibile in qlitatibus eligant. lꝫ enim rõnali iudicio ex canone curationis ei⁹ ꝛ ꝓseruationis ad frigiditatẽ iclinat⁹ eligi deberet: antiq̃ tñ debilitas cerebri ꝛ pectoris disponit ad pati a cuiuslibet qlitatis excessu. Si tñ ad aliquã extremitatũ iclinari opꝫ. securius est ad cal. ꝛ sic. aliquantũ trãsire q̃ ad oppositas. ¶ De annexis uo aeri caput suũ mediocriter infulis ꝛ birretis in nocte custodiat. pelles igit de uario iter alias meliores erũt. birreta etiã leuia pãno ex gna tincto fieri debẽt. uestes aũt oẽs collũ ꝛ pect⁹ strigẽtes ne anhelitu noceãt etiã suo tpe frigore diligẽter ꝛ humiditate teneant. ¶ In sõno aũt nocturno tps notabile ponat. per hũc eniꝫ digõ in cerebro melioꝛ efficit ꝛ humectatio aliquãta acqrit. Uigilie lꝫ exiccãdo ꝯuenirẽt: qꝛ tñ debilitatẽ augent spũs ꝯsumũt ꝛ aiales ṽtutes exterminãt nõ ꝯueniũt. Sõnũ aũt diurnũ quantum est possibile euitare opꝫ. qñqꝫ tñ ꝓpter uigilias nocturnas: ꝛ grã restaurandi ṽtutes cõcedi põt: ꝛ tũc fit a prãdio distãter ꝑ duas horas. ¶ Et dormiẽs sedeat sup cathedra eleuato capite ꝛ nõ flexo super anteriori uel posteriori pte: sed sup laterib⁹ ꝛ neqꝫ spatiũ hore medie unius aliquo modo ptranseat. ¶ Exercitiũ autem ad materierũ ꝯsumptionẽ in hoc casu ꝯueniens esset: tñ propter ṽtutis debilitatẽ exercitia fortia euitãda sunt. ꝛ tẽperatum itaqꝫ fieri opꝫ exercitiũ. ipm enim calorẽ innatũ excitat: ṽtutes roborat: supfluitates ad regiones ꝯuenientes ipellit: ꝛ ad ꝯsumptionẽ facit residui. tãtũ igit exerceatur leuiter ambulãdo: ut eques uel pedester ne mẽbra grauent. Ita ut qsi sudoꝛ ꝓuocet: deinde quiescat. ¶ Hora exercitio cõueniẽtioꝛ est cũ cibum a stomacho descẽdisse cognouerit. reliquũ aũt in quiete tps expẽdat. ¶ Loco tamẽ exercitij dũ fieri nõ põt fricationes ualde ꝯueniunt ꝛ fiãt ante cibũ per duas horas cũ manib⁹ uel pãnis calidis mediocriter fricãdo ꝛ incipiendo a genu usqꝫ ad cauillas pedũ. Deinde a radice coxarum usqꝫ ad genua. 3° a loco cinguli usqꝫ ad nates. 4° ab humeris usqꝫ ad caudã fricationibus mensura sit usqꝫ ad mẽbrorum rubificationem manifestã. ¶ Inanitionẽ aũt stomachi multã ꝛ longam euitare opꝫ ne epar ꝛ stomachus in flegmata necessitatẽ addãt in corde ꝛ anhelitus angustiam faciant: ꝛ caput nimiũ euaporãdo repleãt ꝛ inflãment. talis eniꝫ abstinẽtia in frigida causa cõueniret magis nõ ꝓpter hoc tñ magnã resolutionẽ stõchi ꝛ totius credat esse ꝓficuã. Comedat igit q̃tũ sibi satisfacẽ ad uitã ꝛ robur ṽtutis pcipit. Si tñ ad excessum inclinare debet minus malũ esset modicum in cibis minorãdo ꝑcedẽ q̃ augẽ. ¶ Si tñ qñqꝫ stõchi repletionẽ: ꝛ totius uẽtris pcipet ad minus euacuationẽ ꝓuideat cũ hoc clisteri. ℞. folioꝝ malue mercurialis ꝛ uiolarum. añ. M. j. fenug. se. sisami: raď. altee. añ. M. s. oia coquant iuxta ꝯsuetudinẽ. ꝛ huius decoc. ℞. cyathos. iij. in estate olei uio. ℥. iij. suc. ru. ℥. s. cassiefi. ℥. s. salis. ʒ. iij. uitellũ unũ oui: ꝛ fiat clistere. In hyeme uo. ℞. olei amigdalarũ dul. ℥. iij. benedicte: ere. añ. ʒ. ij. cassiefi. ℥. s. misce. ¶ Ad mundificationem uo superioris uẽtris ꝛ diuersionẽ a capite in hyeme ꝯueniunt pillule de iera Gal. sumẽdo ex eis. ij. uel. iij. bis in septimana uel semel. Uel accipiẽdo pillarũ istarum q̃rũ magis placet unaꝝ per mediã horã añ cenã in septimana bis. ℞. aloes succotrini. ℥. j. ifundat per dies octo in aq̃ uiolarũ: deide soli exiccet: ꝛ ddat sandaloꝝ ru. ʒ. j. masticis. ʒ. s. ꝛ fiãt pillule. vj. pro qlibet. ʒ. ¶ De accñtibus aie euitãdi sunt excessus oẽs. oẽ igit qḋ spũs mediocriter mouet ꝛ dilatat ꝛ accẽtrat ꝯueniens est que uo spũs ꝛ calorẽ repente mouent trahũt ꝛ sepultos tenẽt ei disconueniũt. qre supflua letitia risus: tristitia: sollicitudo: ꝛ ira: doloꝛ ꝛ similia fugiant. ¶ Coitus aũt usus huic dispositioni magnifice nocet. ꝯcedit ergo rarissime ꝛ ad plus in septimana semel: ꝛ maxime cũ stomachus iam digesserit: ꝛ corpus post somnum robustum satis percipiet. hora tamẽ qua mã exuberanter fluit ꝛ asmatis instantia uehemẽtissime molesta oino a coitu desistendum est.

In cibis aũt diligẽter attẽdẽ opꝫ. que eniꝫ fortasse capiti ꝯferrent: pectori uo multũ nocitiua forent: qre abstineat ab oibus uẽtosis ꝛ euaporabilib⁹: ꝛ maxime calidis ualde ꝛ frigidis: ut a melle: lacte: leguminib⁹ fructib⁹ corruptibilib⁹: ut cerasis: auellanis: piris: nucib⁹: abstineat etiã ab acutis: ut pipe: croco: çinçibẽ: aloe: cepe: porris: eruca: sinapi: ꝛ silr bus. ¶ Abstineat etiã a uiscosis ꝛ pastilib⁹ piscib⁹: aialiũ pedib⁹: uẽtrib⁹: ꝛ capitib⁹. Caueat etiã oino a sale ꝛ a salsis cibis. Euitet etiã acria aceti ꝛ acetosoꝝ frequẽtẽ usum. ¶ Comedat q̃ panẽ bñ fermẽtatũ plusq̃ cõis fermẽti recipiẽtem. Bracetellos aũt ꝛ laganas ꝛ placẽtas ꝛ filia dimittat. Et si aliqñ uteret placẽtis cũ penidijs ꝑparatis summe cõferret. ¶ Carnib⁹ utat pullinis: uitulinis: hedinis: castrati iuuenis ꝛ agni annualis: leporinis: capolinis: ꝛ auiũ minutarum: fasiani: ꝑdicis: anatinis uo utat raro: ꝛ magis ꝯueniũt elixe q̃ assate: lꝫ qñqꝫ semel elixe per assationẽ cõplere cocte sine lardellis approbent. ¶ De herbis conueniũt blete: borago: buglo. magis spinachie lactuce malue frequenter in cibo cocte: atriplices: ꝛ portulace cum bono brodio. cucur. bene ꝑparate. cauliũ uo brodiũ cum bonis carnibus optimum est. Cicerum ru. brodiũ sepe laudo: ꝛ granũ qñqꝫ qꝛ pulmonẽ confortat. Olera uo calida: ut saluia: rosmarinus: serpillum: mẽtha: petrosilinũ: rutha: abrotanum. ¶ De fructib⁹ uo euitetur nuces: castanee: pira: poma: cerasa nõ dura ꝛ pauca qñqꝫ donant. ficus etiã recẽtes comedant. Silr pepones dulces ꝛ angurie tẽperato usu. Amigdale etiam recẽtes ꝛ sicce: ꝛ uue passe maiores ꝛ minores ꝑter cibibum. uue etiã recentes ꝛ dulces cõueniunt ante cibum. Persica uo accipiant ꝛ ante cibũ semp melius: lꝫ si qñqꝫ accipiant post nõ esset erroꝛ magnus. Pruna etiã bene matura in mane per tres horas ante prãdium sumpta placẽt. similiter granata dul. laudant: muça nullo modo fugiant. Dactyli uo: qꝛ mãm ingrossant ꝛ pectori ꝯferunt sunt laudati. ꝛ silr grana pauca cũ aq̃ calida bñ cocta: pistachie etiã bone sunt. Et iniube bñ mature ꝛ mora etiam. Citonia etiam post cibũ cocta sunt bona: cruda uo nullo modo. Sorbe uo ꝛ mespile post cibum rõnali iudicio ꝯuenient capiti: sed qꝛ pectori nocent dimittant. Citrum uo arãcia ꝛ fructus: ꝛ olera oia acria fugiant. raphanũ fungos euitet. ¶ Sapores oẽs agresta ꝛ aceto cõditos in qbus dulcedo uicat interdũ approbo. Cappares aũt ꝛ oliuas ꝛ reliq̃ salsa cõdita uitupo. Napos aũt ꝛ rapas laudo qñqꝫ in ferculis ꝛ in igne coctas ꝛ cõditas sicut ꝑparari solẽt. ¶ Oua aũt qꝛ pectori: tussi ꝛ raucedini uocis: ꝛ caliditate cõueniẽtia sũt maxime sorbilia: ꝛ in aq̃ cum cortice cocta. coꝝ tamẽ usus euitari debet qsi accipiunt medicine calide: nec a stõcho fuerit deposite. corrũpunt enim de facili ab eis ꝛ euaporant capiti ¶ Lac uo qḋ ꝯfert tussi ꝛ extenuationi ꝓpe caprinũ ꝛ asininum ui ꝯueniẽs: qꝛ tñ ulr nocet hñtibus capita debilia ſm Auic.

ideo nõ sit ei usus ⁊ maxīe frequẽs. ꝯfert aũt si accipit pecto
ri magis ꝙ stõcho ⁊ capiti. Caseus aũt nõ ualde antiqꝰ frã
gibilis nõ salsus post cibũ qñqꝫ acceptus cõuenire videtur.
¶ Mel aũt ⁊ si medicina pectoralis optīa ponat esse: qꝛ tñ
capiti nõ vꝫ eẽ ꝯueniẽs dimittat. ipsiꝰ eni comestio facit pos
sidẽ ablationẽ rõnis subito. ¶ Aq̃ vo mellis maxime in hye
me bñ placet mibi: ⁊ maxīe si fieret ex decẽ ptibꝰ aque: ⁊ vna
mellis usqꝫ ad ꝯsumptionẽ tertie ptis ⁊ loco vini. ¶ Zucca
rũ aũt slr sibi ꝯuenire põt: verũtñ si assumit maxima exñte si
ti ⁊ cũ amaritudine oris nõ ꝯfert: ⁊ ꝑpe qñ stõchus cholicus
esset plenus. ipm eni ledit. ppterea qꝛ ad cholerã cõuertit. 2ᵒ
cañ. ¶ De cõfectionibꝰ laudat ꝯfectio de pineis: de fisticis:
de amigdalis penid. marçapan ⁊ coriandrum preparatuꝫ:
pauco çuc. cõfectum ⁊ ꝑpe post cibũ acceptum. phibet eniꝫ
uapores cholericos ⁊ flegmaticos caput ascẽdere. 2ᵒ cañ.

De vino vo eligat vinũ albũ dulce aromaticũ subti
le: mediocre in fortitudine: qd cũ aq̃ cõfra
ctũ cõueniẽtius est. ⁊ sit aq̃ clara: subtilis: leuis: cruda: ⁊ si non
habet bona coquat simplr. Laudarẽ aũt maxime ut cũ gra
nis masticis coqueret duobus aut tribus. ¶ Aqua vo ordei
cũ çuc. al. cõuenientioꝛ est potus ꝙ esse possit. silr ⁊ iuscula oꝛ
deacea elegãtiora sunt in hoc casu oibꝰ alijs: ⁊ ꝑpe cũ penidi
is. ¶ Uinum etiã pfatuꝫ sit rubeũ: subtile ⁊ nõ turbidum: ⁊
si dulce inueniret nõ minus albo cõueniens esset ꝭm rõnem.
hoc qdẽ regimẽ nõ nãliũ: qꝛ mãei catarriçãti aduersat: ⁊ pe
ctus respicit ⁊ ṽtutẽ duas pmissas itẽtiones cõplet si diligen
ter ꝓspicias. Cõplent silr itẽtiones illas regimina medicina
lia multa ⁊ diuersa: iter que ꝙ tũ expediet ordo ponet.

¶ De cura per medicinalia. Cap. II.



Rimo qdẽ itẽdat diuersioni mãe a capite ⁊ pe
ctore cũ fricationibꝰ pcedẽti cap positis. ¶ Itẽ cũ
ligaturis sepe factis in mane: ⁊ añ cenã sup canil
las pedũ ⁊ brachioꝝ: ⁊ sup genua ⁊ cubitos p du
os digitos. ¶ Itẽ cũ appõne uẽtosaꝝ siccaruꝫ sup
pulpis tybiarũ iterius ⁊ sup natibꝰ ⁊ hora eadẽ. ¶ Itẽ sepe
abluẽdo pedes ⁊ coxas cũ aq̃ decoctionis folioꝝ salicis: vitis
⁊ saluie: ⁊ maiorane uel camom. ¶ Itẽ cũ clisteribꝰ pcedenti
cap positis ter uel q̃ter in septimana hora sua sumptis. ¶ 2ᵒ
itẽdat euacuatiõi minoratiue accipiẽdo semel in septimana
℈. ij. haꝝ pillaꝝ. ℞. pillaꝝ de iera simplici. de reubarbaro. añ
℈. j. pul. violarũ. ǥ. viij. fiãt pille cũ syrupo violaꝝ. ¶ Itẽ. ℞.
mãne. ʒ. j. cassiefistule ex̃cte cũ aq̃ ordei. ℥. j. sumant in mane.
¶ Itẽ. ℞. dyaprunis. ℥. j. mãne. ʒ. x. accipiant cum aq̃ ordei.
¶ Itẽ. ℞. penidiaꝝ violaꝝ. añ. ʒ. vj. reubarbari electi. ʒ. ß. suc
ci rof. ʒ. ij. accipiant in mane. ¶ Itẽ. ℞. pil. assaieret. ℈. ij. san
daloꝝ ru. violaꝝ. añ. ǥ. vj. ⁊ accipiant ut supra. ¶ 3ᵒ intẽdat
digõni mãerũ: ⁊ pro hoc. ℞. syr. violarũ. ℥. j. syr. iuiubini. ℥. ß.
aque ordei. ℥. iij. misce ⁊ accipiant sex diebꝰ. ¶ Aliꝰ sy. ℞. sy.
nenufaris. ℥. j. sy. violaꝝ. ℥. ß. aque ordei. ℥. iiij. misce. ⁊ iste me
lioꝛ esset in magno calore ⁊ vigilijs. ¶ Alius sy. ⁊ melioꝛ stã
te fluxu: ℞. sy. de papauẽ. ℥. j. sy. de prunis. ℥. ß. aque violarũ
℥. iij. misce. ¶ 4ᵒ syr. ubi magna intẽtio esset ad pectꝰ: ℞. syr.
de ligri. ℥. j. sy. de prunis. ℥. ß. aque vngule caballine ⁊ boragi
nis. añ. ℥. i. ß. misce. ¶ 5ᵒ syr. aggregans intẽtionẽ ad utrũqꝫ.
℞. sy. violarũ: de papauẽ ⁊ ligritie. añ. ℥. ß. aque altee: capil.
ue. ⁊ violarũ. añ. ℥. i. ß. misce. ¶ 6ᵒ sy. hyemali tpe cõueniẽtioꝛ
℞. sy. de prassio: uel de hysopo. ℥. j. syru. acetosi simplicis. ℥. ß.
aque buglos. altee ⁊ violarum. añ. ℥. i. misce. Quilibet horuꝫ
syrupoꝝ accipiat sex uel septẽ vicibus per nouẽ horas post
cenã: ⁊ differat prãdiũ horis q̃tuoꝛ. ¶ Assumptis sy. purget
cũ sequẽtibus. ℞. pillarũ de reubarbaro maioꝝ. ʒ. ß. pillarũ
de agarico. ℈. j. pillarũ cochiaꝝ. ℈. i. tertiã ptem. fiãt sex: ⁊ acci
piant hora pscripta abstinẽdo a cibo ꝭꝫ ꝯsuetudinẽ. ¶ Alie
pille. ℞. pillarũ aurearum. ʒ. ß. pillarũ de agarico. ℈. i. misce.
¶ Alie pille. ℞. pillarũ de iera. ʒ. ß. pillarũ de sarcocolla. ℈. i.
fiãt qnque cũ syrupo violaꝝ. ¶ Alia medicina. ℞. aque vio
larũ. ℥. i. aque betonice. ℥. i. agarici. ℈. i. reubarbari electi. ʒ. i.
spice çinçiberis. añ. ǥ. iiij. mãne. ℥. i. ifundant oĩa simul ⁊ co
lent in mane: ⁊ exꝓmant: ⁊ colatura calida bibat. ¶ Alia me
dicina leuioꝛ. ℞. mãne. ʒ. i. ß. succi ro. ʒ. ij. succi granatoꝝ. ℥. ß.
aque ordei. ℥. ij. fiat infusio: ⁊ post colet ⁊ accipiat. ¶ Alia
medicina. ℞. eluarij succi. ʒ. i. ß. cassiefi. nouiter ex̃cte cum aq̃
violarum. ℥. j. agarici. ℈. ß. çinçiber. sandaloꝝ ru. añ. ǥ. iij. mi
sce ⁊ sumant cũ aqua ordei. post oẽs istas medicinas differa
tur prãdium per sex horas: ⁊ qnta hora accipiat lauatiuum
ꝭm cõsuetudinem. ¶ Rõnali cõsideratione gargarismata in
quantũ mãs in cerebro cõtentas educunt non viderent hic
opportuna. satis enim per se mã per palatũ defluit: sed inq̃
tum mãs ultimate siccãt cõpetere possunt. ¶ Post igit pur
gationes gargarisma hoc chole ⁊ flegmatis a capite attracti
uum bonũ est. ℞. aque ordei bñ çuccarate. ℥. ij. succi ro. ℥. j.
pul. dyagridij. ǥ. iij. ⁊ ex eo calido facto stõcho ieiuno in ma
ne post aliqd exercitiũ impleat os ⁊ gargariçãdo quãtũ tene
ri põt cũ eo opus fiat. ¶ Si vo fluxus multũ ifestaret cerebri
debilitate potius ꝙ plenitudine fiat hoc gargarisma. ℞. ma
cis. ʒ. ij. ro. ʒ. j. masticis: thuris. añ. ℈. ij. coquant in lib. j. aque
usqꝫ ad ꝯsumptionẽ medietatis: ⁊ facta expssione fiat de hoc
cũ çuccaro cãdi. gargarisma: ⁊ ualet ⁊ cõfert. ¶ Caputpur
gia soluerũt administrare sapientes ppter ultimatã ⁊ ppter
appropatã mãerũ a cerebro attractionẽ: ⁊ cõferũt ppter hec:
⁊ qꝛ mãm a medio uẽtriculo ad anteriorẽ diuertunt: ⁊ a loco
fluxui ꝯsueto distrahũt. His aũt caputpurgijs acutã mãꝫ as
picientibꝰ raro modernoꝝ medicos uti aliquos vidi. ¶ Ego
tñ post multa tria mihi expta cõscribã. ¶ Primũ est hoc. ℞.
aque ordei. ℥. ij. succi rof. ℥. j. attrahat ut infra. ¶ 2ᵐ est hoc.
℞. reubarbari electi. ʒ. ß. dyagridij. ℈. ß. bulliãt in lib. ß. aque
violarũ usqꝫ ad cõsumptionẽ medietatis: ⁊ colet per pannũ
spissum ⁊ fiat. ¶ 3ᵐ est ut ex succo fumiterre idẽ fiat. ¶ Ad
ministratio aũt eoꝝ talis est. hora qua stõchus est uacuus i
pleat os aq̃. deinde aliqd hoꝝ in manu calidũ per nares at
trahat leui ⁊ paulatino tractu: ⁊ fiat q̃ter uel qnqes in mane
uel sero: postea diligẽter demucatio sine violẽta attractione
fiat. ¶ Collutiones administrãt physici qñqꝫ ad attrahẽdũ
a capite mãs. ¶ Bona igit collutio flegmatis salsi a capite
attractiua est hec. ℞. aque ordei. ℥. iiij. piperis al. çinçi. aga.
añ. ǥ. vj. reubarbari. ʒ. ß. succi rof. ℥. ß. çuc. ℥. j. totuꝫ simul mi
sceat ⁊ calidum in ore totũ hincinde uoluat. deinde emitta
tur. ¶ Collutio ꝯfortatiua ⁊ reumatis phibitiua post gñā
lia cõpetens est hec. ℞. rosaꝝ gra. myrti: sumach: acatie. añ. ʒ.
j. ß. terresigillate. spodij. ana. ʒ. j. masticis. ʒ. ij. coquant in lib.
iiij. aque usqꝫ ad ꝯsumptionẽ duaꝝ ptiũ: ⁊ cũ çuc. cãdi. dulco
retur ⁊ fiat collutio ut supra. ¶ Masticatoria coĩa sunt ma
stix: thus: ⁊ ireos. piretrũ aũt hic mihi nõ placet. ¶ Ego vo
sepe ad attrahẽduꝫ flegma salsum ⁊ acutũ inueni hoc ultimũ
℞. ireos. ʒ. ß. reubarbari electi. ʒ. j. dyagridij. ℈. ß. masticis. ℥. j.
amili. ℥. ß. rosarum: violarum. añ. ʒ. j. mucillaginis dragagãti
℥. j. fiãt pille: de qbus vna grossa masticet in mane. ¶ Ma
sticatio vo cõfortatiua ⁊ stiptica est ex thure facta: ⁊ delecta
bilioꝛ est que fit ex acatia: vel masticãdo gallam quercinam.
¶ Pulueres sup ꝓra capitis administrant sapiẽtes ad ꝯfor
tationẽ cerebri ⁊ cõsumptionẽ materierũ: ⁊ phibitionem flu
xus earum. ¶ Optimus igit est iste puluis aggregãs oẽs in
tẽtiones pdictas. ℞. rof. floꝝ salicis: mirtilloꝝ añ. ʒ. j. thuris:
masticis: laudani: sandarace. añ. ℈. j. gallie mus. ℈. ß. macis. ʒ. ß
fiat puluis ex quo sup ꝓra capitis oĩ sero ponat cũ uadit dor
mitũ: ⁊ in mane cũ pectine abstergat. ¶ Tpe vo immodera
ti fluxus puluis iste ponat ad exiccãdum ⁊ cõstringẽdũ. ℞.
sandarace. ℥. j. laudani. ℥. j. macis. ʒ. j. ß. fiat puluis ⁊ appona
tur ut alius. ¶ Cõfortãt cerebrũ odores nõ parũ. in hoc ca
su fit istud. ℞. tamarisci. ʒ. j. rof. siccarum. ʒ. ij. cãphore. ǥ. vj.
sandarace. ʒ. j. ß. macis. ℈. j. fiat puluis: ⁊ ligetur in syndone: ⁊
portet in manu sepe odorãdo: seu olfaciẽdo. eis utunt medi
ci ad intercipiendum fluxum ⁊ cõfortãdum cerebruꝫ. ¶ De
suffumigationibꝰ vo siccis melioꝛ est facta ex sandaraca pru
nis apposita: sup cuius uapore caput incline. Et notã q ua
let ad calidũ ⁊ frigidum fluxũ simul. ¶ De suffumigationibꝰ

vo humidis leuioꝛ est hec. ℞.oꝛdei.M.i.folioꝝ salicis:tama risci:lãbrusce.añ.M.i.s.camphoꝛe.϶.s.macis.ʒ.s.camomil. M.i.coquant in aq̃:super cuius uapoꝛe caput ꝛ facies incli netur. ℭ Hic cõsiderare diligẽter opꝫ.in hac enim dispositio ne ablutio capitis esse debet ex actu calidis.potentia vo frigi dis:que tñ ꝓpter cerebri debilitatẽ debẽt esse remissa frigida potẽtia uel tẽperiei vicina. Et hoc itelligit q̃n per ablutionẽ querimus alterationẽ equationẽ materiei in caliditate:ꝛ tũc poterit esse ablutio talis. ℞.vio.se.papaueris albi:floꝝ nenu fa.se.altee:flo.salicis.añ.M.i.coquat in aq̃:ꝛ addito cinere fiat lixiuium. ℭ Ubi vo per ablutionẽ querimus materieꝝ ad cutẽ diuersionẽ ꝛ cõsumptionẽ ꝑdicte decoctioni addant saluie maioꝛane.añ.M.s.squille.ʒ.i.ꝛ fiat lixiuium ut supꝛa. ex quo caput abluat cũ sapone:ꝛ semꝑ exiccet cum pãnis le uiter calidis. ℭ Sulfurea uel aluminosa aut nitrosa balnea nõ cõueniunt nisi in mã ꝛ causis frigidis ꝓpter causas no tas.ubi tñ vtus esset foꝛtis ꝛ sin casu mã illa sit acuta: q2 ta men est multo flegmati mixta ad cõsumptionẽ salse ꝛ acute nõ esset incõueniens administrare sulfureum aut salsum. Ego etiã expientia certa scio ꝙ balneũ petrioli magnifice iu uit plures in simili dispõne. Tps aũt accipiendi illud balneũ est in mẽse septẽbris post purgationes. ℭ De balneis aũt al teratiuis ꝛ diuersiuis optimũ est omni maneigredi bal.aque dulcis mediocriter calide:ꝛ mirabile est ꝙ Auic.cũ aliis ꝯce dit administrationem foꝛtiter in frigidãtium actu sup caput qḋ tamen moderni facere abhoꝛrent nisi in maxima flãma ꝛ foꝛti virtute ꝛ etate cõsentientibus ad hec.

Circa pectus dupl'r ꝓuidẽdũ. Primo qdem ut mã effusa ꝛ stãs expuat. 2° ut an helitui subueniat:lꝫ mã scõa depẽdeat a cura pmi. ℭ Ad faci litãdum igit sputũ optimus est syr.de liqri.ꝛ violaꝝ.calidio res vo ꝛ foꝛtiores sunt sy.de hysopo:de prassio.mã multũ exñ te viscosa ꝑdictis addant.ʒ.iiij.uel.vj.oximellis simplicis:ꝛ oẽs isti accipiant cũ aqua oꝛdei calida. ℭ Singulare ꝛ bo nũ sputũ ꝓuocans est aq̃ vngule caballine. Item aqua enule. Itẽ mãna in oꝛe retẽta. Itẽ penid. ℭ Cõfectio bona. ℞.ami li.ʒ.i.se.citrulli melonis cucur.ꝛ angurie.añ.ʒ.iiij.dragagãti gũmi arabici.añ.ʒ.vj.liqri.ʒ.ij.penidiarum.ʒ.ij.croci.g̃.iiij. çuc.cãdi.ʒ.ij.violarum.ʒ.ij.granoꝛum sisami.ʒ.s.fiat con fe ctio in rotulis cũ sy.violarum:ꝛ de hac sepe teneat in oꝛe ꝛ lambendo descendat. ℭ Unguentum bonũ pectoꝛi. ℞.pin guedinis anatis.ʒ.j.butyri.ʒ.s.olei de sisamo:olei violarum añ.ʒ.i.s.croci.϶.i.pin.tassi.ʒ.vj.cere al.ʒ.vj.fiat vnguentum molle:ꝛ lauet bis cum aq̃ oꝛdei in qua coquat modicũ cro ci. Crocus enim est de summa medicinarũ cõferentium ma litie anhelitus ꝛ difficultati eius.ꝯfoꝛtat enim instrã ꝛ facilẽ efficit anhelitum.10° tertij.q̃re utat eo in cibis mediocriter. Si aũt hoc vnguentũ magis mollificatiuũ facere vis adde mucillaginis.se.sisami ꝛ fenugreci.añ.ʒ.i.ꝛ adde in cera. Nõ parum inunctio suminis ani testiculoꝝ ꝛ ꝑtium eis adiacen tiũ confert mirabil'r etiã catarro acuto. Et simile huius po nit 8ª tertij.de cura scissure labioꝝ.ꝛ tu solue ꝓbleuma. ℭ ℞ pil.de iera simplici.ʒ.s.pillularum de sarcocolla.϶.i.fiãt pil lule.v.cũ sy.violarum.ꝛ accipiant die lune sequenti ad com plẽdum purgationẽ quã incepistis. Hec sunt mihi utilioꝛa in casu uro visa. Ad laudẽ dei oĩpotentis. Amen.

Consilium.253. De impotentia ad motum pro gressiuum que remãsit post do loꝛes podagricos.



Ost doloꝛes iũcturarum ꝛ ma xime inferioꝝ qui coiter podagrici noĩantur:hoibus remanere solet impotẽtia ad motũ ꝑgressiuũ in quo dũ ambulare intẽdunt:lꝫ non magnifice doleãt: tñ nõ est in iũcturis inferiorib' potẽtia susten tãdi molẽ totius coꝛpoꝛis:q2 debiliter ꝛ non nisi cũ magna fatigatione ambulare possunt. ℭ Cũ igit vir iste iã diu egrotauerit doloꝛe podagrico non est mirabile si ipse incidit debilitatem in motu progressiuo: quoniam est vir complexione flegmaticus ꝛ habitudine san guineus grossus ꝛ notabiliter repletus.

Eapꝛopter in subueniẽdo ei q̃que mihi occur runt instrã medicinalia de melioꝛib' ꝛ securioꝛibus ꝛ sine magno fastidio applicabilia que sunt sequẽtia. ℭ Primũ itaqꝫ ipsoꝝ est hoc. ℞.aloes ꝑparati.ʒ.s.pulpe collogntide.ʒ.j.dyagridij.ʒ.s.pulueris hermodacty loꝝ.ʒ.iiij.puluerizent oĩa ꝛ cũ çuccaro rosarum foꝛment pil lule pro oi.ʒ.vij.de q̃bus vir accipiat oi fine.xv.dierum.vj.ꝛ post eaꝝ assumptionẽ tardet comedẽ per.vj.horas. diebus aũt inter medijs de eis accipiat oi 5° die vnã paucũ ante ce nã. ℭ 2m vo remediũ est hoc. ℞.spẽrum eluarij de ligno alo es:spẽrum dyatriõpipeon.añ.ʒ.i.sandaloꝝ alboꝝ violarum seminis acetose.añ.϶.s.çucca.al.lib.s.coquat çuccarũ cũ aq̃ assari uel petrosilini:ꝛ fiat cõfectio in rotulis.iij.ʒ.de q̃ oi die parũ ante cenã ꝛ prãdiũ accipiat rotulaꝫ.j.aut saltẽ semel in die cõtinuãdo ipsam per totũ mẽsem ianuarij futuri. ℭ 3m vo spãle remediũ est hoc. ℞.aque in qua fabri extinguũt fer ramẽta sua situlas.iij.gallarũ cuꝑssi numero.xv.gallarum quercus numero.xv.hermodactyloꝝ:peonie.añ.ʒ.i.oĩa bul liãt in aq̃ ꝑdicta usqꝫ ad cõsumptionẽ tertie ꝑtis:ꝛ cũ tali aq̃ calida patiẽs lauet mẽbꝛa sua a genu usqꝫ ad plãtas pedum oi sero ꝛ oi mane ante cenã ꝛ añ prãdiuꝫ. ℭ 4m remediũ est hoc. ℞.olei onfancini.ʒ.ij.masticis:sandarace:spodij.añ.ʒ.j ꝯquassent simul in moꝛtario uehemẽter:ꝛ cũ illo linimento actu calido post ablutionẽ supꝛascriptã inungant oẽs iũctu re debiles in vtute motiua tãdiu quãdiu fit ꝑdicta ablutio. ℭ Ultimũ vo spãle est hoc. ℞.sanguis dꝛaconis:boli arme ni:sandarace:acatie:masticis:thuris:myrre.añ.ʒ.ij.terre sigil late:amili.añ.ʒ.i.succi plãtagis ꝛ rob.añ.ʒ.i.s.cõquassent in moꝛtario lõgo tpe ꝛ fiat linimẽtũ. Cũ g̊ hic vir ꝯtinuauerit li nimẽtũ supꝛascriptũ post ablutionẽ ꝑdictã:tũc oi mane ꝛ sero per horã añ cenã ꝛ prãdiũ inungat sibi oẽs iũcturas lesas cõ tinuãdo vnctionẽ ꝑdictam usqꝫ ad mẽsem ianuarij futuri.ꝛ hoc regimine sperat ipsuꝫ bene remanere dispositum.

Cõsilium.254. De sciatica.



Ro illa dña que patit sciaticaꝫ:oc currũt mihi ista. ℭ Pri mũ est pot' iste quẽ oi mane calidum acci piat. ℞.aque sublimationis radicũ peo nie:radicũ hermodactyloꝝ.añ.ʒ.ij.ꝛ det calida in auroꝛa. ℭ 2m est ꝙ hec mulier oi die post ꝑdictũ potũ per tres hoꝛas ac cipiat vnã de istis pill's. ℞.pillaꝝ fetida ruꝫ:pillarũ de sarcocolla.añ.ʒ.s.pulueris artbanite.ʒ.i.cũ suc co apij:fiat pille ex oi.ʒ.vj. ℭ 3m vo est linimẽtũ hoc:de quo oẽs ꝑtes anchарũ ꝛ tota scia ꝛ loca ad que extẽdit doloꝛ om ni die ter diligẽter inũgat. ℞.olei onfancini:ꝛ loco eius olei rob.ʒ.iiij.olei de costo:olei de mãdragoꝛa.añ.ʒ.i.s.sandarace.ʒ.ij.thuris:hypoq̃stidos:acatie:gallarũ cuꝑssi:masticis.añ.ʒ.j.s.pulueris peonie ꝛ hermodactyloꝝ.añ.ʒ.ij.salis nitri:cro ci.añ.ʒ.i.pulueris serapini:oppoponacis resine.añ.ʒ.i.s.cere rubee quãtum sufficit:fiat vnguẽtum molle:ꝛ non solet me fallere. ℭ 4m instrm est ut si facta est flobotomia sciatice bñ est si nautẽ ꝙ ipsa fiat. Et iterũ appente declinatione egritu dinis qḋ videbit ex remissione doloꝛis ꝛ accñtiũ alioꝛuꝫ fiat iterum flobotomia de sciatica aduerse ꝑtis. Hec enim ꝑfecte eradicat mãs diuertẽdo:ꝛ ꝑseruat a recidiuatione ipsi' euen tus. ℭ 5m instrm est:ut si in declinatione moꝛbi videbitur re manere lassitudinẽ ꝛ debilitatẽ in motu ꝑgressiuo in anchis ꝛ in coxis:tũc applicet ei hoc cerotũ qḋ amplectatur ꝑtes spine inferioꝛes:ꝛ locũ uertebri ꝛ fixũ ꝑmaneat super parte.ꝛ si locum excoꝛiaret aut ꝑruritum magnũ efficeret remoueri põt:ꝛ locus scalpellãdo:uel cum panno aspo fricando bene agitet:dein de iterũ cerotum ut ꝑus supponat:ꝛ sic diu por tet usquequo iũcture fuerint ad sanitatẽ restitute. Cuius de

scriptio. ℞. picis naualis bene cocte & inspissate lib. 5. saponis nigri. ℥. i. 5. bermodactylorũ peonie. añ. ℥. i. resine electe. ℥. j. rob. masticis: acatie. añ. ℈. iiij. eufozbij. ℈. 1. atramenti cõbusti. ℥. i. cere quantum sufficit fiant cerota magne viscositatis & applicentur: ut dictum est. Hec enim quinque instrumẽta gentem plurimam sanauerunt a sciatica etiam molestissima perfecte. Ad laudem dei. Amen.

Consilium. 255. De dolore ancharum: & sciatico inuicem cõmixtis &c.



Hec dña egrotat dolore ancharũ & sciatico inuicẽ cõmixtis qđ apparet: q2 dolor fixus stat in pte coniunctionis ossiũ natiũ cum spõdilibus: que pprie coniunctio ancha noiatur. Silr etiã dolorẽ hẽt in loco coniunctiõis uertebri cũ pixide ossis anche: que schiala apud grecos uel scia noiatur apud latinos. ¶ Et est hec dispõ pendẽs a mã sanguinea & flegmatica inuicem mixtis. Mulier enim hec a gñatione fuit & adhuc sanguinea est. qđ appet ex statura magna eius. ¶ 2° ex grossitudine mẽbrorũ qui mediocritatẽ trãseunt. ¶ 3° ex pinguedine ipsorũ. ¶ 4° ex viuido colore rubeo totius corporis. Et hoc ex grossitudine & plenitudine uenarum totius. ¶ Est autẽ in ea gñata mã flegmatica & cõgregata in ptibus inferiorib⁹ uelut caliditate paupiorib⁹. & effusa est hec mã in nuchã & in neruos ramificatos a spõdilib⁹ renum & caude. ¶ Mã igit talis mixta facit dolores extẽsiuos grauatiuos & cõpressiuos in predictis locis. s. ancha: & in scia multũ eam molestantes. ¶ Et ex hoc appet q essentia egritudinis est triplex. s. mala cõplexio ex sanguine & flegmate posita in pdictis partib⁹: & dolor anchalis. & tertio est dolor sciaticus usq3 ad genu & medium crus per coxam extensus.

Cuius cura fieri debet hm hũc modũ. Pmo mane vno euacueť cũ hac medicina assumpta in aurora: post quã parũ dormiat. & in quinta hora post assumptionẽ eius accipiat plenũ cyathũ aque ordei calide: & vna hora post ipsam prandeat. cuius descriptio est. ℞. elũarij indi. ℥. iij. 5. boni põderis elũarij rob. ℥. i. 5. misce cum ℥. iij. aque decoctionis çinçiberis. ¶ Post assumptionẽ predicte medicine sequẽti die circa horã vigesimãprimã fiat sibi flobotomia de uena sciatica dextri pedis: que repit in syluestri pte eius inter calcaneũ & cauillã: & educant sanguinis ℥. v. uel. vi. ¶ Facta võ flobotomia pdicta sequẽti die accipiat hoc digestiuũ: qđ cõtinuare debet dieb⁹ in aurora sumptũ & calefactũ. cuius descriptio. ℞. sy. cõpositi acetosi: syr. de eupatorio & mellis rob. añ. ℥. 5. aque hypiconis. ℥. ii. aque acetose. ℥. i. 5. misce. ¶ Tpe quo accipit hoc digestiuũ si uenter est stipticus oi sero parũ añ cenã accipiat vnã de istis pillis: aut saltẽ oi 3° sero. ℞. aloes abluti. ℥. 5. pillarũ de sarcocolla: pillularum de serapino. añ. ℈. i. dyagridij. g. i. misce & incorporent cũ succo rob. ¶ Silr tpe quo accipit digestiuũ suprascriptũ oi die bis ut mane & sero inũgat totã regionẽ ancharũ & totum spatiũ qđ amplectit dolor cũ hac vnctione. Cuius intẽtio est ptim refrenare cursum materierũ ad locũ. ptim võ sedare dolorẽ. ptim cõsumẽ ptẽ materiei iã cõgregate. Cui⁹ descriptio. ℞. olei onfancini: olei rob. añ. ℥. i. olei de aneto. olei vulpini. añ. ℥. vi. croci. g. vi. sandarace: thuris rob. masticis. añ. ℥. 5. terant simul spẽs bñ pulueriçate lõgo tpe cum oleis in mortario & fiat inũctio: ut dictũ est. cum eo calido locũ circũligando cũ fascia mediocris adhesionis. ¶ Accepto võ digestiuo pdicto post ipm die immediate sequẽti purget cum istis pillis: quarũ descriptio. ℞. pillarum de serapino: pillarũ aurearũ & sarcocolla. añ. ℈. i. b. p. reformenť pille. vii. uel. viii. cũ elũario succi rob. & vno grano dyagridij. & in earũ assumptione & opatione obseruenť regule & cõditiones de prima euacuatione posite. ¶ Postq̃ võ fuerit hec dña purgata si dolor videt tẽdere ad declinationem manifeste: tũc non debet aliud innouare nisi q utať inũctione suprascripta & assũptione pillularũ q̃s accipiebat tpe digestiui oi die uel tertia die uel qrta hm maiorem uel minorẽ uẽtris fluxibilitatem. ¶ Si aũt cõtingeret q post pdictas euacuationes & remedia alia dolor nõ esset manifeste alleuiat⁹: tũc sup ancha & sup loco uertebri apponať cerotũ vnu3 oia illa spatia diligẽter amplectens. Cuius intẽtio est uesicãdo & cutẽ abrũpẽdo mãm attrahẽ a pfundo mẽbrorũ & cõsumere ipsam & fortificare iũcturas. Cuius descriptio. ℞. resine electe armoniaci. añ. ℥. i. calcãti cõbusti. ℥. ij. auripigmẽti. ℥. ij. antimonij. ℥. j. 5. pulueris artetice peonie. ana. ℥. 5. piretri. ℥. j. 5. olei de eufozbio. ℥. j. cere quãtum sufficit: fiat cerotum magne viscositatis: qđ post bulliat in. ℥. iiij. succi pedis coruini usq3 ad cõsumptionẽ ipsius. portet ergo hoc cerotũ sup locis illis tpe tãto quo pcipiat manifestã sanationẽ uel cõualescẽtiam. Deinde locũ illũ cõsolidet cũ inunctione facta cũ oleo rob. ispissato cũ puluẽ gallarũ cupssi ex his leuiter cõfricãdo locũ actu tepidis. Et si per hũc modũ ut spero sanabit hẽbit intentũ. Sin autẽ scribať mihi & puidebo sibi de remedijs leuioribus meliorib⁹. Ad laudem dei. Amẽ. ¶ Abstineat a multo usu aceti & leguminũ: a cibis pastilib⁹: a lacte: a multitudine piscium: & ab usu vini albi ualde potẽtis: & a multitudine uel frequẽtia coitus: & a uehemẽti frigore aeris: & ab humiditate eius: & a fortibus exercitijs ambulandi: & mõtes ascendendi: maxime in tẽpore quo sollicita est remedijs suprascriptis. Amen.

Consilium. 256. De sciatica.



Uiro eximie laudis egregio doctori magro Bartholomeo mino nepoti suo dilecto Bartholomeus de mõtagnana exiguus physicus salutẽ dicit. Nõ est mihi extraneum neq3 stupẽdũ si te aduocauerit: & in suum gubernatorẽ elegerit egregia illa ciuitas Leniaci. vtutes eni3 hoium hoies eliciunt ad honores & utilitates extollẽdas. qre age feliciter ne melius continue te sublimes vigili studio in cognoscendo distincte egritudines & sollicite te pbendo egris. sic eni3 itur ad astra. ¶ Qđ võ demum scribis de commendatissimo viro illo qui sciaticam patit: & quod a te circa ipsum actu3 fuerit optimum fuit totum & laudabile.

At qđ deinceps in eius dispõne agẽdu3 sit sex mihi visum est pcedere remedijs. ¶ Primũ qdem est: ut eligas mane horã electã & facias ipm flobotomari de sciatica uena sinistri pedis educẽdo sanguinis quantitatẽ. v. ℥. aut saltẽ q̃tuor & nõ minus. Deinde ab oi motu pgressiuo iuxta possibile eligẽdũ qescat dieb⁹ ad minus octo. Et vinũ sit subrubeũ: clarũ: aromaticũ: põticũ: qđ lymphet cũ altera medietate hydromellis. ¶ 2m võ pncipale istrm est: ut oi mane nõ multũ distãte ab ortu solis & oi sero hora. XXII^a cum magnis spõgijs nouissimis fomẽteť ancha cũ maiori pte natis & magna pte coxe patientiũ. spõgijs inq̃ infusis in decoctionẽ istã & bñ expressis. ℞. granorũ peonie cõtritorũ & radicis ei⁹ hermodactylorũ. añ. ℥. j. 5. hypiconis andachoche sticados folij acori. añ. ℥. iiij. corticũ papaueris albi numero octo. coquantur oia in octo situlis aque atesis usq3 ad cõsumptionẽ medietatis in cuius decoctionis fine ponať. ℥. i. 5. croci itegri. fiat autẽ pdictarum spõgiarũ applicatio q̃tuor vicib⁹ in mane & q̃tuor in sero. ¶ 3m spãle remediũ est: ut post pdictã fomentationẽ in nocte vngant pdicta loca & crus usq3 ad clauiculã cu3 hoc vnguẽto mediocriter calido. ℞. olei vulpini. ℥. iij. de piretro & de castoreo. añ. ℥. 5. piguedinis taxi. ℥. 5. andachoche: agarici: sticados. ana. ℥. j. seminũ lactuce portulace: scariole: & florum nenufaris. añ. ℥. ij. croci. ℈. j. cere albe quantum sufficit: fiat vnguẽtum molle: qđ postea bulliat in. ℥. iiij. succi sempervive usq3 ad ipsius cõsumptionem succi. ¶ 4m võ spãle remediũ est: ut idẽ patiẽs postq̃ mane fomentatus fuerit uel supra ponat hoc cerotum sup pte anche qđ ibi cõtinue applicatum remaneat usq3 ad tps fomẽtationis nocturne. cuius descriptio. ℞. empl'i apliconis. ℥. j. 5. de mucillaginibus. ℥. 5.

oppoponacis armoniaci pinguiorum: galbani. añ.ʒ.ij. radicum peonie hermodactylorum acori seminis iusquiami albi.añ.ʒ.ij. croci.ʒ.s. cum sufficienti quantitate cere fiant cerota sperica latitudinis vnius spãse super panno de grana inuoluta: quoꝝ alterum permutatim apponat membro ut iam p̄dictum est. In hac enim cõpositione spero ꝙ sustentat potẽtia integre sanitatis huius viri: qđ cerotum dum conficitur super aspgat acetum. ipm enim ponit in curis egritudinũ etiam frigidarũ ut penetrare faciat. 4ª p̄mi. cap. ꝑ in fine. ¶ 5m spãle remedium est hoc. ℞. aloes abluti.ʒ.iiij. agarici electi.ʒ.j. fouenē pille de omni.ʒ.vij. cum syrupo composito acetoso: de qbus omni tertio aut quarto sero accipiat vnã immediate ante cenam ſm tuam discretionem. ¶ Ultimũ vo remedium est hoc. ℞. sp̃erum electuarij de acoro.ʒ.j. hypericonis ꝛ andachoche radicuꝫ peonie. añ.ʒ.j. sticados. ꝯ. añ.ʒ.ij. oximellis compositi lib.s. çuc. albi.ʒ.ij. fiat electuariũ de quo iste vir in mane in aurora deglutiat quantitatẽ.iij.ʒ. bibendo post ipsum.ʒ.j. aque sublimationis andachoche tepide ꝛ subduplum huius electuarij cum subdupla portione aque per horam ante cenam: ꝛ per duas horas post cenã accipiat. Quid de hyperico ne scribat scđo canoñ. ꝑprio cap lege. Laudes vo andachoche collige scđa tertij. p̄mo capitulo. ꝛ hac in fen etiam videbis quid de cõditis: de acoro scribatur. uale ꝛ si me diligis: magis tamen teipsum stude ꝛ iterum stude: perlege: ꝛ ita felicitabuntur opera tua. quod summa omnipotentis misericordia concedat. Ad laudes eius immortales. Amen.

Consilium. 257.


De dolore anchali ꝛ sciatico ꝛ alchatin. ¶ Diuiditur autẽ consilium in capitula tria.

¶ De causis ꝛ signis dolorum ipsorum. Cap. I.



Dolores huius nobilis viri anchales noiandi itelligẽdo per ista mẽbra loca ꝯiunctionis ossiũ natium insimul cũ spondilibus inferioribus alchatin ꝛ caude: ꝛ q ossa ista in lateribus ptibus exteriorib' cõcauata sunt in quorum cõcauitate solidat supioꝛ ps focilis coxe mediante ligamento grosso ꝛ breui has ptes ꝯcatenãtes insimul. ꝛ noiatur locus ille scia. ideo ꝑpter loci ꝑpinquitatem ad mãm morbi necesse est illius materiei ptem deriuasse ad sciã. vñ facta est cõpositio doloꝝ diuersoꝝ. s. anchalis ꝛ sciatici. ¶ Prouenit aũt hic doloꝛ a mala cõplexione frigida ꝛ humida: ꝛ multa mã flegmatica ꝛ mucillaginosa ingrossata ibidẽ per diuturnitatẽ tpis: partiꝫ ꝑpter resolutionẽ partium aquearũ ꝛ aerearũ factã a mã cholerica que p̄dicte materiei flegmatice cõmixta est: debet denoiari flegma cholericũ. i. cui cholera notabiliter est cõmixta. ¶ Et sicut ex signis dignosci põt mã cholerica p̄dicta nõ est pura cholera ru. sed est cholera vitellina commixtione eius ꝛ grossi flegmatis facta. ¶ Uñ ex p̄dictis itelligi põt ꝙ doloꝛ iste est acutus q̃ñq3 ſm ꝙ magis miscet de cholerica mã illi flegmati. semp tamẽ dominante flegmate. vnde hic doloꝛ q̃ñq3 percipit cũ uestigijs caliditatis ꝛ aliq̃li rubedine loci. Aliq̃ñ tamen doloꝛ iste remissioꝛ est ꝛ cũ signis frigiditatis inuentus: ꝛ ꝑprie quando flegma notabiliter superexcedit materiam cholericam. ¶ Unde ex p̄dictis iteruꝫ deduci põt ꝙ longioꝛ ꝛ fortioꝛ est hec egritudo ꝑpter maiorem ꝓfundationem ꝛ penetrationem illius flegmatis accidentaliter in eo acquisitã a cholera sibi commixta. ¶ Sũt aũt he materie immerse vilis neruoꝝ orientiuꝫ a neruis spõdilium alchatin ꝛ caude: ꝛ materie etiam iste in extremitatibus chordarum ꝛ musculoꝝ lũbalium interioꝝ ꝛ exteriorũ immerse sunt: ꝛ in ptibus ligamẽtalibus que ibidẽ inueniũtur cõcatenare iũcturas p̄dictas: que tñ ligamentales partes nõ sunt uera ligamẽta: sed resultantia ex ligamentalibus ptibus orientibus ab ossibus predictis ꝛ vilis neruoꝝ sensibilium sibi cõmixtis: ꝑpter qđ talia ligamẽta sunt mẽbra sensibilia. Alia vo ligamenta uere dicta talia: ꝛ ꝑprie illa que oriũtur ab ossibus nullo modo sentiunt. Ligamentorum eni nullum habet sensum. p̄ma p̄mi. capitulo de membris. ¶ Ex hoc ergo fundamento solui potest questio de acutissimo dolore in ligamento uertebri euenienti. illud enim non est uerũ ligamẽtum. ¶ Ex qbus oibus inuicem collectis ultimate apparet que sit egritudo: quoniam est mala cõplexio frigida ꝛ humida predictarum partium. ¶ Apparet ulterius que sint ille partes. apparet iterum que sit mãlis causa egritudinis. Et quarto colligitur ex istis que ꝛ qualia sint accidẽtia. Est enim doloꝛ quandoq3 extensiuus: quandoq3 intẽsiuus ꝑũctioni cõmixtus: quandoq3 caliditati aliquando frigiditati associatus: ut supra visum est. vnde ad eius curationeꝫ ingrediendum est ſm ꝙ in sequentibus apparet.

¶ De cura per sex res non naturales. Cap. II.



Dirigitur itaq3 regimen huius viri per sex res nõ naturales ut ipse fugiat habitationes in aere frigido humido uẽtoso ꝛ locus habitationis eius remotus sit a terra: ꝛ a decursibus aquarũ ꝛ ualliũ ꝛ paludoruꝫ. Et sit aspectus eius orientalis ꝛ meridionalis. aut calefiat locus eius accidẽtaliter cum frequenti ꝛ multo igne ꝛ parietibus bene munitis. Ita ut murorum antiquoꝝ edificia euitentur: ꝛ loca predicta patiẽtia bene calida ꝯseruẽtur: ꝛ caput etiam: ne ex eius frigiditate augmentet in eo materia frigida apta descẽdere ad patiẽtia loca. ¶ Exercitium euitari debet: ꝛ proprie instantibus doloribus quiescere debet quousq3 mẽbra a doloribus ꝑuata fuerint ꝛ bene fortificata. ¶ De modo vo cibationis aduertat ꝙ sit in comedendo parcus: ꝛ sĩr in potu: imo eius regimen inclinet ad inanitionẽ aliquãtam: ꝛ nõ accipiat cibũ aliquem uel potũ nisi necessitate finis: aut potius urgeatur: ꝑpter quod cum nausea ꝛ fastidium stomachi imminet semper a cibo fugiat: ꝛ in cibatione sua plurima masticatione utatur. Fercula diuersa ꝛ numero plura dimittat. ꝛ ita de potu dicendum. ¶ De modo vo dormiendi caueat subito post cibationem dormire ꝛ omnem etiam lõgam dormitionem effugiat. somnus enim longus generat reumatismos lassitudinem flegmatis augmentum efficit. Elapsa igitur hora cum dimidia dormiat: ꝛ p̄mo super dextro. deinde super sinistro decũbendo. resupinationem autem in dormitione effugiat. ipsa eniꝫ materias descendere facit ad posteriora. Reliquo autem tempore toto vigilandum est ultra spatium horarum. vij. uel. viij. qbus conceditur somnus. ¶ De passionibus anime si non dubitaretur inflammatio ꝛ dissolutio materieruꝫ circa p̄ncipalia membra cõueniret ei leuis iracũdia: ꝛ accidẽs anime quodlibet ex quo caliditas augmentaret in corpore: que esset causa digestionis ꝛ resolutionis materierum predictarum: que tamen hic non nisi cum difficultate applicari possunt. accidentia anime ipsa dimittantur: ꝛ insistat bone spei curationis sue: ꝛ sit letus ꝛ a tristitia elongatus. ¶ Pro ultima vo re nõ naturali. s. cibo ꝛ potu utatur cibarijs omnibus mediocriter calidis ꝛ parumper siccioribus naturaliter ꝛ accidentaliter. Et si occurrunt cibaria taliter modificata misceant semper cum his que eorum caliditatem ꝛ siccitatem augent: ut sal: piper: cinamomum: nux mus. feniculum: petrosilinuꝫ: anisum: daucus: hysopus: mentha: satu regia: ꝛ his similia.

¶ Panis eius sit communi pane parum plus fermenti habens ꝛ salis. ¶ Caueat a piscibus ꝛ farinaceis cibis. ¶ Carnes eius sint uel ut pulli: columbi proprie: ꝛ aues omnes syluestres sint ei communiter usitati preterꝙ degentes in aqs: ꝛ utatur carne vituli: capreti: castrati: ꝛ gaçelli proprie. ¶ De plantis autem conueniunt ei caules: feniculi: petrosilini: pastinachia suo tẽpore. Cucurbita vo ꝛ spinachia: bleta: endiuia: lactuca: portulaca omnia dimittantur nisi raro ualde: ꝛ in quantitate pauca accipiantur: ꝛ proprie confracta cum plantis ꝛ rebus calidis supra tactis. ¶ De leguminibus vo concedi possunt cicera rubea: riçum: ꝛ lentes proprie cocte cum brodio pingui ꝛ far. ¶ De fructibus vo concedi pos-

sunt aliquando melones bñ dulces ꝛ nō in multa q̄titate. Et ficus recētes optime sunt ei ꝛ auellane ꝛ amigdale ꝛ nuces. Poma vō ꝛ pira ꝛ p̄sica ꝛ osil'a raro ꝛ in pauca q̄titate accipiant. Uue vō bñ mature ꝛ dulces sibi conceduntur. ⁋ Lac aūt ꝛ lacticinia cibaria oīa dimittant. Caseus vō ꝛ ꝓprie ad salsedinem notabilr inclinatus concedi debet. ⁋ Oleum vō oliuaꝝ ꝛ nucū ꝛ amigdalaꝝ dulciū sibi conuenit. Butyrū aūt ꝛ ꝑꝑ humectationē multā eius: ꝛ lassitudinem quā efficit in neruis non placet mihi. ⁋ Aceto iterum paꝝ ꝛ raro in cibis utat nisi cōmixto cū sale: pipe: cinamomo ꝛ silibus. Agresta ꝛ ꝓprie salita conueniens est ei. usus lymonum ꝛ aranciorū aliq̄n placet. De vino granatorum non curet. ⁋ Potus vō esset aliquanto tpe aqua mellis facta ex quindecim partibus aque ꝛ vna mellis: que coquant ad consumptionem tertie ꝑtis. Uinū vō rōnaliter sibi conueniens debet esse subrubeū bñ clarū: nō ualde fumosum ad saporem ponticū uel bruscū parum declinans. aut saltem leui dulcedine participans cū claritate substantie sui ꝛ debilitate eius.

⁋ De cura per medicinalia. Cap. III.



De medicinalib⁹ vō occurrit mihi duo principalia. ⁋ Primum est regimen obseruādū a p̄nti tpe: qꝛ a fine mensis iulij usqꝫ ad finē mensis septēbris ⁋ 2ᵐ vō eēt regimē a p̄n° octobris p oē tp̄s obseruādū. sed de hoc regimine scdō ꝑtermittendū est nūc. fortassis enim ita cōuenienter curat⁹ ꝛ alleuiat⁹ erit q̄ regimen satis leue ei admistrandū eēt: aut fortius ɓm q̄ dispō ad melius apparebit permutata. Habita igitur isto tempore notitia rei illud regimen ɓm exigentiam expedietur.

Primum aūt p̄ncipale regimē q̄d est nūc obseruādū octo cōpleriꝰ remedijs ordinate: ut nūc sequit. ⁋ Hoꝝ itaqꝫ instroꝝ pᵐ est ut cū qetus erit ab exercitio fiat ei flōmia de sciatice pedis aduerso loco doloris mane hora electa. s. uacuo exūte uentre a cibis ꝛ a superfluitatib⁹ p quā educant sanguis. ℥. iiij. ꝛ nō plures: qm̄ flōmia uenaꝝ inferioꝝ magis debilitat q̄ superioꝝ. 4ª p̄mi. cap 20° Et cōuenit ei elegāter hec flōmia ꝑꝑ mixtionem mātei calide cū frida gr̄a distinctionis ꝛ partialis eradicatiōis māeꝝ que post alias euōnes remanserunt: imo hec flōmia iterum conueniret ei in fine mensis septēbris gratia preseruandi ꝛ alleuiandi dolores in futura hyeme.

Secundum p̄ncipale instrm̄ est. ut postq̄ fuerit a flōmia ꝯuenienter euāt⁹ ꝯsideret al leuiatio que successit. Et sigdē manifeste alleuiat⁹ ꝛ sedat⁹ ēt fuerit dolor tūc ꝑtrāseat cū bonitate regimis sibi assignati ꝛ usu medicinaꝝ iā uentrē lapsum efficientium que statim scribent in hoc cap huius tertie ꝑticule. Si aūt dolor remāserit notabilr intensus in ancha ꝛ ꝓhibēs motū ꝓgressiuū: tūc trāseat ad regimen maioris efficacie: ut nunc scribetur.

Tertium p̄ncipale instrm̄ est ut si dolores remancāt ꝛ maxime cū signis inuētionis nausee eructuationis: aut reumatiçatiōis māeꝝ a capite: uel ab alio supioꝝ mēbroꝝ: tūc ꝓuocet uomit⁹ ɓm hūc modū. ⁋ Cibet eni ꝑpe meridiē cū cibis sp̄e vō diuersis grossꝭ cū subtilib⁹: grauibus cū leuib⁹: dulcib⁹ cū amaris: acetosis cū insipidis: fridis cū calis: stipticis cū lenitiuis: mollificatiuis. Exēplū p̄morū est. ut dare vitellos ouoꝝ cū pane açimo aut nō bñ cocto. 2ᵐ est dare cibos pastiles cū ptisana ordeacea. Exēplū tertij. ut dare mellita ꝛ çuccarata cibaria cū hysopo: saluia: ꝛ absinthio. Exēplū quarti. ut dare acetū cū raphano ꝛ silib⁹. Exemplū q̄nti. ut dare crocū ꝛ vinū cū agresta portulaca ꝛ endiuia. Exēplum sexti. ut dare granata acria citonia ꝛ adberuli mespilis seu adçerul cū prunis ficub⁹ recētib⁹ ꝛ uuis recentibus. Necesse est eni ꝛ rōnale ꝓuocari uomitū p istō applicationē. stōch⁹ eni ex applicatiōe reꝝ tāte diuersitatis in q̄litatib⁹ p̄mis ꝛ scdis in laborib⁹ ꝛ in alijs que ꝯsequunt existis. fastidiū ꝛ aboiationē icurrit qb⁹ cū ꝑseuerat neçe subsequit nausea ꝛ ultiate uomit⁹. Sūt eni q̄nq̄ mot⁹ ꝑter nāꝫ stōcho supue niētes uelut accītia sibi ꝓpa: ut legit 13° tertij. trac. 5° in p̄n° ei⁹. Cū ergo ꝓuocat⁹ fuerit uomit⁹ qescat eger. ꝛ cibet cibis facilis digōnis in quāto ꝛ in q̄li. deinde iteꝝ 3° sequēti die ꝓuocet uomit⁹. ꝛ iteꝝ ..ª die ꝛ octaua usquequo uomitor perceperit notabilem alleuiatiōnem stōchi ꝛ totius corporis.

⁋ De modis vō ꝛ instrīs efficiēdi uomitū sic ꝓcedat. cū enim fuerit cibis tāte diuersitatis cibat⁹ p vnā horā uel duas post illud. ꝓ ponat digitoꝝ indicem uel medium in principio gutturis ibidē cōmotionē eff ciendo: aut saltem deglutiat frustū carte uel corrigie. Aut tertio imponat gutturi pēnam ibidem titillādo: aut pēnā illā iungat in oleo simplici aut parū salito. Hi enim sunt meliores ꝛ securiores modi uomitādi. ⁋ Si aūt per hec non euomuerit tunc in potu det ei cyathus vn⁹ aque cum q̄rta pte aceti ꝛ modico çuccari uel mellis tepefacti insimul. Et si non euomuerit per hoc tūc detur sy. acetoꝝ. ℥. j. ß. cum dupla pte aque tepefacte. Aut tertio dētur decoc. radicis raphani tepefacte. ℥. iij. cum modico aceti. Aut detur raphanus cum vtute ellebori al. sigillata in ipsum p plantationem modicum in substantia sua qui raphanus per. viij. dies fuerit in terra sepultus. comestio enim illius accelerat uomitū. ꝛ est de potentibus nō multum tñ in usu est habendus ꝑꝑ nocumenta ellebori apti facere spasmū. ut legit q̄nta afforismoꝝ. in exordio ab Hippo. ꝛ cōmentatore ibidem. Elleborus ē ꝑiculosus est in corporibus sanis qꝛ spasmum facit. Et ego non dubito q̄ magis periculosus est corporib⁹ infirmis in q̄bus est minor resistētia ex pte vtutis q̄ in sanis tamen essent apponende conditiones conseruande in hoie ꝑparando ad uomitum: ut qꝛ. s. pile de coto super oculis eius ligarent: ꝛ leui motu moueretur corpus totum: ꝛ leuis agitatio super stōcho applicaret: ac uaria figurarum corporis situatio ad diuersas ꝑtias pōni: ꝛ reliqua silia que pulchra legenda sunt. quarta primi. de preparando ad uomitum.

⁋ Et si uelis ample ꝛ solatiose in vnum colligere lege ꝯsiliū pro dn̄o Petro Donato ep̄o paduano ꝯscriptum: ꝛ ibi videbis iuuamenta que uomitus affert in doloribus iuncturaꝝ ꝛ lege quarta primi. cap de iuuamentis que affert uomitus. ꝛ 22° tertij. cap de curationibus dolorum iuncturarū ꝛ sciatice. quare hermodactylus est medicina securior. ut colligit 22° tertij. capitulo preallegato.

Unde ex ꝑdictis facile intelligi potest regimē curationis eius: qd̄ gratia breuitatis reduco ad. xij. principalis in eo cōsideranda uel mēsurāda. ¶ Primū itaqz hoꝝ est. ut regimen ei⁹ ex parte sex rerū non nāliū inclinet adifridationē z humectationē cū aliq̄li subtiliatiōe z aptiōe cōmixtā sic oia cibaria ei⁹ oporteret coq cū radice cicoree: z altera radice feniculi: z esset regimē refractū ex caliditate z friditate cuz aptiōe. vñ bleta spiachia: portulaca: lactuca cū folijs petro. z boragis in cibis posita: eēnt ei cōueniētia. ¶ 2ᵐ ꝑncipale in eo obsuādū est uētris lenitas: que lz fieri posset cū ꝑdictis cibarijs z cū mulsiōe seu z coluz: tñ meo iudicio ɔueniēti⁹ fieret dādo ei i medijs tertijs i potu. ℥. iiij. aque decoctiōis foliōꝝ sene cū folijs mercurialis uolubilis ul' blete: aut saltē cū folijs viol. z boragis. ¶ 3ᵐ ꝑncipale est: q̄ mã digerat: z nulla in ipō vi mibi medicina ɔueniētior q̄ aq̄ lactis capni. de q̄ in potu dent in aurora. ℥. iiij. omni mane: z digerēdo mãz iuuabit ad 2ᵐ ꝑncipale ꝑmissuz. ¶ 4ᵐ ad hācitentiōez ɔueniens z ad ɔfortādū v̄tutē est usus hui⁹ mixtionis. ℞. conserue buglos. z boragis. añ. ℥. j. ʒ. pulueris margaritaꝝ. ʒ. j. violaꝝ: floꝝ boragis: capil. uene. añ. ʒ. j. fragmētoꝝ saphiri: z smaragdi. añ. ℈. j. fiat elariū cū syrupo de corticib⁹ citri. aut saltē cuz violato. ¶ 5ᵐ ꝑncipale est: q̄ stōchus omni mane vngat cuz hoc vnguēto. ℞. olei citonioꝝ de mastice. añ. ℥. ʒ. olei liliorum alboꝝ. ℥. j. masticis: cyperi: squinãti: lābrusce: coralloꝝ alborū. añ. ℈. j. gallie muscate. ʒ. j. cere. q. s. fiat vnguentū molle. ¶ 6ᵐ ꝑncipale est: q̄ spina eius omni die ter extra horā ꝑncipij exacerbationis iungat cuz isto linimēto. ℞. olei amigdalarum dul. ℥. j. olei de nenufa. de florib⁹ cucurbite. añ. ʒ. vj. amili. ʒ. j. se. lactu. portu. ana. ʒ. j. cere. q. s. fiat vnguentum molle. ¶ 7ᵐ principale est. si uentris stipticitas apparet: ut clisterizet cuz hoc clisteri: lz mihi magis placeat lenitio cum ꝑdictis. ℞. viol. florū boraginis capil. ue. foliculorum sene. ana. M. j. malnarum: blete. añ. M. ʒ. olei violaruz de sisamo. añ. ℥. j. ʒ. pulueris çuccari. ʒ. j. vitellū oui numero. j. sal cois. ʒ. ij. fiat clistere. ¶ 8ᵐ ꝑncipale est: ut si apparerēt signa necessitatis eradicādi mãm detur ei hec medicina. ℞. aque decoctiōis prunorū z sebestē. ℥. iij. māne electe. ℥. j. ifundant in sero: z in mane colent z colatura exhibeat. ¶ 9ᵐ ꝑncipale est: ut exhibeatur ei post cibū hec cōfectio pp iuuamēta nota. ℞. tragee cuz gēmis. ʒ. iiij. troci. de viol. specieꝝ triasandaloꝝ absqz caphora. añ. ℈. ij. icorporent spēs iste cū ꝑdicta coctiōe: ut in fine coctionis çuccari illi⁹. ¶ 10ᵐ ꝑ́pale est: ut pp defēsionē corpis a latiōe fumoꝝ male q̄litatis ad ipsum: fiat ei sacculus iste quem maiori pte tēporis ɔsutū portet infra vestezsup sinistra mamilla. ℞. specieꝝ elarij de gemmis. ʒ. ij. spēꝝ letificātis Almanś. ʒ. iij. trocis. de violis de spodio cum se. acetose. ana. ʒ. j. ʒ. fiat sacculus quadratus ſm consuetudinem. ¶ 11ᵐ est: q̄ sepe in die exhibeatur ei hec mixtio. ℞. aque ordei sil' cocte cum floribus boraginis recentibus cyathum. ʒ. sy. de ribes uel de berberis. ℥. ʒ. misceat z exhibeat ei ut dictū est: Et si viderent istare signa maioris feruoris ꝑñt, ei exhiberi cū aq̄ ordei. ℥. iij. uel 4ᵒʳ sy. acetositatis citri uel de lymonib⁹ z siliuz. ¶ 12 z optimū est: ut in mane aliq̄n det ei hic pot⁹ solū gr̄a digōnis. sed lenitiōis z ɔrietatis ad mām ex q̄litatib⁹ ꝑmis secdis z tertijs. ℞. succi granatoꝝ dul. ℥. ij. aque capill. ue. ʒ. j. ʒ. misce. Hec igitur sunt que mihi securiora z saluiora magis in hac dispositione videntur.

Cōsiliū. 283.

De ethica cū uehemētia sitis z caliditate partiū renū z totius spine z sudore dyaforetico: z de fistula in coxa z sciatica.



Licet Ulcus siue Fistula ꝓfūda satis in coxa hui⁹ viri sit. Ad illius tñ curationē nō est mea intētio ꝑncipalis: eo q2 nō mouēt me accidētia doloris neqz multitudis virulētie aut corruptionis uel fetoris illi⁹: q̄re illi fistule solū itēderē cū iunctiōe ipsi⁹ facta cū oleo de pice uel de terbētina: aut cum oleo de mastice. ¶ Neqz ēt ꝑñr videt mihi opportunū itēdē ad sciaticā nisi doloris uehemētia ipelleret ad illud: z hoc stāte ꝑcipue itēderē ad illā cū spōgia sibi applicata: z cū iunctione olei sibi ordinati. ¶ Igit ꝑncipalis intētio mea est ad febrē que idubitāter etbica est z secūde spēi: z utinā sit non cōfirmata: q̄m si talis eēt: despar⁹ oino eēm de curatione illi⁹ Juxta sermonē Auic. ꝑᵒ q̄rti. tractatu 3ᵒ dicētis. Et finis adu bul. i. secūde spēi ethice nō recipit. curationē nisi de⁹ uoluerit. Lz ēt ad spēm curationis hui⁹ dispōnis pauca me motiua inclinēt: imo vnicū fere videt spēi curationis ipsi⁹ argumētum qd̄ est tenor v̄tutis adhuc ɔsistētis mediocriter. Tēpus aūt anni cōsistētia nālis ei⁹ cōplexio z cōpositio ad refactionē inclinata: lōgitudo egritudis: multitudo accñtiū z egritudinū: z coꝝ fortitudo me distrahūt a uera cōfidētia sperādi de salute. plura alia motiua paria istis adduci pñt. Neqz eni asperitas in supficie cutis pulnerulēta iā apparēs cōcauitas oculoꝝ arefactio nō solū carniformib⁹ uerū ēt solidis ptib⁹ iā coicata ut sensus ostēdit z visus z tact⁹ vident eē signa ꝑme speciei huius dispōnis imo secūde: z magis finis eius q̄ ꝑncipij uel augmēti: ut hinc inde plures ex auctorum sententijs emolliri pōt. quare ex his oibus z similibus facilius cōuinci pōt argumentū casus q̄ recuperāde salutis.

Si tamē Rōnib⁹ z auctribus illustriū auctorū aliqd de sperāda fundamētū elici pōt vi in his intētionib⁹ eē cōprehēsum. ¶ Et p⁹ q̄de est uelox z ampla humidi nutrimētalis exhibitio uelocis z exuberātis restaurationis effectiua cū mēsura tñ ita discrete applicata ut virtutis fortitudo quāta est ipsam tolerare possit. ¶ 2ᵃ uo itētio ꝑncipalis est extinctio ideficiētis flāme que ipm resoluit z ɔsumit z remotio positiue siccitatis que iā fixa. z habituata est: z illō q̄de fieri oportet cū ifrigidātib⁹ z humectātib⁹ corpus ei⁹ nō solū substātifice: sed ēt q̄litatiue. ¶ 3ᵃ uo intētio in hoc necīa est accidētiū correctio: quoꝝ paulopost memoria fiet.

Primā Autē itētionē cōplet administratio ciborū et potuū in pauca q̄titate amplissime nutriētiū ut aqua carnis quā nūc intelligo brodiū carniū pulloꝝ iuuenū: aut lactētis, vituli: aut agni: aut castratoꝝ iuuenū. Similiter z aq̄ dissolutionis carniū iuuēculoꝝ fasianoꝝ pdicū z iuuēcule originis: que tamē oia intelligo alterari debere cū decoctione folioꝝ atriplicis: cucurbite lactuce portulace z siliū ¶ Propter hec aūt iter reliqua melius istoꝝ cōpletiū hanc intētionē est admistratio lactis capni aut asinini: z vniulr loquēdo optimū eēt si posset ab ubere suge lac humanū. In his eni duab⁹ spēb⁹ lactis est ultimatū curationis fundamētū si fuerit in eis possibile curationis igeniū. ¶ Modus aūt exhibitionis lactis securior est: ut in plures spargat exhibitiones magis q̄ amplā q̄titatē ei⁹ exhibēdo sel. prius eni spargere cū debilitate v̄tutis est melius. ut p⁹ quarti. cap de cibatiōe:

febricitātiū colligēdū. Mēsura itaqꝫ ipsius regularis ꝛ rōna
lis poterit eē ista, ut mane in aurora exhibeat̄ ei lactis ex aīa
li nouiter accepti nōdū aliq̄ aerea qualitate vitiati mensura
cyathi. ʒ. uł. ℥. iij. ¶ Silr̄ ꝛ de ipo q̄tuor alijs vicib⁹ in die nāli
exhibeat̄ q̄titas maior p̄dicta. ita q̄ in die nāli qnquevicib⁹
accipe pōt de eo: ita q̄ mēsura 2ª vice exhibita parumper exce
dat exhibitionē p̄mā: ꝛ sic de alijs. intātū q̄ singula vice ex eo
exhiberi pōt usqꝫ ad q̄titatem triū uel q̄tuor. ℥. ꝛ est mēsura
tertie uel q̄rte ptis libre. ¶ Deinde post exhibitionē ei⁹ p qua
tuor horas cibet̄ cibo parū solidiori ptisana ordeacea facta
in iure carniū ante scripto uel iusculo de amilo uel subtili ci-
bo christianoꝝ panatella noiato: q̄ōcūqꝫ tñ p̄dictoꝝ exhibeat̄
alterādū est cū p̄dictis ꝛ pp̄e cū olere iamēo: in quo multū cō
fidit Serap̄ 6º breuiarij. cap̄ de cura ethice. ¶ Cib⁹ ēt fact⁹ ex
deco. granorū almes dissolutoꝝ in brodialibus p̄ractis ual-
de ꝯueniēs est: sunt aūt almes noiata pisa in marchia taruisa
na. Et scio ego q̄ si coquant̄ ultiate in aliquo lacte de p̄dictis:
vident̄ eē potēter restauratiua. ¶ Frequēs ēt admistratio ce-
rebelloꝝ ꝛ testiculpꝝ pullorū vituloꝝ ꝛ mamillares partes la
ctētis vitule magnā habēt potētiā restaurādi amplissime nu
trimētū. Caseus ēt recēs p̄mi aut scdi diei sue etatis nullo sa-
le alteratus est ei ꝯueniēs. Et lac ēt cū cibis coctuꝫ: ꝛ recocta
cū aqua lactis ꝯueniēs est ei: ꝛ pp̄rie magna iminente stiptici
tate uētris. ¶ Potus aūt ꝯueniēs est ei aq̄ ordei aut aq̄ cū pe-
nidijs ꝛ ordeo cocta: ꝛ pp sublevationē v̄tutis ampliorē exhi
beat̄ ei vinū albū in colore: subtile in substantia: ꝛ ab oī fecali
pte optie expurgatū: sapore dulce nullo mō acre uel pōticū ꝛ
frangat̄ ei⁹ fumositas cū aq̄ cisterne p̄cocta aut sine coctione
si bñ subtilis fuerit. Nō laudo tñ ut ei exhibeat̄ in potu vinū
extra cibū sed aqua ordei cū penidijs tūc est utilior ei. hec de
intentione prima ꝛ scdacomprehensa sufficiant.

Pro 3ª aūt intentione: lꝫ accñtia multa marasmodeas dis
pōnes cōcomitari solētia inueniant̄ a sapientibus
scripta: solum tñ ad illa intēdā que videntur huic viro mole-
stiā inferre: ꝛ sunt tria. ¶ Primū est uehemens sitis ꝛ exicca-
tio ptiū oris ꝛ gutturis. ¶ 2m est uehemēs caliditas ptium re
nū: imo ꝛ toti⁹ spine que p̄uenit ex forti ebullitiōe in sangui-
ne uene chilis per totā spinā protense. ¶ 3m est sudoris uehe
mentia que fortassis vꝫ ingredi capitulū dyaforetici sudoris.
¶ Primo igit̄ accñti subueniēdū est cū frequēti exhibitione
iulep sibi ordinati accepti simplr̄ cū eq̄li aq̄ cisterne sūpradi-
cte. ¶ Et si illud nō videret̄ sufficienter satisfacere exhibeat̄
ei istud loch: de quo fere semp teneat in ore suo ꝛ trāsglutiat.
℞. mucillagis granoꝝ psilij parū aq̄ tepida macerati mucil-
lagis se. citonioꝝ. añ. ℥. iij. vini ḡnatoꝝ. ℥. ij. çucca. cādi. ℥. j. ß.
amili. q. s. ad glutinositatē: ꝛ fiat loch ultiate ꝯtritiōis in mor
tario facte. Et si uelis māꝫ hui⁹ loch reducē ad iulep. fiat illō
sup addēdo aque portulace ꝛ aque angurie. añ. ℥. viij. ꝛ leui co
ctiōe coq̄nt̄ ꝛ clarificent̄ ꝛ sepe ex eo in potu accipiat cyathū
ʒ. ¶ Frequēs ēt retētio folioꝝ recentium lactuce aut portula
ce in ore potēter flāmā a p̄dictis partib⁹ aufert. ¶ 2º v̄o acci-
dēti prouidendū est cū iunctiōe sibi iaꝫ ordinata saltē septies
in die nāli facta. ¶ Frequēs ēt irroratio spine sue facta cū la-
cte cuiuscūqꝫ spēi frequētādo remediū est efficax. ¶ Scio ēt
ego q̄ si spine ei⁹ applicent̄ recētia folia nenufaris: ꝛ sepe re-
nouent̄: oēm malā cōplōnē calam ab illis eijciunt. ¶ 3m v̄o
p̄missuꝫ accñs q̄ō erat sudoris instantia p instrā alioꝝ duorū
accñtiuꝫ remotiua ēt curari pōt. ¶ Si aūt ei⁹ uehemētia pse-
uerarer: ita ut extinctio ex ipso dubitaret̄: sepe irroranda est
facies ei⁹ ex aq̄ rosaꝫ talr̄ descripta. ℞. aque rof. lib. j. cāpho-
re elec. ℥. ij. se. portulace sandaloꝝ ru. añ. ℥. j. amili. ℥. ij. terātur
oia simul in mortario forti ꝯtritiōe ex hoc aspergat facies spi
na ꝛ totū corpus. dimitto hic euentatiōes ꝛ flabellatiōes cor-
pori applicatas tanq̄ omnibus notas ꝛc̄.

P Reter illa que uobis alias scripta sunt debere
obseruari in cura febris ethice nobilio
genitoris ur̄i plura alia mihi occurrūt que hñt iuua-
mētū efficax q̄ñ ul̄ est possibile ex sentētijs sapiētū hincinde col-
lectis. ¶ Et p̄mū est aq̄ ordei cū v̄tute cācrorū que cū hoc q̄ō
est febris alterādo corruptiua ēt est ꝛ sufficiēter restauratiua.
Et lꝫ modus cōpōnis ei⁹ mltiplex inueniat̄ ab auctorib⁹. meli
or tñ cōpō ei⁹ est lꝫ hūc modū. Accipiat̄ cācroꝝ fluuialiū lib. ʒ.
ꝛ ifundant̄ in lib. iiij. aque cū vno pugillo cineris bñ cribel-
lati. Deinde cū steterint infusi per q̄tuor horas. fricent̄ cū eis
fricatione notabili. Postea q̄ter uel qnqes abluant̄ cuꝫ aqua
munda: deinde coquant̄ ꝛ cuꝫ cocti fuerint accipiant̄ caude
ille ꝛ minutiꝫ incise coquant̄ in lib. vj. aque ordei usqꝫ ad bo
nam dissolōnē carniū eoꝝ: deinde colet̄ aq̄ illa ꝛ exhibeat̄ in
potu horis ꝛ tp̄e: lꝫ nō deficiat ante cibū. Et si uelis hāc aquā
efficere magis alteratiuā ꝛ minus nutritiuā: coquant̄ p̄dicti
cancri integri absqꝫ incisione ꝛ leuiori decoctiōe. ¶ Ad hāc
ēt intentionē a pluribus sapiētū laudata est caro testudis flu
uialis p̄parata mō p̄dicto: uel in aqua cocta ꝛ comesta. ¶ Di
xerūt ēt nōnulli q̄ caro codiaꝝ elixataꝝ ꝯueniens est ethicis.
Sed ego nō inuenio hoc lta autēticū: ꝯueniūt eniꝫ magis dis
pōnibus epis a pp̄ria spē: ut pꝫ 9º tertij. cap̄ de rebus ꝯferen-
tibus epati. Cōsideratione aūt rōnali vident̄ ad hec cōueni-
re inq̄tū infrigidāt ꝛ humectāt cū restauratiōe aliq̄li. ¶ Etiā
pisces pui fluuiales ut marsiones: lucij: torrētine ꝯuenientes
essent quolibet mō p̄parationis eoꝝ preterq̄ cū aromatibus.
Non curo hic dicere q̄ a quibusdā laudat̄ de carne ranaruꝫ
hoc quidē nō est ita autēticū. ¶ Pro hac ēt dispōne ꝯuenire
pñt uarij modi p̄parationū ꝛ pp̄rie de iure carniuꝫ hedi uel
castrati iuuenū uel vituli lactētis facto ex carnib⁹ costaꝝ p̄di
ctoꝝ aialiū fm modum positū a Serapione 6º breuia. cap̄ de
cura hui⁹ dispōnis. ¶ Ego aūt in silī casu uti soleo restaurati
ua ꝯfectione fm hunc modū facta. ℞. pulpe carniū gallina-
rū uel caponū iuuenculoꝝ elixatoꝝ in aq̄ ordei lib. j. amili. ℥.
iij. olei recentis amigdalarū dul. lib. j. albuminū ouorū recen-
tiū numero. x. coquant̄ ergo simul remisso igne oleū cū ami-
lo ꝛ albuminibus ouoꝝ coctione adeo leui: ut non multū idu
rent̄ albumina. Deinde addant̄ çuccari al. ℥. viij. ꝛ ita leuiter
coquant̄ ut acq̄rāt glutinositatē: in fine v̄o apponant̄ pulpe
carniū p̄dictaꝝ minutissime ꝯtrite: deinde totū fiat ꝯfectio in
frustis lōgis uel alr̄ tuo mō facta. De hac ergo ꝯfectione ac-
cipiat eger ante ꝛ post cibū: ꝛ q̄cūqꝫ hora placet paꝝ ꝛ sepe ex
bibēdo ex ea magis q̄ raro ꝛ multum ꝛ inueni ip̄am effica-
cē notabiliter. ¶ Cōfert ēt huic itētioni ꝯfectio caloe a q̄bus-
dā noiata sauonea que coi appellatiōe hodie nūcupat̄ mar-
çapā ꝛ cōficitur ex oleo amigdalaꝝ dul. ꝛ çuc. albo cū amilo.
Et confert pp̄rie qñ febris nō est ualde intensa: tūc eni ꝯficiūt
ip̄am cū oleo nenufa. uel viol. uel de flo. cucur. ¶ Bonum est
etiam ad hanc intentionē cōditū de cucur. fm artem factum.
¶ Et preter ista semper sit sollicitudo in frequenti vnctione
spine cum vnguento alias scripto cū irroratione ipsius ꝛ ex-
tremarum ptiū ꝛ faciei cum aqua alias scripta: talis eni asp-
sio ꝛ irroratio viuificat virtutē ꝛ in febrib⁹ resolutā: ut pꝫ ab
Auic. 2ª primi. p̄ cap̄. In harena sepeliui. Hec sunt que preter
alias scripta illis adiuncta sufficiētia sunt in cura dispōnis
huius viri. Ad laudem dei. Amen.

Consiliuꝫ. 284. De ethica putredie complicata cum empimate ꝛ ptisi.



Egritudo hui⁹ viri q̄ꝫtū ad cogni
tionē ei⁹ nullā fere vide
tur ostendere dubitationē. Est eni cōplica
ta ex febre ꝛ mala cōplōne ꝛ solōne conti-
nuitatis in membris pectoris. ¶ Primuꝫ
quidem apparet ex caliditate fixa in corde
ꝛ toto corpore ꝛ ex caliditate fiente. calidi-
tas eni fixa educit̄ corpis ꝯsūptiōe que nō
fuisset rōnabilr̄ ꝯsecuta ad calitatē fiētē: saltē in tā breui tp̄e.
fiēs aūt calitas ei⁹ cognoscit̄ ex reuolutiōe poxismali ꝛ accñti
bus cōcomitātib⁹ p̄ncipiū poxismoꝝ nāliū febriū interpola-
tarū. Et ueniūt eniꝫ huic viro frigus rigor ꝛ horripilo diuer-
sis tpibus ꝛ horis diei nālis: ut qñqꝫ in die: qñqꝫ v̄o in noc-
talibus poxismis affligat̄: inordinate tñ procedētibus: quod

cõtingere põt pp diuersitatẽ mãeꝝ in generib⁹ ⁊ speb⁹ earuz
apparet ꝓpter debilitatẽ ṽtutis: ⁊ sic de alijs. Et ex hoc fun-
damento cõcluditur ꝙ hec febris est complicata ex ethica ex
descursu primo. ⁊ ex putrida ex discursu scðo. ¶ Qð enim
mẽbris pectoris sit egritudo cõpõnalis deducit̃ qꝛ vie pecto
ris ⁊ cãnales pl̃monis pleni sũt mã catarrali: uel ibidẽ ꝯgẽita
mucillaginosa ⁊ acuta: uel aliunde reumatice trãsmissa: ⁊ sic
ibi erit egritudo in viã. Et ꝙ pectus ei⁹ hẽat solonẽ ꝯtinuita
tis manifestũ est: qm̃ ibi est saniei collectio que emittit̃ cũ spu-
to sanguis: qð diu satis ꝑdurauit: sꝫ nõ bñ imaginari põt lo-
cus gñatiõis ⁊ illius saniei ⁊ sanguis exitus sine solone conti
nuitatis aliq̃rũ ꝑtiũ pectoris: q̃re ibi assignare opꝫ solonẽ ꝯti
nuitatis. ¶ Si eñi sputũ illud sanguineũ ⁊ saniosuz effũdere
tur a cerebro ad pect⁹: nõ esset possibile ipꝫ eẽ ita ꝯtinuũ sicut
fuit ⁊c̃. ¶ Neqꝫ ẽt si sãguis ille a uenis exiret ab extremis ori
ficijs eaꝝ ⁊ a poris parietũ ipaꝝ oino nõ posset eẽ tãtus: ne-
qꝫ ita ꝯtinu⁹. Et ex hoc fũdamẽto deducit̃: ꝙ sanguis iste exit
a ꝑtib⁹ pulmonis: ⁊ iste vir iã de facto icidit in ptisim uel pa
rat⁹ est cadere in eã. ¶ Si ergo ille sanguis sputo sanioso cõ-
mixt⁹ sit subtilis clara rubedie rubicũdus sit spumosus pau
cus ⁊ saniei aliqual'r cõmixt⁹: ⁊ ei bñ adherẽs oino arguit ul-
cerationẽ in carnositate pulmonis elõgatã a uenis magnis ⁊
ecõuerso. ¶ Si aũt sãguis ille q cũ sputo sil'r emittit̃ niger eẽt
grossus coagulat⁹: parũ sputo cõmixt⁹ ⁊ nõ educit̃ nisi ꝑ ma
gnũ conatũ ṽtutis m'lta tussi laborãtis: ⁊ tactu ꝑcipit̃ dolor
in thorace uel in alia ꝑte pectoris ꝓfundi⁹ apparẽs ⁊ cũ diffi
cultate aliquãta anhelit⁹: tũc iste sanguis cũ isto sputo a cõca-
uo pectoris educeret̃: ⁊ eẽt empima denoianda egritudo ta-
lis. ¶ Quare ex oib⁹ colligẽdo egritudo hui⁹ viri est cõplica-
ta ex ethica cũ putrida ⁊ empimate cũ ptisi: aut saltẽ cũ appa
ratu ad eã. ¶ Ex qb⁹ ultiate ꝯcludit̃: ꝙ cura hui⁹ egritudinis
aut erit oino ipossibilis: aut ualde difficilis: aut nõ nisi in lõ-
go tpe ad sanitatẽ terminabilis que regi debet: ut nũc seq̃t̃.



Bstineat itaqꝫ vir iste in suo regimine a
mãsione in camera uel aere fri
dis ⁊ hũidis ⁊ notabil'r uẽtosis. ¶ In cibarijs ṽo
effugiat salsamẽta oia sũmope: ⁊ genus oẽ acuto
rũ uelut sinapis raphanus cepe alleũ ⁊ silia. uen
tosa ẽt cibaria euitare debet ut lac crudum legumina cibaria
oia actu frida. Effugiat ẽt cibaria difficilis digõnis ut panez
grossum açimuz ⁊ male coctum: lagana ⁊ silia. dimittat etiã
acetosa cibaria ⁊ acria: ⁊ ꝓꝑe salsa ut agresta lymões. ¶ Pro
potu ṽo suo eligat vinũ subrubeũ uel ceresoleũ ad dulce paꝝ
per inclinatum nullo mõ acre uel ponticũ: aut sit album cla
rũ predicti saporis. Et si molestat̃ a potu vini sũmopere sibi
caueat a potu aque frigide ⁊ crude: sed utatur aqua ordei cũ
çuccaro cocta: ⁊ esset sibi potus bonus. ¶ De carnib⁹ ṽo uta-
tur capriolinis siccis si habere põt ⁊ porcinis iuuẽculis: ⁊ ca
ro castrati annualis ⁊ vituli lactẽtis est sibi ꝯueniens: ⁊ caro
alaude ⁊ pauonis ⁊ auium minutaꝝ ⁊ perdicis ⁊ fasiani ⁊ le
poris. ¶ De piscib⁹ ꝯueniũt ei cãcri fluuiales: ⁊ proprie cocti
cũ aqua ordei uel cum lacte uel cum utroqꝫ simul. ¶ De fer
culis ṽo conueniũt ei magis caules bñ cocti ⁊ ptisana de or-
deo: ⁊ ꝓprie cũ amido bñ cocta ⁊ tri. ⁊ cibi oẽs de pasta sicca
⁊ fermẽtata ⁊ pedes vituloꝝ in aceto cocti ⁊ aialiũ oiuz pl̃mo
nes: ⁊ ꝓprie vulpis ⁊ porci ⁊ ꝯsil'um: ⁊ oua elixa ⁊ in cibis co-
cta absqꝫ frixione. Et butyrum mediocri usu cõueniẽs est ei
⁊ recocta nuper a lacte accepta: caseole recentes absqꝫ sale: et
lac coctũ cũ cõdro uel amilo de farina ordei ꝯuenientia sunt
ei. ¶ De fructibus bone sunt ei fic⁹ sicce ante cibum accepte
due uel tres si non hẽt fluxũ uentris: ⁊ grana granatorũ dul.
cocta sub cineribus uel cruda: ⁊ aliqñ comedere põt. iiij. uel
v. auellanas torrefactas ⁊ excorti. proprie post cibũ. ¶ Cro-
cus ẽt in pauco usu in cibis eius est ꝯueniens: ⁊ sil'r cinamo-
mũ pauci usus, ⁊ hec de cibarijs sufficiant.

Pro regimine ṽo medicinali huius viri. 12. oc-
currũt instr̃a mihi pro sua cura
necĩa. ¶ Primũ itaqꝫ instr̃m est cũ 2° ⁊ 3° administrandũ ca
piti ei⁹: a quo ꝑncipiũ hui⁹ egritudis vꝫ eẽ deducendũ. Ince
pit eñi magn⁹ a suo capite defluxus ad iferiores ꝑtes ⁊ a' mul
ta mã ꝓueniẽs: fuit eñi tãtus ꝙ occupauit loca gule ⁊ ꝑtiũ pe
ctoris ⁊ spatule. Neqꝫ loca ista tãte mãei fuerũt capacia quin
multa ꝑs eius flueret ad pect⁹ qð appuit ex difficultate anhe
lit⁹ dolore illi⁹ ꝑtis ⁊ tussi magna: neqꝫ ẽt ꝑtes ꝑdicte mãꝫ totã
receperũt gn m'lta ꝑs ei⁹ ad uenas ꝓpulsa fuerit ibi putriens:
qð appuit. ex tãto eñi defluxu ⁊ ita ipetuoso neceẽ est ꝯcludere
in cerebro fuisse magnã debilitatẽ: ⁊ nũc ẽt remãsisse: a q̃ mãe
multe in cerebro genite postea pectori coicant̃ facientes ma-
gnũ additamẽtũ ꝑncipali egritudini. pp qð ipsi cerebro intẽ-
dẽdũ est cũ instr̃is trib⁹ que nũc sequunt̃. ¶ Primũ itaqꝫ eo
rũ est ut raso capite in tota caluitie applicet̃ ibi hoc cerotum
qð semꝑ ibidẽ affixũ maneat ẜm hanc descriptionẽ factum.
℞. laudani purissimi. ʒ. j. ß. resine clare ⁊ electe. ʒ. ij. storacis ca
lamite. ʒ. ij. masticis rob. coralloruz al. añ. ʒ. ß. sandarace. ʒ. j. ß.
macis. ℈. ij. gariofil'. ℈. j. dissoluatur gũmi in aceto mediocris
acredis ⁊ cũ speb⁹ ꝑdictis ⁊ mediocri q̃titate cere fiant cero-
ta duo spica magnitudinis nebule çuccarate. ¶ 2m remediũ
est: ut vir iste saltẽ i die semel ieiuno stõcho masticet vnũ gra
nũ masticis ꝑuũ expuẽdo semꝑ qð ab eo educit̃. Et si masti
care nõ posset ipm ꝓpter debilitatẽ mãdibularũ saltez omni
tertio sero, illud granũ deglutiat per vnã horaz post cenam.
¶ 3m ṽo remediũ capiti ad hanc intẽtionẽ administrãdũ est:
ut ipe oi q̃nto sero cũ uadit ad lectũ deglutiat. ʒ. j. ß. huius el'u
arij. ℞. dyapapaue. descriptione Nicolai. ʒ. j. thuris sandara
ce añ. ℥. ij. icorporent̃ sil'. ⁊ fiat ut dictum est de eo. ¶ 4m ꝑnci
pale instr̃m administrãdũ est grã mũdificationis pectoris a
mã saniosa ẜm hũc moduz. ℞. loch de pino de papa. añ. ℥. j.
pulmonis vulpis preparati ẜm artẽ. ʒ. ij. ireos sicci. ℈. j. cẽtau-
ree mi. ℈. ß. fiat el'uariũ cũ sufficiẽti q̃titate sape. de hoc ergo
el'uario oi mane in aurora deglutiat. ʒ. ij. uel. iij. ⁊ totidem in
sero post cenam per duas horas: aut saltẽ bibat ipm cũ aqua
ordei aut modico vini dulcis tepidi. Et attẽdat ꝙ maiori ꝑte
tpis aliquid de hoc electuario teneat in ore suo: ⁊ ꝑmittat ipꝫ
dissolui ⁊ paulatine descendere. ¶ 5m instr̃m ad eandẽ intẽtio
nẽ est mixtio ista. ℞. passulaꝝ nigrarũ. ℥. ij. liquiritie munde.
ʒ. j. ß. folioꝝ hysopi ⁊ prassij. añ. ℈. j. seminis rosarum exiccati
super sua planta. ʒ. ij. pulmonis vulpis preparati. ʒ. j. ß. draga
gan. gũmi arabi. dissolutorũ in sapa. añ. ʒ. j. croci. ℈. ß. piperis
al. ℥. v. çucca. al. triplũ põderis oiuz. fiat tragea. de qua semꝑ
in fine prãdij ⁊ cene vir iste accipiat coclear vnum. ¶ 6m re-
medium est: ut postq̃ vir iste usus fuerit tribus imediate pre
cedentibus remedijs per. x. dies: tunc iterum per totidez dies
utatur istis duobus sequentib⁹. ℞. aque sublimationis cau
liũ. ℥. ij. aque ireos aque prassij. añ. ℥. ß. plueris enule sicce ⁊ fo
liorum piloselle montane. añ. ℈. j. detur in aurora tepidum ⁊
tardet cibum quatuor horis. ¶ 7m remedium quod debet eẽ
socium predicto est hoc. ℞. pulueris corrigiole piloselle rosa
rum. añ. ℈. j. corallorũ ru. lapidis ematitis karabe. añ. ℈. j. dra
gagan. ℈. ß. mellis viol'. penidiarum añ. ℥. j. ß. coquantur mel
⁊ penidie usqꝫ ad inspissationem ⁊ additis speciebus fiat ele-
ctuariũ: de quo per horam ante cenam accipiat. ß. coclear: ⁊ tã
tundem in media nocte deglutiendo ipsum. ¶ 8m remediuz
sequitur ⁊ est postq̃ reuoluta fuerit curatio per. xj. dies prece
dẽtes si egritudo salubris erit. satis est rõnale magnã partem
mãei mundificatam: ⁊ ꝓprie eductam fuisse: pp quod supue-
niet tunc necessitas administrandi remedia ꝑfecte mũdifica
tiõis cõpletiua ⁊ ꝑtiũ solutiuarũ incarnatiua ⁊ cõsolidatiua.
Itaqꝫ tñ ꝙ per eoꝝ admistrationẽ ⁊ virtutẽ stipticitatis ⁊ exic
cationis nõ noceat̃ anhelitus. De quorũ numero est el'uariũ
hoc: qð est mirabilis ṽtutis in hac mã. ℞. radicũ recẽtiũ ireos
℥. j. radicis recẽtis enule. ℥. ß. ꝯsolide mino. ⁊ ma. acatie draga
ganti ⁊ gummi arabici parum torrefactorum. añ. ℈. j. thuris
masticis sarcocolle nutrite in lacte ẜm artem. añ. ʒ. ß. ematitis
karabe sang. dra. ana. ℈. ij. pulmonis vulpis preparati: cen-
tauree mi. ⁊ ma. granorum myrti corrigiole piloselle foliorũ
viticelle. añ. ℈. ij. ß. gũme omnes infundantur in mucillaginẽ

sebestē factā cū aq̄ mellis bñ cala: ꝛ incorpent medicine per quatuor digitos ꝛ lento igne auferēdo spumā cum euersa caciola. Cum ergo mā tota fuerit reducta ad glutinositatem ꝯuenietē: tūc ℞. sape dulcissime. ℥. ij. passularū nigrarū mūdatarū. ℥. j. ß. dactyloꝝ pinguium numero. x. terant̄ sil' cū sapa ultimata contritione: dein de cū eis incorpent̄ gūmi etiā dicte ꝛ contuse usqꝫ ad minutissimā ꝯtritionē. Post hec autem supaddant̄ alie spēs optime ꝯterēdo: ꝛ in fine addantur croci. ʒ. ß. subtilissimi pulueris capil. ue. ʒ. j. ß. ꝛ fiat eluarium de quo patiens in aurora accipiat coclear vnū deglutiendo ꝛ p vnā horā añ cenā ꝛ prādiū de eo accipiat coclear. ß. singulariter: ꝛ quasi in maiori pte tpis teneat de eo paꝝ in ore suo ꝛ dissolutū pmittat ad inferiora descendere. hoc enim eluariū aggregat ꝟtutes medicinarū ꝯueniēter abstergētiū pectorales ptes: ꝛ regnat carnē ꝛ incarnat ꝛ sigillat: neqꝫ tñ anhelitui nocet si bñ ꝯsideres. ¶ 9m aūt instrm pncipale ꝛ 2m qrtū ad hāc intentionē in pcedēti cap inclusam est hoc. ℞. folioꝝ pulmonarie corrigiole ꝯsolide utriusqꝫ. añ. ʒ. j. croci: ligritie: capil. ue. añ. ℈. j. amili: terre sigillate: tucie pparate: dragag. molliorís. añ. ℈. ij. formenť pille ex pulueribus hoꝝ cū succo ꝯsolide ma. de oi. ʒ. viij. Cum ergo patiens p 4or dies usus fuerit eluario pcedēti: tūc accipiat ex istis pillis oi mane in aurora sex ꝛ ex eis accipiat tres p horā añ prādiū ꝛ totidē añ cenā: ꝛ ita ꝯtinuet eas p q̄tuor dies: ꝛ ecōtra hūc modū ꝯtinuādo. p 20. dies. ¶ 10m vo instrm est cordi applicādū grā ꝯfortatiōis eius ꝛ corruptionis male cōplonis cale ꝛ sicce in ipso ꝯtītiū ℞. çuccari rob. recentis. ℥. ij. conserue buglosse. ℥. j. violaꝝ: spodij: rob. se. endiuie portulace lactuce. ana. ʒ. j. ß. seminum quatuor coiuꝫ fridoꝝ. añ. ʒ. v. penidiaꝝ. ℥. ij. amili. ℥. j. carniū extremitatum cācroꝝ. ℥. iiij. lauentur diligenter caneri cum aqua cineris duabus vicibus: deinde coquant̄ in aq̄ ordei usqꝫ quasi ad dissolutionem corticū a carnibus. deinde ultimate terātur ꝛ cū pdictis incorpent̄ ꝛ fiat eluarium. ꝛ hoc utat̄ post. 20. dies accipiēdo de eo in aurora coclear magnū ꝛ mediū coclear ex eo per horā ꝛ mediā añ prandiū ꝛ cenam ꝛ iterum ex eo accipiat coclear medium in fine prādij ꝛ cene ¶ Cū ergo iā pdicta administrauerit grā resumptionis ꝛ cōplete curatiōis uti poterit hoc instrō leuis applicatiōis accipiendo ex eo ʒ. iiij. usqꝫ ad. vj. ʒ. in aurora tepido uel. iij. uel iiij. ʒ. ex eo p horā ꝛ mediā añ cenā. ℞. lactis asinini ptem. j. aque sublimationis ꝯsolide mi. ʒ. ß. misce ꝛ ꝯtinueť p. xv. uel 20. dies. ¶ Ultimū vo instrm est sacculus iste quē semp p sup sinistra mamilla applicatū tenē oꝫ postq̄ administrauerit mūdificationē in. 20. pdictis dieb9 descripta. ℞. violaꝝ. floꝝ nēufaris: spodij: rosaꝝ. coralloꝝ rub. tal. ossis de corde cerui doronici. añ. ʒ. j. ß. hyacinti smaragdi ꝛ saphiri. añ. ℈. ß. margaritarum. ʒ. j. ß. folioꝝ auri nūero: iij. macis. ʒ. j. ß. croci. ℈. j. galāge granoꝝ paradisi. añ. ǧ. v. pulueriçent̄ oia per se. demuꝫ incorporent̄ ꝛ fiat sacculus quadrangularis in syndone retorta. Hec in sūma est via curationis electioꝝ q̄ bre potui ad laudē creatoris oipotētis dei. Amē. ¶ Cōfectio restauratiua ꝛ secreta. ℞. pulparū albarū caponis lib. j. incidant̄ subtilr ꝛ postea in mortario ꝯterant̄ ultima ꝯtritione qb9 ꝯtritis ꝛ ordinatis ad dant̄. ℥. v. istius pulueris qui nūc sequit̄. ℞. cardamomi ciamomi gariosi. folij: karabe. çç. draga. gūmi ara. galāge: nucis mus. añ. ʒ. j. misceant̄: ꝛ fiat puluis subtilis. ꝛ cum isto puluere addant̄ de istis rebus. ʒ. iiij. ℞. amidi liquiritie pinearum bene mūdatarū sebestē fisticoꝝ amigdalaꝝ dulciū enucleatarū passularū auellanaꝝ mūdataꝝ semis cucurbite semis melonis semis cucumeris: semis papaueris al. semis lactuce: se. portulace penidiaꝝ: misceant̄ cum carnibus contusis in mortario miscēdo cū pistello bm possibilitatē. postea accipiant̄ lib. iiij. çuccari albissimi ꝛ dissoluantur cum brodio pingui ꝛ fiat sy. decoctus ad moduꝫ sy. ꝛ in mortario fiat elec. uel confectio confecta cum rebus que sunt in mortario miscendo quousqꝫ fuerit frigidum.

Consilium. 285. de regimine preseruatiuo a pestilentia.



Ille qui intendit uti regimine pseruatiuo ab impressione pestifera utat̄ infrascriptis remedijs in qbus inuenit̄ utilitas excellens sicut videri potest ex medicinis quesitū mā cōpōnū infrascriptaꝝ. Et ꝯfirmari ēt pōt illud auctib9 illustriū medicorum. ¶ Primū qdē est usus triferepsice descriptione Mes. in antidotario distictiōe 3a de qua accipi pōt oi fine qnqꝫ dierū ʒ. ʒ. vj. usqꝫ ad. viij. cuꝫ. ʒ. iij. aque sublimatiōis acetose cū çuccaro calefacte. ¶ 2m remediū est usus pillarū ifrascriptarū. de qb9 oi die accipi pōt vna u' due parū añ cenā: aut eodē mō accipi pñt in aurora si alia nō fuerit assūpta medicia: ꝛ est eaꝝ descriptio talis. ℞. succi acetose succi buglosse ꝛ cicoree. añ. ℥. ij. boli armē. ℥. j. terant̄ sil' succi pdicti sepe in vna die nāli cū pdicto bolo ar. deīde fundant̄ in eis spēs iste. ℞. aloes epatici electi. ℥. iij. cāphore. ℈. ij. fragmētoꝝ saphiri hyacinti ꝛ smara. añ. ℈. ß. margaritaꝝ. ʒ. j. seminū citri. ʒ. ij. ligni aloes: se. basiliconis: karabe: corallorū ru. çedo. añ. ǧ. viij. rosarū: viol. se. acetose: florū boragis ꝛ buglosse. añ. ℈. ß. spēs ergo iste p se singulariter trite ifundant̄ in pdictis succis ꝛ diligēter agitent̄ ꝛ exponant̄ soli usqꝫ ad ꝯsumptionē pdictorū succorū ꝛ renouent̄ succi illi trib9 vicib9 exiccādo semp ad solē. De mā q̄ illa fiat pille ex oi. ʒ. vij. cū aq̄ vitis: ꝛ utēdū est eis ut iā pdictū est. ¶ 3m remediū est usus hui9 cōfectiōis de qua semp post cibū accipiēdū est usqꝫ ad q̄titatē. ʒ. ß. Cui9 descriptio est hec. ℞. spērū eluarij de ligno aloes descriptiōe Auic. 5o can. ʒ. j. ß. spērū dyamusci dul. ʒ. ß. spēruꝫ eluarij de hyacinto descriptiōe Auic. ubi supra. ʒ. ij. çuccari al. lib. j. fiat ꝯfectio cū aq̄ ro. ꝛ coopiat̄ folijs auri. ¶ 4m remediū est hui9 odoriferi usus: qō semp portet̄ in manu. ℞. laudani electi. ʒ j. pulueris corticis citri: ꝛ seminū ei9. añ. ʒ. j. croci: cāphore. añ. ʒ. ß. fiat oīum p se puluis ꝛ ligetur in syndone aut cū succo basiliconis fiat pomū qō semp odoret̄. ¶ 5m remediū est usus mixtiōis qua soleo uti oi die ex ea dādo circa ʒ. j. ℞. metridati electi. ʒ ij. tyriace Andromachi hñtis etatem lo. annorū saltē. ʒ. viij. se. citri boli ar. añ. ʒ. ß. incorporētur oia ultimata cōtritione cū aq̄ rob. muscata. Et utēdum est ut iaꝫ dictum est ad laudem summi creatoris. Amen.

Consilium. 286. De febre pestilentiali cum antrace ulcerato. vj. accidentib9 que solent sequi febrem pestilentialem.



Hn regimine hui9 viri tria pncipalr ꝯsiderari opꝫ. circa que regimē curatiuū stabiliendū est. ¶ Primū itaqꝫ ipsoꝝ est fe. pestilētialis a q̄ iste vir molestat9 est p dies circa 15. ¶ 2m vo est ulc9 corruptū ꝛ difficil' sanatiōis. qō remāsit post curā apatis pestilētial'. ¶ 3m vo pncipale ē circa accñtia que remāserūt uel ꝯsecuta sūt ad pdictas dispōnes. ¶ Pro declaratiōe vo pmi psupponēdū est febrē quā vir iste passus fuit pestilētialē fuisse. Qm ipsa est ꝯsecuta uel pcedēs apa uenenosuꝫ ꝛ corruptū qō antiq noiabant altoyn: ut 3a q̄rti. suo cap videdū. Moderni vo italici noiant ipm antracē: eo q2 corruptio sua tātā malitiā hētut corrūpat mēbrū in pfundū uelut antrū uel speluncā faciēs. Ueniūt aūt hec apata a mā cholica ꝛ sanguinea adustis tā acuitate pmarū q̄litatū q̄ scdaruꝫ ꝛ occultaruꝫ mēbroruꝫ corruptiua. pp qō nō est mirabile si fe. pcedēs hec apata uel subsequēs ea uenenosa ꝛ pestilētialis reputari dꝫ. si eni hec apata fiunt a mā sinthomatice mota uehemētia trāsmutationis māeꝝ faciēs pp fortē ipulsionē a febrili caliditate in māꝫ factā: ꝛ mā illi9 febris iā corrupta est necesse est ꝛ apa ex talli mā ꝯgenituꝫ uenenosuꝫ eē. ¶ Et iteꝝ si pue tpe qō raro ꝯtingit apa pcederet febrē: necē est ꝯcedē iteꝝ illā febrē eē uenenosaꝫ. uapor eni putridus a mā corrupta cordi eleuatus talr agit in ipm cor q̄liter in se hētsed ipse est uenenosus. igit̄ ꝛc. ¶ Et ex hoc fundamēto facile ꝯcedi pōt q̄ nō est icōueniēs aliquā febrē pestilētialē eē cronicā: lꝫ in pluribꝰ

ipsa sit acutissimo pacuta. qd eni repugnat qn mã melica uel statica spe uenenositatis informari possit: z tñ ipsa eet debilis accuitatis tã ex pte qlitatũ manifestarũ q occultarũ. pp qd oino pcedẽdũ est hanc febrẽ huius viri z fuisse z adhuc esse pestiferã in cuius cura pcedẽdũ est: ut nunc sequitur.

Licet itaqz in cura hui9 viri diligẽter z subtilr multum pcessum fuerit: tñ pro cõplemẽto curationis huius febris sex videnẽ mihi necessaria obseruari. ¶ Primũ itaqz istorũ est q cõstante vtute in hora electa huic viro fiat flõmia de saluatella sinistre manus: aut ramo ei9 posito in eadẽ manu inter anularẽ z auricularẽ digitos p quã extrahanẽ sanguis ℥. iiij. uẽtre ei9 pus mollificato. ¶ 2m est q cordi ei9 applicetẽ hoc vnguentũ: qd otinue ibi fixũ remaneat. ℞. basiliconis recẽtis. ℥. iiij. florũ boragis z buglosse z mellisse. añ. ℥. j. doronici ossis de corde cerui añ. ʒ. j. hyacinti smaragdi saphiri. añ. ℈. j. çedo. marga. coral. ru. añ. ʒ. j. farine amili. ℥. j. ß. farine ord. ℥. ij. croci. ʒ. ß. viol. rob. florũ nenufaris. añ. ʒ. ij. coqnẽ herbe recẽtes in aq z diligẽti otritiõe incorpenẽ sil z tepidũ applicetẽ cordi. credo in hoc eẽ fundamẽtũ sue cure. ¶ 3m vo istrm pncipale est ut oi mane accipiat hoc digestiuũ. ℞. sy. de lymonibus z acetositatis citri z de bisantijs. ana. ℥. j. ß. aque aceto. buglosse mellisse. añ. ℥. j. misce z stante siti fridũ accipiat in aurora z sine ipsa tepidũ usqz ad. 15. dies interpolãdo qrtũ remediũ: qd nũc seqtur. ¶ 4m istrm est: ut cũ accepit digestiuũ immediate scriptũ. v. vicibus soluaẽ cũ hoc. ℞. trifere psice de scriptiõe Mesue in antidotario. ʒ. ß. succi rob. ʒ. vj. dissoluatẽ cum aq ordei calefacta z tardeẽ cibus. v. horis pax dormiendo post ipm. ¶ 5m istrm est: ut iste vir pluries in die cibatus z nõ cibat9 deglutiat aliqd de hoc eluario. ℞. cõserue rosarũ z boragis z buglosse. añ. ℥. j. margari. ʒ. j. hyacinti smaragdi saphiri. ana. ℈. ß. çuccari cãdi. ℥. j. ß. foliorũ auri nũero. vj. fiat eluariũ cũ sufficienti qtitate vini granatorũ. ¶ 6m vo istrz est istud q iste vir sepissime odoret infrascriptum odoriferum ℞. ligni al. storacis calamite rob. nõ expansarũ lãbrusce spo. boli ar. añ. ʒ. j. camphore. ʒ. ß. ambre. ℈. ß. musci electi gra. viij. aque acetose aque nenufa. añ. ℥. j. ß. aque maiorane. ℥. ij. terantur omnia per se z postea incorporenẽ cũ aquis. hec enim medicina ualde potens est in confortando principalia membra z tuendo ipsa a corruptione.

Pro secũda vo pncipali egritudine. s. pro cura ulceris pscripti tria sũt necia instra. ¶ Primũ est vnguẽtũ hoc. ℞. olei nardini de mastice. ana. ℥. j. ß. olei de croco. ʒ. vj. olei rosarũ. ℥. ij. armoniaci serapi. oppo. añ. ʒ. j. ß. terbẽtine electe. ℥. iij. myrre. ʒ. ij. sarcocolle masticis thuris. añ. ℈. iiij. boli ar. hñ odoriferi. ʒ. ij. ß. cere al. ℥. ij. dissoluanẽ gũme cũ aceto electo z incorpenẽ cũ cura. deinde colenẽ z colature addanẽ puluerès. z fiat vnguentũ qd ultio bulliat in. ℥. v. succi vincetosice usqz ad osũptionẽ illius. hoc eni vnguẽtũ claudit in se curas oẽs necias in cura ulcerũ malignorũ attrahẽdo expellẽdo uenenositatẽ corrũpẽdo z sic de alijs. ¶ 2m vo remediũ est puluis iste. ℞. scariole agrimõie. añ. ʒ. j. boli arme. cãphore. añ. ℈. j. cẽtauree mi. ℈. iiij. pulueriçenẽ oia p se. deinde commisceanẽ de hoc puluere tota supficies ulceris cooperiatur. ¶ 3m vo instrm est vnguẽtũ istud de quo tota circũferẽtia ulceris vndeqqz p spatiũ. v. digitorũ inungaẽ. ℞. succi vge pasto. succi osolide maio. z medie. añ. ℥. j. suc. plãtagis. ℥. ij. amili ℥. j. ß. farine ordei farie uolatil molẽdi añ. ℥. j. ß. cãphore. ʒ. j. ß. sil teranẽ otritiõe lõga in mortario plũbeo z fiat linimẽtũ.

Accidẽtia vo que cõsiles dispões cõcomitari solẽt sunt sicut pstratio appetit9 instãtia vigiliarum: sitis imoderata cũ amaritudie oris: uẽtris constipatio z corpis inquietudo qb9 puidẽdũ est per hunc modũ. ¶ Debilitati appetitus subueniaẽ applicãdo hoc vnguentum stõcho suo. ℞. cõserue citoniorũ. ℥. ij. masticis spice rob. coral. ru. añ. ʒ. j. aga. ʒ. j. ß. cõteranẽ sil ultia cõtritiõe z teneat sup stõcho. ¶ Pro hac ẽt intẽtiõe. ℞. cõserue citoniorũ çuccarine. ℥. ij. spodij masticis nenu. ros. añ. ℈. j. teraẽ dyacitoniẽ in mortario cũ sy. de acetositate citri. z fiat cõfectio in rotul. ʒ. ß. quarum vnũ semp accipiat post cibũ. ¶ Pro instãtia vigiliarũ ℞. violarum florũ nenufaris corticis mandragore añ. ʒ. j. ß. aneti croci. añ. ℈. j. fiat puluis z ligeẽ in syndone z semp odoret. ¶ Pro imoderata vo siti. ℞. aque mucillagis semis citoniorũ facte p infusionẽ corũ. ℥. ij. syrupi nenufari. ʒ. vj. misce z sepe fridum bibaẽ. ¶ Pro amaritudie vo oris masticenẽ se pe folia acetose recẽtia aut saltẽ semia ei9: aut saltẽ granũ vnũ gumi arabici de quo succus lãbẽdo trãsglutiaẽ. ¶ Pro cõstipatiõe vo uẽtris deẽ ei sepe aq infusionis granorũ sebestẽ cõfractorũ: z si uelis ipsam fortiorem efficere in leniendo infundanẽ in ipsam folia uolubilis minoris non contrita. ¶ Inquietudinẽ vo in osilib9 febrib9 euenientẽ sedare põt odoriferum suprascriptum: z si uolueris fortius illo tũc ℞. mucillagis granorũ psilij sy. nenufarini. añ. ʒ. ß. misceaẽ cũ. ℥. ij. aque ordei subtilis z ter uel quater in die exhibeaẽ in potu. In his in sũma consistit curatio huius dispositionis zc.

Consilium . 287. De febre simili pestilentiali.



Licet dubitabile sit febrẽ hui9 viri pestilẽtialẽ debẽ noiari: qñ ipsa subito accidit nullo accñtiũ typos cõcomitare solentiũ pcedẽte. neqz eni passus est manifeste accñtia almelileti cõcomitari solẽtia: uelut oscitatiões alices torpor corpis cõfractio ipsi9 aut cõsilia pnm exclusiuũ febriũ pcedẽtia. ¶ Siliẽt neqz accñtia febres cõcomitãtia uel eorũ typos manifeste appuerũt: uelut frigus cõfractio lassitudo rigor aut horripilo: que oia motui mãerũ ascribunẽ ledẽtiũ magis p qlitates manifestas q occultas. Nihilomin9 plurimas febriũ pestilẽtialiũ hec accñtia nõ raro pcedũt z cõcomitanẽ. ¶ Propter qd existis nõ est euidẽs argumẽtũ negare hãc febrẽ eẽ cõtagiosam z eo forti9: qñ ipsaz cõcomitatũ est apa in inguie. uelut nris tpib9 semp accidẽ solet: lz a ptib9 antiqs nõ heaẽ de tali mõ pestilẽtie expssa snia in sermõib9 ab eorũ traditis. que ambo motiua satis psuaderẽt febrẽ eẽ reponẽdã sub denoiatiõe pestifera. ¶ Neqz tñ pp hoc affirmo hãc febrem esse pestilẽtialẽ. Corpib9 eni imundis: uelut scabiosis febres frequẽter ualde subito supueniũt. ¶ Adhuc ẽt mota mã in ebullitione sua frequẽter in pncipijs feb. sinthomatice pellitẽ ad loca emũctoria: z ppie qñ mã ulr fuerit replẽs aut emunctorijs ppinq. ¶ Et adhuc forti9 qñ cõtigerit in cruribus z pedib9 iueniri apata ad que nõ iclinaẽ mãs itrisecas que remanentes in vijs faciunt ibi apata: ut p9 qrti. cas de feb. apatũ colligendũ. ¶ Et 4o iterũ: qz lz vir iste purgationẽ fecerit z inunctionẽ: malũ tñ regimẽ obseruauit: qñ posuit se ad stuffaz cui9 calor mãm in fluxu posuit z incitauit vtutem ad sinthomaticã trãslationẽ ei9 ad loca emũctoralia. ¶ Et iterũ 5o hoc psuaderi põt: qz cũ febris ista iã sit ppinq pn9 qrte diei nec io appuissent signa mortis uel salutis ineorũ: pp qd existis motiuis satis concludentib9 sperandum est hanc febrem nõ esse pestilentialem: qcqd tñ contingat regendus est eger regimine febrium acutarum: z ppie appentibus signis acuitatis uel furiositatis materierum: ut nunc sequitur.

Primum itaqz dicẽdũ q dato q trãsiuerit qrta uel fuerit in fine diei cõstãte vtute cũ alijs signis cõuenientis spei statim fiat ei flõmia de saphena dextre ptis ul ilrie p quã exhaẽ sanguis qtitas tenori vtutis ul plenitudini pportionata. ¶ 2o vo pncipalr rectificeẽ regimẽ ciborũ z potuũ cũ ifridatiõe. phibitiua z remissiua putrefactionis que sapiẽtib9 viris quorũ regimi dedit9 est manifestissime sũt. ¶ 3o pncipalr diuersio fiat mãerũ coium cũ clisteri pfatis doctorib9 notissimo. ¶ Et iterũ 4o cõstãte vtute eiẽ mã cum farmaco approprato mãeb9 peccãtib9 qd plurimũ in febribus acutis educẽ oz electiue mãs eẽntialr calas z aliqli adustiõe pticipãtes uelut hoc. ℞. succi rosarũ. ℥. j. elarij ham ecb. ʒ. iiij. reubarbari electi. ℈. j. dyagridij. gra. j. bibaẽ totũ cũ aq lactis in aurora obseruatis cõditionib9 in solutiuis custodiendis ¶ 5o isup itendaẽ diuersiõi mãerũ appropatarũ egritudini:

z proprie apati cũ uẽtosis uehemẽter ignitis carnosis z domesticis tybia z ptib⁹ applicatis cũ scarificatiõe cõuenienti. ¶ 6° item magno extẽte apate z adustionis uestigia ostendere fiat sup eo scarificatio pluris numeri. cũ flobothomo scindendo cutez incessu transuersali. ¶ 7° super loco tali ponat̃ emplz attractiuũ satis nobilr. Cũ aũt apata fuerint emũctoralia z p uiã trãsmutatiõis a pncipalib⁹ z nobilib⁹ mẽbris euenientia: tũc igeniari opzut vtutẽ vigorem⁹ ad expulsionẽ mãerũ z ad attractionẽ eaz ad loca appropriata. Et si nõ cũ alio saltẽ cũ sanguisugis z cũ uẽtosis attrahẽtib⁹: ut 4ª pmi. cap de medicatiõe apatũ. z 3ª qrti. trac. p. cap de exituris. Est aũt talis emplastri descriptio. ℞. folioz rutbe recẽtiũ folioz origani folioz vincetosici z est herba laurentij. ana. M. v. rad. lilioz al. M. viij. folioz maluarũ. M. iij. farine ordei fenugre. z seis lini. aã. ℥. j. ʒ. croci. ℥. j. oli lilioz al. ℥. j. oli de aneto z de camomilla. aã. ℥. j. ʒ. fiat emplm z calm z dẽsuz applicet̃ apati amplectẽdo ptẽ p latitudinem magne spãse zc. ¶ 3° iterũ attẽdẽduz est mãei aũti cũ syrupis extinguẽtib⁹ z phibẽtib⁹ putrefactionẽ hñtib⁹ vtutẽ medicinarũ que ↄ̃riant̃ uenenositatib⁹: ut syrupus de acetositate citri lymonib⁹ oxiçaccare z silib⁹. Sint aũt aque acetose rosarũ cicor. buglosse z silium. aã quẽ syrupũ soleo ut in plurib⁹ facẽ deglutiri pillas. v. factas ex puluẽ seminũ citri. cũ succo acetose: semia eni citri aduersant̃ uenenosoi. 6ª qrti trac. 2°. p cap de medicinis ebibitis ad uenena. ¶ Scio aũt ego q̃ si eger in mane bibat. ℥. iij. succi acetoselle cũ. ℥. j. aque rosate est singulare remediũ. ¶ Aspsiones aũt extremitatũ z ipsarũ irroratiões z frequens pot⁹ syrupi acetositatis citri cũ aq̃ ordei ul̃ acetose. z frequẽs comestio pauca in q̃titate ↄtinua. ¶ Epithimata cordialia z epatica inunctiones spinã isridãtes z ↄfortãtes hec oia tãq̃ notissima acutissimis doctorib⁹ ipz pcuratib⁹ oia relinquo. Nõ eni hec scripsi ut docerẽ: sed ut memorẽ: sicut emplm factũ de mica panis cõbusta z in acetũ infusa cũ tripla q̃titate mẽthe z farie ordei iuicẽ ↄtritoz nauseã tollit z uõitũ ↄfortãdo stõchũ z sic õ alijs hec oia benigna clemẽtia saluatoris i hui⁹ viri salutẽ felicitet.

De egritudinibus cutis consilia sequuntur.

Consilium. 288.

De rubedine rosea appente in sufficie cutis corpis cũ aliq̃li ↄctiõe digitoz manuũ z pedũ: catarro salso: motu ↄctiuo stõchi z dolorib⁹ ancharũ z spine: ↄtinens capitula quinqz.

¶ De causis principalis egritudinis. Cap. I.



Ubedo vificata similis colori rosarum rubearum recentiuz: que nũc cognoscitur in viro isto. bonam spem curationis praue dispositionis que primo in eo apparuit: consideranti videt̃ afferre. ¶ Est eniz hec dispõ pueniens a sanguine inflãmato uel acute cholẽ cõmixto. Qui pp calitatẽ accñtalem subtilioz z cursibilioz effectus est: z aperit orificia uenarum capillariuz: z recipitur in poris mẽbroz. Cum ergo ibi receptus est lz membro vniat̃: tñ qz assimilatiua vtus z transmutatiua debilis est non põt ipsum cõplete assimilare mẽbro. remanet ergo in membris uestigiuz sue alterationis z coloris: pp qd̃ membra z cal'a z inflãmata z rubicũda remanẽt sicut sensus ostendit. Sicut eni vtus trãsmutatiua fortis exñs sanguinẽ uel obiectuz in qd̃ agit lz aliq̃lr sit incõueniẽs: pfecte alterare z trãsmutare põt: ita ecõtra vtus trãsmutatiua nõbilr debilis exñs: obiectũ lz bñ dispositũ nõ põt ↄueniẽter trãsmutare. q̃to ergo fortius cuz vtus trãsmutatiua debilis fuerit: z obiectuz icõueniẽs ipm rectificare nõ poterit: lz ultio conatu in ipm agat. Et sicut plãta bona que a laudabili loco trãsfert̃ in locum uel regionem illaudabilez producit fructus nutrimento nõ conueniẽtes: ita z sanguis lz laudabilis existat receptus in poris mẽbroruz: quoruz cõplo corrupta est uel alterata: non põt nutrimẽtuz effĩcẽ cõueniẽs. Sicut econtra dĩ qñ plãta male q̃litatis in vna regione existens transmutatur ad regionem aliam pexiti ↄ̃riã in qualitatib⁹: tũc pducit fruct⁹ nutricationi ↄueniẽtes ubi p̃us uenenosi erãt. Et sũt smões Gal. 6° de accñti z morbo. de plãta trãsmutata de psia in egyptũ: que p̃us uenenosa erat: z fuit facta ↄueniẽtis nutrimẽti. z colligũt̃ ex hi sermões utriqz 6ª qrti tractatu. 2°. cap 10°. Et capiũt etiã p̃nm vitatis pma pmi. doc. 6ª. 2° cap. de vtutib⁹ qb⁹ mistrat̃. ubi est de atrosea morfea z albaras. lege ibi. In sũma igit̃ ex hoc sermõe colligẽdũ. q̃ rubedo que in hoc viro appet in facie spina z inferiorib⁹ ptib⁹ ei⁹ puenire potuit pp lationẽ sanguis male q̃litatis i poros q nõ potuit assimilari mẽbris pp icõueniẽtiã ipsi⁹ sãguis uelut obiecti nõ trãsmutabilis a vtute nec assimilabilis mẽbris. ¶ 2ª võ cã potuit eẽ. qz dato q̃ sanguis in cõplone z in substãtia laudabilis fuerit ad mẽbra effusus: tñ ↄtigẽ potuit q̃ in mẽbris iuẽta fuit spẽs male cõplonis: p quã tanq̃ instrm incõueniẽs vtus nõ potuit actiões suas in sanguinẽ pficẽ: ita ut ipm ↄueniẽter trãsmutaret z alteraret. Cõplo est ulẽ instrm vtutis ad oẽs opõnes efficiẽdas. Cũ g debilitatur alterat̃ ipsa uel corrũpit̃ nece est in opõnib⁹ accidẽ pmutationẽ. Et totũ hoc ualde facile cõfirmari põt leui argumẽto: lz nõ demõstratiuo. videm⁹ eni in hoib⁹ a frigore cõgelatis mẽbra palescẽ q̃ tũcũqz sanguis laudabilis ad ipsa deferat̃. Et item videm⁹ in supflue calefactis z estuãtib⁹ colorẽ mẽbroruz uerti ad iflãmationẽ z rubedinẽ ualde magnã q̃ tũcũqz sanguis flaticus ad mẽbra ista deferret̃. Appet item 3° in ↄtritis flagellatis z uẽtosatis uarias coloris spẽs acqri: dato q̃ sanguis q ad illa mẽbra defert̃ in sui cõplone z substãtia sit laudabilis. ¶ 3ª võ cã que totũ cõplet est. q̃ rubedo uel alter color corrupt⁹ in mẽbris acqrit̃ p has duas cãs iuicẽ cõgregatas. vz. pp pctiñ sanguis ex pte q̃titatis substãtie z cõplonis ei⁹. z pp corruptionẽ cõplonis mẽbroz: ad que sãguis ille defert̃. Cũ g in viro isto sanguis in substãtia z cõplone pmutatus fuerit a nãlitate z vtus membroz fuerit debilis: oportuit necessario hunc sanguinem in substãtiã membroz nõ fuisse debite conuersum z assimilatum. ergo in eo apparuit z apparet corruptio in colore: qd̃ erat declarandum.

Pro declaratiõe aũt pme ptis accñtis: suppõnẽdũ p qd̃ alias declaratũ fuerit: q̃ hic vir dispositus fuit ad spẽm lepre pueniẽtis ex melãa genita ex adustione cholẽ: apparuit eni hoc i eo item p mltas cãs z signa alias de dispõne sua cõscripta. ¶ Appuit 2° hoz vitãs p instrã curatiõis q̃ ne oia infrigidãdo z huẽctãdo tã substãtifice q̃ q̃litatiue cõplonẽ ipsi⁹ epis z toti⁹ pmutauerũt adeo ut ubi pp uehementem iflãmationẽ epatis z uenaz sanguis z chola adurebãt̃ illa uehemẽti flãma ab istris iã pdictis remota nõ põt sanguis amplius aduri: nec chola: ita ut ↄuertat̃ in melãa: sed in epe z in sanguie remanet adhuc feruida calitas minoz q̃ adustiua. ¶ Ex q̃ fũdamẽto facile appent cãe ruboris mẽbroz q remãsit in viro isto. Efficiẽs eniz cã instralis est mala cõplo epis cal. z sic. Mãlis võ cã est sanguis choleric⁹: q est obiectũ vtuti trãsmutatiue incõueniens ad assimilationẽ membroz. Particularis võ cã efficiẽs est predicta mala cõplo in determinatis mẽbris uel qbusdã fixa z fortioz q̃ in alijs. ¶ Ex qbus correlarie solui põt qd̃. q̃re hic ruboz in ptib⁹ quibusdaz inferiorib⁹ intermedijs z supioribus inuenit̃: z nõ in oibus mẽbris corporis. totũ eniz hoc soluat̃. ppterea qz q̃rũdã particularium membroz cõplo corrupta est: z nõ oiuz. ¶ Ex qbus oibus inuicem collectis: appet quis debet esse modus z quot curationis instrã que sunt duo. s. rerum non nãliuz cõueniens applicatio z silr medicinalium.

¶ De cura per regimen sex rerũ nõ nãlium. Cap. II.



Ro regimine itaqz hui⁹ viri ex pte sex rerum nõ nãliũ. pmittẽdũ pmo q̃ euitare debet oium rerũ non nãlium administrationẽ que potẽtiali sui caliditate z siccitate mãs corporis inflãmare z exiccare possit. ¶ Propter qd̃ aer eius z loc⁹ habitationis debet esse ad frigiditatẽ z humiditatem notabiliter iclinatus z pprie in tpe caloris. In tpe võ frigoris sit locus habitatiõis eius remisse caliditatis z siccitatis. ¶ De ci

ꝛ fiat clistē. Istō clistē sibi ipōnat̄ suauiter calidū stōcho ieiu
no. vꝫ an̄ cenā per vnā borā in die imediate ꝑcedēte diē assū
ptionis pillarū imediate infrascriptarū seu solutiui minora
tiui imediate ifrascripti ꝛ post ipsaꝝ assumptionē stet ieiun⁹
boris q̄tuor ad min⁹ uel q̄nque ad ampli⁹ ꝛ post earūdē assū
ptionē imediate dormiat nō ampli⁹ trib⁹ q̄rtis hore: hoc etiā
clistē tal̄r assumat stōcho ieiuno cū esset ꝑternāliter stiptic⁹.
vꝫ ꝑ vnā borā an̄ prādiū uel an̄ cenā ad libitū. ¶ Solutiuū
minoratiuū. ℞. pillarū de iera simplici. ℈. ii. agarici. ℈. i. salis
gēme çinçib. an̄. ℥. i. pulueris violaꝝ. ℈. ſ. misce ꝛ cū oleo vio
la. q. s. ad incorporādū reformen̄ pill̄e. vii. pro. ʒ. Istaꝝ pilla
ruꝫ assumat. ℈. ii. in aurora ꝛ post ipsaꝝ assumptionē stet ieiu
nus boris q̄tuor ad min⁹ uel q̄nque ad ampli⁹ ꝛ post earūdē
assumptionē imediate dormiat nō ampli⁹ tribus q̄rtis hore.
Trāsacta v̊o vna bora post ipsaꝝ assumptionē surgat ꝛ non
assumat lauatiuū aliq̄d ꝛ postea in termino q̄nque boraruꝫ
post assumptionē prādeat ꝛ pro ferculo in prādio sumat bli
tes cū boragine ꝛ feniculo. Itē carnes laudabiles ut pulli ꝑ
dicis vituli ꝛ sil̄es. ¶ Digestiuū efficax. ℞. syrupi de ligritia
ʒ. i. de iuiubis iulep violati an̄. ʒ. ſ. aq̄ruꝫ nenufaris. ℥. i. or
dei excorticati. ʒ. ii. misce. Si v̊o vult digestiuū efficaci⁹ tunc
loco iulep violati ponat̄ syru. de papauē. ʒ. ſ. Istū syrupū as
sumat in aurora debite calidū ꝛ nō tepidū seruatis modis ꝛ
ordinib⁹ descriptis in assumptione p̄mi syrupi digestiui de
scripti ɔtra pulsationē arterie stōchi. Hoc v̊o syrupo tal̄r uti
icipiat diē imediate sequēte die assumptionis pill̄arū imedia
te suprascriptaꝝ. Si v̊o ul̄t medicamē efficaci⁹ tūc istud dige
stiuuꝫ cū ɔditiōe supi⁹ posita assumat ſuatis modis ꝛ ordib⁹
descriptis i assūptiōe digestiui imediate suprascripti. ¶ So
lutiuū eradicatiuū. ℞. pill̄aꝝ aureaꝝ pill̄aꝝ de iera simplici
an̄. ℈. ſ. agarici. ʒ. ſ. salis gēme çiçib. an̄. ℥. i. misce ꝛ cū sy. de ne
nufare. q. s. ad icorporādū reformen̄ pill̄e sex p. ʒ. Istas pil
lulas assumat in aurora die sequēti diē cōplete assumptiōis
q̄ter facte digestiui suprascripti ꝛ post ipsaꝝ assumptionē im
mediate dormiat a media bora usq̄ꝫ ad vnā borā ad ampli⁹
si pōt. Trāsacta v̊o vna bora cū dimidia siue dormierit siue
nō: nō ampli⁹ dormiat sed surgat a lecto. Et post earūdē pil
lulaꝝ assumptionē stet ieiunus boris q̄nque ꝛ in dicto termi
no boraꝝ q̄nque assumat ꝑ lauatiuo vnū cyathū aque ordei
excorticati cal̄i sine çuccaro ꝛ ꝑ vnā borā post ipsi⁹ aque as
sumptionē siue post dictā aquā secedat siue nō tūc prandeat
seruatis modis ꝛ ordinib⁹ descriptis in assūptione pill̄arū ɔ
pulsationē arterie stōchi cōpositaꝝ ex pill̄is modis cū agari
co ꝛc̄. ¶ Digestiuū facile ꝛ usuale. ℞. aq̄ruꝫ violaꝝ. ʒ. i. ſ. ne
nufaris. ʒ. ſ. ordei excorticati. ʒ. ſ. çuccari albissimi. ʒ. ii. misce.

Istud digestiuū assumat debite calidū ꝛ nō tepidū trib⁹ die
bus ɔtinuis in aurora ꝑ vnū mēseꝫ post assumptionē pill̄a
rū imediate suprascriptaꝝ seruatis modis relīqs ꝛ ordinib⁹
descriptis in assumptione ꝓximi digestiui huius an̄scripti.
¶ Solutiuū facile ꝛ usuale. ℞. pill̄arū de iera. s. ℈. ii. agarici
℈. i. salis gēme çiçib. an̄. ℥. i. pulueris violaꝝ. ℈. ſ. misce ꝛ cū iu
lep violato. q. s. ad incorporādū reformen̄ pill̄e. vii. p. ʒ. Ista
rū pill̄aruꝫ assumat. ℈. ii. in aurora q̄rta die sequēti imediate
diei assumptiōis digestiui usualis immediate suprascripti ꝛ
post ipsaꝝ assumptionē stet ieiun⁹ boris tm̄ q̄tuor ſuatis mo
dis ꝛ ordinib⁹ descriptis in assumptiōe p̄maꝝ pill̄aꝝ silium
bis hic supapositaꝝ ꝛ cōpositaꝝ in iera simplici agarico sale
gēme ut ibidē. ¶ Digestiuū usuale v̊tuti familiare. Digesti
uo usuali an̄ scripto. ℞. aque ordei excorticati çuccari albis
simi seu optimi triū coctaꝝ. ʒ. ſ. Istud digestiuū assumat de
bite calidū ꝛ nō tepidū imediate q̄n uadit dormitū ꝛ lectum
itrauerit siue cenauerit siue nō. Et eo tali utat̄ dieb⁹ q̄nque
ɔtinuis singulo mēse quocūq̄ꝫ tp̄e anni ꝑterq̄ꝫ tp̄e hyemali.
¶ Solutiuuꝫ aliud usuale ꝛ facile. ℞. pill̄aꝝ assaiaret. ℈. ii.
agarici elec. ℈. i. salis gēme. ℥. i. misce ꝛ cuꝫ iulep violato. q. s.
ad incorporādū reformen̄ pill̄e. vii. p. ʒ. Istaꝝ pill̄arū assu
mat. ℈. i. aut. ii. ad ampli⁹ singulo mēse semel in sero cū uadit
dormitū die imediate sequēti diē. v. cōplete assumptiōis q̄n
ges facte digestiui imediate an̄scripti cōpositi ex aq̄ ordei ꝛ
çuccaro. ¶ Diuersiuū v̊tuti familiare ualde. Extrema fricē
tur in mane ut imediate cū surgit hito ꝑus uentris bn̄ficio
aut saltē tētato hēri. vꝫ ꝑ crura a genu ifra ꝛ pedes fricen̄ ut
supra cū manib⁹ aut cū pāno lineo in estate frigido i hyeme
v̊o ꝛ tp̄ib⁹ medijs cū pāno calido fricatiōe media itēsione ꝛ
duratione deide man⁹ ꝛ brachia ab humero ifra cuꝫ manib⁹
uel pāno imediate fricen̄ ut hic an̄ crura. Ista fricatione ta
liter utat̄ ad min⁹ alternis dieb⁹ q̄cūq̄ꝫ tp̄e anni catarro ip̄m
uexāte ꝛ ꝑus hito uētris bn̄ficio aut saltē tentato hēri. Et ea
fricatione tal̄r. uti icipiat die imediate sequēti diē assūptiōis
ꝓximi p̄mi solutiui minoratiui suprascripti cōpositi ex pillis
de iera simplici agarico sale gēme ut ibi. ¶ Diuersoriū v̊tu
ti familiari⁹ ꝛ efficaci⁹ diuersorio p̄ori. ℞. folioꝝ salicis. M.
iii. lactuce. M. ii. vitis. M. v. folioꝝ rosaꝝ. M. ii. violaꝝ. M.
ii. nenufaris. M. i. aneti. M. i. corticis papaueris allei. M. ſ.
Cōtūdant̄ oīa grosso mō: deide bulliāt in sufficiēti aque q̄n̄ti
tate sil̄ pro lotione extremoꝝ usq̄ꝫ ad ɔsumptionē q̄rte ptis
aque. Si v̊o medicamine efficaciori idiget tūc ex hac descri
ptione debite cal̄a lauen̄ ꝛ fricen̄ brachia manus crura ꝛ
pedes stōcho ieiuno. vꝫ an̄ prādiū ꝑ borā ꝛ an̄ cenā per tātū
dē: deinde dicta extrema retineant̄ debite calida ꝛ coopta.
Et ea lotione tal̄r uti icipiat die sequēti imediate diē assum
ptiōis ꝓximi suprascripti eradicatiui cōpositi ex pill̄is aure
is de iera. s. ꝛ agarico ꝛc̄. seruatis relīqs ꝛ ordinib⁹ descriptis
in usu fricatiōis imediate an̄scripte. ¶ Diuersiuū itestinoꝝ
lenitiuū ꝛ fl̄atis aq̄si ꝛ fl̄atis salsi eductiuū efficaci⁹ p̄ori ꝓrio
diuersiuo. ℞. folioꝝ blitis. M. ii. maluaꝝ. M. i. mercurialis
M. i. ſ. radicū altee. M. ſ. agarici polipodij an̄. amboꝝ gros
so mō incisoꝝ. ʒ. i. vitellū oui numero. j. cassiefi. ℥. i. iere pigre
ʒ. ſ. olei oliuaꝝ optimi. ℥. iiii. salis cois. ʒ. iii. herbe ꝛ radices
bulliāt sil̄ in sufficiēti quātitate aque ꝑ decoctiōe clisteris u
sq̄ꝫ ad ɔsūptionē medietatis aque deide optime exp̄man̄ ꝛ
colen̄ deide. 28. ʒ. dicte colature agaricus ꝛ polipodiū fru
statiꝫ icisi grosso mō addan̄ ꝛ sil̄ bulliāt usq̄ꝫ ad ɔsūptioneꝫ
3ᵉ ptis ipsi⁹ decoctionis ꝛ colature postea exp̄man̄ ꝛ colen̄
ultimo dicte colature 2⁰ relīq̄ addan̄ ꝛ fiat clistē. Istud ene
ma suauiter calidū sibi iponat stōcho ieiuno. vꝫ an̄ prādium
ꝑ vnā borā uel an̄ cenā per tātūdē ad libitū alternis dieb⁹ q̄ꝫ
vna die sic ꝛ alia nō. Et si eo facil̄r uti icipiat die immediate
sequēti diē assumptionis ꝓximi solutiui eradicatiui an̄scripti
cōpositi ex pill̄is aureis de iera simplici agarico ꝛc̄. Et ipso
enemate tal̄r utat̄ saltē in vna hebdomada aut ampli⁹ ad li
bitū ꝛ catarro ip̄m uexāte. ¶ Diuersoriū m p̄orib⁹ efficacius
Uētose tres sine scarificatiōe ꝛ ꝑ due ponan̄ pulpis seu car

nositatibus spatularũ deinde ipsis duabꝰ amotis 3ª uẽtosa i-
mediate ponat spine ubi collum ɔiungit dorso. pme võ uẽ-
tose taliter apposite dimittant per vnã quartã hore ⁊ postea
auferant. deinde 3ª uẽtosa itidẽ seu per tãtũdẽ tps dimittat ⁊
postea auferat. Iste uẽtose talr sibi apponant per sex horas
ad minꝰ post prãdiũ ⁊ per. vii. horas ad plus die decima se-
quẽti diẽ assumptiõis dicti primi solutiui eradicatiui supra
scripti cõpositi ex pillis aureis de iera simplici agarico ⁊c̃. Et
eas uẽtosas talr sibi apponat saltẽ semel ⁊ pus bito uentris
bñficio aut saltẽ tẽtato hẽri. ¶ Caputpurgiũ. ℞. aq̃rũ ma-
iorane. ʒ. i. violaꝝ. ʒ. i. ß. succi folioꝝ blitis. ʒ. i. pulueris çucca
ri cãdi. ʒ. ii. misce. ¶ De hoc liquore tepido ⁊ nõ calo nec fri-
gido attrahat per nares stõcho ieiuno tm̃ in mane per vnã
horã añ prãdium duobꝰ diebꝰ in hebdomada ad libitũ pus
bito uentris bñficio aut saltẽ tẽtato hẽri: deinde nõ exponat se
aeri frigido nec calo sed tẽperato q̃usq3 prãsus sit. Ex hac at-
tractione talr utat saltẽ in vna hebdomada singuli mẽsis q̃
cũq3 tpe anni frigido uel recẽti. tpe aũt calo hoc medicami-
ne nõ utat. ¶ Catarrum firmãs sputum a pectore iuuãs ⁊
tuti familiare. ℞. gũmi arabici. ʒ. ß. Istiꝰ gũmi teneat tota no
cte cum catarro uexat aut tussi in ore ad q̃titatem auellane
saltẽ iter genã ⁊ maxillã ex latẽ opposito lateri sup quo iacet
qñ catarro uexat aut tussi. ¶ Catarrũ firmãs ut hic añ effi-
cacius ꝑoribꝰ catarrum firmãtibꝰ. ℞. dyadragãti frigidi. ʒ.
ii. Si võ vult medicamẽ efficacius ꝑori imediate tũc istius
dyadragãti teneat in ore ad q̃titatẽ auellane grosse in nocte
seruatis religs modis ⁊ ordinibꝰ descriptis in usu seu in retẽ-
tione in ore gũmi arabici suprascripti imediate. ¶ Catarrũ
firmãs ⁊ est ut hic añ efficacius ꝑoribꝰ catarrum firmantibꝰ
℞. dyapapaueris in forma solida. ʒ. i. Si võ vult medica-
mẽ efficacius ꝑori primo tunc istiꝰ cõfectionis dyapapaue-
ris utat siue teneat in ore ad q̃titatẽ vniꝰ auellane grosse ser-
uatis modis ⁊ ordinibꝰ descriptis in usu ɔfectionis dyadra-
gãti frigidi imediate suprascripti. ¶ Catarrũ firmãs ut añ
efficacius ꝑoribꝰ catarrũ firmãtibꝰ dyacodion. ℞. dyacodiõ
in forma solida. ʒ. i. Si võ vult medicamẽ ꝑori efficaciꝰ ꝑrio
tũc istiꝰ ɔfectionis dyacodiõ teneat in ore ad q̃titatẽ grosse
auellane in nocte seruatis modis ⁊ ordinibꝰ in usu ɔfectiõis
dyapapaueris imediate suprascripti. ¶ Catarrũ firmãs ⁊c̃.
ut añ efficacius ꝑore imediate. ℞. dyacodiõ in forma solida
ʒ. ii. spodij. ʒ. ß. boli ar. ʒ. iii. cãphore. g̃. ii. misce ⁊ cũ syr. de ne-
nufare. q. s. ad incorporãdũ reformet confectio in forma soli-
da in mortario cũ pistello sine igne. ¶ Si võ vult medicamẽ
efficaciꝰ primo tũc istiꝰ cõfectionis cõposite ⁊ dyacodiõ spo-
dij ⁊c̃. ut hic imediate supra teneat in ore ad q̃titatẽ grosse
auellane in nocte seruatis religs modis ⁊ ordinibꝰ descriptis
in usu ɔfectionis solius dyacodion immediate suprascripti.
¶ Cerebri ɔfortatiuũ. ℞. mirabolanũ ɔditũ numero. j. Istũ
mirabolanũ assumat in aurora aut in mane cũ surgit ad li-
bitũ singulis diebꝰ semel q̃cũq3 tpe anni: deinde post ipsius as-
sumptionẽ stet ieiunus horis tribꝰ ad minꝰ. Et eo talr uti inci-
piat ad libitũ in aliq̃ dieꝝ post assumptionẽ solutiui cõpositi
ex pillis aureis de iera simplici agarico ⁊c̃. ¶ Diuersiuũ a ce-
rebro ⁊ caputpurgiũ efficaciꝰ ꝑori diuersiuo capitispurgio el-
lebori primo. ℞. ellebori albi. g̃. i. violarum siccarum. M. ß.
Pulueriçent oia subtiliter deinde misce. Si võ post catarri
dicti firmationẽ factã ut hic añ tunc ipse inueniet uerisilr ite-
ratũ catarrum seu iteratũ fluxũ mãe ad intra pp ipsiꝰ mãe
exuberationẽ multã tunc istud diuersoriũ ⁊ caputpurgiũ cõ-
positum ex elleboro ⁊ violis attrahat p nares stõcho ieiuno.
vz añ prãdiũ p vnã horã pus habito uẽtris bñficio aut sal-
tẽ hẽri tẽtato ⁊ eo talr utat seł aut bis aut ad ampliꝰ in heb-
domada tm̃ necessitate urgẽte pp dcm̃ nouũ defluxũ ut hic
añ imediate. ¶ Cõtra catarꝝ salsũ. ℞. aque ordei facte ꝛm
receptã primã infrascriptã. ʒ. vi. çuccari albissimi triũ cocta-
rũ. ʒ. i. misce. Istiꝰ aque debite cale ⁊ nõ tepide assumat duo
bus diebꝰ ɔtinuis i singula hebdõa. vz. ʒ. vi. in aurora ⁊ post
ipsiꝰ assumptionẽ dormiat ad libitũ sed tñ nõ ampliꝰ duabꝰ

horis aq̃ ordei de q̃ hic añ fit mẽtio. ℞. ordei excorticati. ʒ. i.
aque fluuialis mũde clare. ʒ. xx. misce deinde bulliãt simł ad
mediocrẽ ignẽ usq3 ad ɔsumptionẽ 3ᵉ ꝑtis aque: deinde non
colet sed ordeum in dicta aq̃ cõtinuo postea dimittat. Et q2
hec aq̃ facilr corrũpit tpe calo ideo alternis diebꝰ ipsa aque
tunc reficiat. vz vna die dicta aq̃ talr fiat ⁊ alia die nõ sed 3ª
die iteꝝ de nouo fiat ⁊ talr reficiat ꝛ3 necessitatẽ. De hac aq̃
sumat. ʒ. vi. stõcho ieiuno ⁊c̃. ut hic supra in alia recepta pri-
ma. ¶ Medicamẽ efficaciꝰ aliq̃lr ꝑori. ℞. medicinaꝝ pmã
suprascriptã. ʒ. v. syrupi de ligritia. ʒ. i. ß. misce. Si võ medi-
camẽ ɔgruit efficaciꝰ ꝑori imediate tũc istã medicinã debite
calidã ⁊ nõ tepidã assumat in aurora ⁊c̃. ut supra de alia pri-
ma medicina. ¶ Cõfectio. Recipe dyadragãti. ʒ. ii. dyapenl
dionis. ʒ. i. misce ⁊ cũ sy. de ligritia. q. s. ad icorporãdũ refor
met ɔfectio solida in mortario cũ pistello ⁊ sine igne in mor
sellis triũ. ʒ. pro q̃libet morsello. Istiꝰ cõfectiõis assumat vnũ
morsellũ in aurora uel ad libitũ in mane cũ surgit duobꝰ die-
bus in singula hebdõa ⁊ post ipsiꝰ assumptionẽ stet egrotans
ieiunꝰ horis tribꝰ ad minꝰ. ¶ Clistẽ. ℞. aque ordei suprascri
pte. ʒ. xvi. vitellũ oui numero. i. mell rof. colati. ʒ. ß. olei rof.
ʒ. iii. sepi hircini. ʒ. ß. misce ⁊ fiat clistẽ. Istud clistẽ sibi iponi
faciat suauiter calm stõcho ieiuno. vz p duas hõs añ prãdiũ
uel ad libitũ p vnã horã añ cenã semel in singula hebdõa.

Cõtra fluxũ catarri subtilis nõ salsi nec amari. ¶ Ad
pectꝰ. ℞. pillarũ alefanginaꝝ uel de iera simpli-
ci. ℈. ii. agarici. ℈. i. salis gẽme. g̃. i. uel. ii. reforment pille. vii.
p. ʒ. cũ modico syrupi de sticados. ⁊ si vis adde çiçib. gra. i.
¶ Caputpurgium. ℞. aque maiorane ptes. ii. succi foliorũ
blitis ptẽ. i. misce ⁊ fiat caputpurgiũ. Potes addẽ ptẽ aque
violaꝝ si appet calitas actualis catarri. Lotio capitis fiat cũ
lixiuio forti. ¶ Diuersio. Balneent crura a genu deorsum ⁊
brachia a cubito deorsum cũ infrascripta decoctione. ℞. ro
sarum floꝝ camomille melliloti saluie añ. misce ⁊ fi
at decoctio ⁊ lauent ut supra cũ vult cenare in sero. fiant fri
cationes brachioꝝ ⁊ cruriũ ad diuertẽdũ. Itẽ secure põt po-
ni uentose sup spatulas ⁊ sup nates sine scarificatione. Item
põt comedẽ omni die post cõfec. coriãdri preparati cũ çuc
caro optimo vna coopertura tm̃ cooperto.

Cõtra defluxum ꝑternãlem catarri. ¶ Flatis a cerebro
diuersiuũ ⁊ p ɔtis nãlissimã regionẽ, vz p nares
mũdificatiuũ ⁊ ꝯtuti familiare. ℞. aque maiorane succi fo
lioꝝ blitis nucis muscate pulueriçate subtilr çuccari candi.
pulueriçati misce. Ex hac mixtura tm̃ tepida ⁊ nõ cala nec
frigida attrahat p nares bis uel ter successiue stõcho ieiuno
in mane uel ad libitũ p vnã horã añ cenã semel in singulis
q̃ndeciz diebꝰ si ipso catarro molestat. Hoc võ medicamine
nõ utat tpe calo. Flatis a cerebro diuersiuũ ⁊c̃. ut imediate
supra efficaciꝰ imediate ꝑori. ℞. medicamis primi suprascri
pti. ʒ. iii. mellis mũdi ⁊ electi. ʒ. ii. misce. Si võ medicamẽ ɔue
nit efficaciꝰ aliquãtulũ ꝑori ꝑrio tunc ex hac mixtura prior
tm̃ tepida ⁊ nõ cala nec frigida attrahat p nares ⁊c̃. ut hic su
pra de alio medicamine ꝑrio. Flegmatis a cerebro diuersiuũ
⁊c̃. ut añ imediate supra efficaciꝰ immediate ꝑori. ℞. medi-
camis suprascripti imediate primi. ʒ. iii. mãne elec. ʒ. ß. misce.
Si võ medicamẽ ɔgruit aliquãtulũ efficacius ꝑori imediate
tũc ex hac mixtura tm̃ tepida ⁊ nõ cala nec frigida attrahat
per nares ⁊c̃. ut hic supra de alio medicamine ꝑrio. ¶ Cere
bri ɔfortatiuũ ⁊ ipsiꝰ catarri grossi digestiuũ ⁊ resolutiuũ. ℞.
dyamusci dulcis. ʒ. ii. dyãbre. ʒ. i. cubebaꝝ. ℈. i. melegete. ℈. ß.
çuccari tabarçet albissimi triũ coctarum. ʒ. x. Pulueriçãda
pulueriçent subtilr deide cũ aq̃ maiorane ⁊ feniculi añ. q. s.
ad ɔficiẽdũ fiat ɔfectio solida i morsellis triũ. ʒ. p q̃libet mor
sello. Istius cõfectionis assumat vnũ morsellũ in mane cum
surgit duobꝰ diebꝰ in singula hebdomada ⁊ post ipsiꝰ assum-
ptionẽ stet ieiunꝰ horis tribꝰ ad minꝰ. Hac võ ɔfectione talr
utat tm̃ tpe frigido ⁊ nõ tpe calido. ¶ Cerebri ɔfortatiuũ
⁊ est ꝑprium. Recipe mirabolanũ kebulũ ɔditũ vnũ. Istum
mirabolanũ assumat in aurora uel ad libitũ in mane cũ sur

git semel in singulo mēse. Et post ipsius assumptionē stet ieiunus horis. x. hoc vo medicamine talr uti pōt q̄cunq; tpe anni. ¶ Solutiuū facile z usuale. ℞. pillarum de iera. ʒ. ii. agarici. ℈. i. agaricus ipse in frusta minuta diuisus z nō pistatus isundat per horas. vi. ad minus in oximelle simplici q. s. ad ipsi⁹ agarici debitā imbibitionē ex dicto oximelle. deinde oia sil' misce z cū syrupi de sticados. q. s. ad ipsas sil' incorporādū in mortario cū pistello z sine igne reformet' pille. vii p. ʒ. Istarum pillarum assumat in aurora a trib⁹ usq; ad. v. ad libitū in mane cū surgit: sed tñ in aurora meli⁹ z post ipsarū assumptionē si ipsas assumat in aurora stet in lecto per horā vnā cū dimidia z iterū dormiat si pōt sed nō ampli⁹ vna hora z tunc post earūdē assumptionē stet ieiun⁹ horis q̄nq; z nō assumat lauatiuum aliqd sed in termino dicto q̄nque horarū prādeat z p ferculo in ipso prādio comedat blites cū boragine z petrosilino nō abiecta p̄ma aq̄ ebullitionis ipsarū herbarū sed in ipsa aq̄ cocta. Itē laudabiles carnes comedat ut pulli pdices fasiani hedi. uel vituli aut aliq̄s carnes cōsiles. Si vo ipsas pill'as assumat in mane cū surgit tūc post ipsarū assumptionē nō dormiat sed stet ieiun⁹ horis. v. ut hic supra. Istis vo pill'is utat' semel in singula cuiuslibet mēsis p̄ter q̄ tpibus magnorū caumatis z frigoris.

Cōtra reumatis dispōnē digestiuū. ℞. syrupi de sticados oximellis cōpositi añ. lib. s. misce sed dosis sit. ʒ. i. s. cū decoctiōe cubebarū nucis mus. anisi masticis z ciperi. ¶ Solutiuū. ℞. pillarū cochiarum rasis. ʒ. i. ¶ Tragea cōfortatiua. Recipe triū pipum. ʒ. i. çinçib. ℈. ii. s. gariofi. galāge sticados añ. ʒ. i. cubebarū nucis mus. añ. ʒ. s. anisi. ʒ. iiij. s. çuccari. q. s. sit dosis in ieiunio vnū coclear usq; ad dies q̄tuor postea vo potet modicū vini subtilis. ¶ Cerotum. Recipe laudani. ʒ. i. aloes. ʒ. s. pulueris pulegij calamenti sticados añ. ʒ. i. macis corticum citri añ. ℈. s. incorporent' oia sil' addito modico aceti z applicet' parti capitis abrase. ¶ Unguētū p stōcho in casu isto. Recipe masticis. ʒ. i. aloes. ʒ. s. cinamomi gariof. añ. ʒ. i. ligni aloes folij ana. ʒ. s. olei nardini cere añ. quantum sufficit pro vnguento. Ex isto vnguento actu calido vngat' stomachus ieiunus.

¶ Contra catarri subtilis fluxū ad fauces pulmonē z pectus.

Regimē in sex rerū nō naliū administratione cōsistit. Sit itaq; q̄litate igrossatiuū z ifrigidatiuū sed remissi⁹ infrigidatiuū q̄ igrossatiuū. Quātitas vo sit ut de vnaq̄q; ipsarū sex rerū nō naliū admistratiōe in pprijs capitulis ipsarū ifrascriptarū. Euacuent' uētris solōne māe cōmunes in vijs ductuū supflue. minoret' z p̄pe uētris solōne cerebri replō flatis subtilis aliq̄liter calidi. sed nō multū z tñ nō acuti ad fauces ad pect⁹ z pulmonē catarricātis. Remoueant' cause ipsi⁹ catarri dictā mām añ in cerebro multiplicātes. que cause in hoc casu p̄ncipales numero sunt tres. vz. eupatorio magna nutriētis z reliq̄rum humiditatum z flegmatis a toto ad cerebrū multiplicata. Nālis caliditas cerebri debilitata nō ualēs ipsos uapores q sunt mā catarri resoluē in cerebro cōdēsati. Debilitas caloris eiusdē nutrimentū pprīū cerebri digestiui ipotētis q̄ indigesti z catarrus ex eius paulatina cōgestione cōsistit. Minorent' z pprie uentris solōne z gule z pectoris z pulmōis repletio flatis a cerebro ad ipsa mēbra catarricātis etiā s̄m ei⁹ ptē fluentē a gula in pectore. Et s̄m ptē ex diuturna mora in pectore ibidē igrossati. Diuertat' a cerebro ad ptes ignobiles z p̄pe extremas dictā mā subtilis fluēs ut supra. Sistant' aliq̄liter seu minorent' dicti subtilis flegmatis fluxus a cerebro ad fauces in pulmonē. Remoueant' cā uel cāe dictū catarrū seu flegma ad fauces pect⁹ z pulmonē fluē faciēs que cāe in hoc casu nr̄o p̄ncipales sunt q̄tuor. vz. Debilitas retētiue cerebri z ei⁹ collatorij. Māe catarrī dictū exuberātē multiplicatiue cum v̄tutis expulsiue fortitudine. Ardor z aspitas faucū z gule incēsus z diuturnus. Tussis notabilis. Eradicet' seu absolute remoueat' ipsi⁹ catarri subtilis seu flegmatis fluxus a cerebro ad fauces ad pulmonē. Digerat' paulatine ipsi⁹ catarri dcā mā subtile nō multū cal'a flegmatica sed nō acuta ut supra. z pprie in gula pulmone z pectore z pprius cerebro. Itē digeratur dicta mā grossa flegmatica in pulmone z pectore ex diuturna mora in ipso igrossata que ambe māe subtilis z grossa in pectore digerēde sunt etiā ipse sil'r cum dicta mā subtili in cerebro digerēda z hoc pp̄ter ptisis suspitionē aliqualiter aut saltē de p̄ximo future que nec digestionis nec euacuationis tolerat inducias lz hac suspitione nō exñte dictū catarrū digerē z euacuare regulari⁹ esset: deīde ad ipsarū catarri subtilis z grossi gule pulmonis z pectoris digestiones z euacuationē trāsire liqueret. Euacuet' eradicatiue sed paulatine dicta mā flegmatica subtilis aliq̄liter cal'a sed nō acuta a dicti cerebro gula pulmone p̄mo uentris solōne a dictis mēbris. scdo dicti flegmatis subtilis per nares eductione. 3° ipsi⁹ māe a cerebro euaporatione. Item dicta mā flegmatica grossa in pulmone ex diuturna ei⁹ mora ingrossata etiā eradicatiue: sz paulatine euacuet'. Prīo uētris solōne ab ipso pulmone. 2° z pp̄us inde per spm̄ ei⁹ eductione. 3° dicte māe a dictis pectore z pulmone euaporatione. Que tres māe subtilis in cerebro subtilis z grossa in pulmone sil' euacuāde sunt dicta cā grossa suspitionis ptisis p̄ntis aut future nō dātis inducias ut supra. ¶ Cōfortent' v̄tutes oēs. vz. vitalis nālis z aialis toti⁹ z p̄pe cerebri gule pulmonis zc̄. Et p̄pe eorū v̄tutes nāles oēs. Et pprijssime ipsi⁹ cerebri nālis ut ipsa mēbra dictas mās subtilē z grossam nō generēt nec recipiant. Remoueant' cerebri faucū pectoris z pulmonis male cōplexiōes a dictis morbo causa morbi z accn̄tibus derelicte. Corrigant' accn̄tia p̄ncipalis dicti catarri subtilis in casu nr̄o z a futuris p̄seruent' eidem casui pprijs. vz. uomitus tussis anhelit⁹ constrictio hec tria p̄sentia. sequētia vo empima z ptisis hec duo saltem futura in hoc casu nostro.

Regimē ex sex reb⁹ nō nālib⁹ sit ut infra. Aer sit frigidus sed remisse z declinās ad siccitatē. Cibus z pot⁹ sit frigidus sed remisse z declinās ad humiditatē saltē actu z pulmonis z pectoris lenitiuus. vz iri amidū spelte pultes ex ciceribus rubeis abiecto cortice z p̄peoia cū cortice amigdalarū dulciū. Itē cū lacte si nō est febris aut dolor capitis aut grauedo eiusdē. Quiescat nō iacēdo sed sedendo hora vigiliarū sibi debitarū. Uigilet multū tñ cū pportiōe. Nō dormiet in die nec multū in nocte. Jeiunet sepe cenet parce famiat z sitiat nō se repleat. Nō assumat nutriens nisi digesto p̄ori mēte getē hēat hylarē z gaudiosam. Euacuent' māe cōes. ℞. foliorū blitis maluarū añ. M. i. s. mercurialis. M. i. radicū altee. M. s. seminū fenugreci cartami añ. ʒ. s. vitellum oui numero. j. iere pigre çuccari rubei añ. ʒ. i. olei oliuarū. ʒ. iiii. salis cōis. ʒ. ii. bulliēda bulliāt. deinde misce z fiat clistere ℞. cassiefi. ʒ. i. sebestē. ʒ. s. aque decoctionis çucca. q. s. pro potione misce z fiat potio aut dictis cassie z sebestē addat' çuccari electi. q. s. pro dactylo. Et imediate post assumptionē dicti dactyli bibat dicte aque çuccari. ʒ. iii. minoret' plectoria flegmatis subtilis a toto. ℞. cassiefi. ʒ. i. medulle cartami. ʒ. ij iuris galli decrepiti decocti cū çuccaro s̄m canones. q. s. pro potione macis. ℈. i. amigdalarū dulcium. ʒ. i. penidiarū. ʒ. s. misce aut subtracto iure galli q̄ tātū optimū esset cū reliq̄s medicis addat' çuccari electi. q. s. p dactylo z fiat dactylus. Sz medicina dcā cū iure est ualde melior. Minoret' cerebri repletio flatis subtilis z aliq̄liter calidi sed nō acuti. ℞. pillarū de iera simplici. ℈. ii. agarici. ℈. i. salis gēme. g. i. violarum. g. v misce z cū iulep violato fiant pille. vii. pro. ʒ. Remoueantur cause dicti flegmatis. vz opp̄mant' uapores qui ad cerebrum eleuant' ut infra. ℞. coriandrorū pparatorū cōfectorū solū cum vna cooptura. ʒ. i. de hus coriandris comedat immediate post cibū. ʒ. ij. Et iterū per sex horas post cibū comedat tantū dē. Itē dyacitoniton de çuccaro z sine spēbus. ʒ. i. comedat loco dicti coriandri ad libitū cū modis tñ dictis. ℞. rosarum siccarū. ʒ. i. çuccari albissimi. ℈. i. misce z cum syrupo de myrto q. s. ad incorporādū forment' pille. vii. pro. ʒ. assumat ad minus tres istarū pillarū ad libitū cum modis dictis zc̄. ¶ Con

fortet calor nālis cerebri uapoꝝ resolutiu⁹ ⁊ digestiuus eiuſ
dē ⁊ faucū. ℞. auellanaꝝ mundataꝝ. ʒ. i. caſſie lignee gallie
muſcate añ. ℈. i. ligni aloes. ʒ. ſ. muſti. ǵ. qrtaꝫ ptem ſpice. ℈. ſ.
ſticados. ʒ. ſ. nucis muſ. ℈. i. roſaꝝ. ʒ. i. emblicoꝝ. ℈. i. coralloꝝ
rubeorum. ʒ. i. miſce ⁊ cum çuccari bugloſſati iulep violati.
q. ſ. fiat electuarium. ¶ Aliud ualēs ut ſupra. ℞. ſpērū dyā
bre. ℈. i. aromatici roſati deſcrip. Gabrielis. ʒ. ſ. ligni aloes. ℈.
ii. emblicorum. ℈. i. çuccari albiſſimi. ʒ. viii. roſarum. ℥. ſ. co
rallorum. ℈. i. miſce ⁊ cū aque violarum. q. ſ. fiat ꝯfectio ſoli
da. Minoret pectoris ⁊ pulmonis repletio a duob⁹ flegmati
bus groſſo ⁊ ſubtili. ℞. caſſiefi. ℥. i. aſſe ſeu thimi. ℈. i. agari
ci. ℈. i. ariſtologie. ℈. ſ. cartami. ℈. ii. aque mellis aque ordei ex
corticati añ. q. s. pro potione miſce aut loco caſſie ſiſtit que
ſubtrahat ⁊ addat oibus iſtis medicinis agarici thimi añ.
℈. ii. deinde oia ſimul incorporent cum iulep violati. q. ſ. Di
uertat dictus catarrus aq̄ſus ſubtilis a cerebro. fricent ſua
uiter ⁊ tpe puo ſtōcho ieiuno habito uētris bn̄ficio cū pāno
lineo brachia a cubito ifra ⁊ tybie a genu infra. balneentur
eedem ptes cū eodem ordine cū hoc inferius. ℞. violarum
M. iii. ordei excorticati. ℥. i. milij. ℥. iiii. roſarum. M. i. ſ. folio
rum vitis. M. iii. folioꝝ camomille. M. i. ſ. miſce ⁊ bulliant
⁊ fiat lotio. Diuertat catarrus ut hic anteimediate ⁊c̄. vꝫ. uē
toſe ſicce apponant cum modis ⁊ ordinib⁹ qbus ſupra fit lo
tio. ℞. māne. ℥. ſ. aque ordei. q. ſ. ad diſſoluēdum dictā mānā
miſce. Attrahat cala p nares ad libitū ſtōcho ieiuno. ¶ At
tractiuum per nares. Recipe ſucci caulis. ℥. ii. ſucci anagalli.
℥. i. ſucci celidonie. ℥. ſ. myrre. ʒ. ii. ſarcocolle. ʒ. i. aq̄rum ordei
violarū maiorane añ. ℥. i. miſce. ¶ Caputpurgiū efficacius.
Recipe aq̄rum infraſcriptaꝝ. ſ. ordei excorticati violaꝝ ma
iorane añ. ℥. i. ſucci folioꝝ blitis. ℥. i. ſ. çuccari cādi. ʒ. i. ſ. mi
ſce. Iſtius caputpurgij attrahat per nares quātitatē ad libi
tum ⁊ hoc dieb⁹ alternis ſtōcho ieiuno ⁊ ꝑus habito uentris
bn̄ficio. Si vult ipꝫ efficacius tūc loco ſucci folioꝝ blitis po
nat ſuccū eius radicis. Iteꝝ ſi vult efficacius addat puluerē
radicis ireos ad. ʒ. ſ. Prohibeat fluxus catarri ut ifra. Reci
pe aquā frigidā ⁊c̄. quā teneat in ore ad libitū. ¶ Aliud ꝓ
hibēs fluxū ⁊c̄. ℞. dyapapaueris. de hac ꝯfectione teneat q̄
titatē auellane in ore iter genā ⁊ maxillam ⁊ ꝓprie in nocte.
¶ Aliud ut ſupra. ℞. roſaꝝ. ℈. i. lentiū excorticataꝝ. ʒ. ſ. coriā
droꝝ ꝑparatoꝝ. ℈. i. violaꝝ. ʒ. ſ. corticū papaueris albi. ℈. ii.
terre ſigillate boli armeni añ. ʒ. i. olibani. ʒ. ſ. ſpice. ℈. ii. miſce ⁊
bulliant in aq̄ decoctionis myrti uſqꝫ ad ꝯſumptionē medie
tatis. deinde optime exꝓmant ⁊ colent. Iſtius colature quā
titatē ad libitū teneat in ore nō trāſglutiēdo aliqd. ¶ Idē ut
ſupra. ſed in alia forma. Recipe eaſdē medicinas ⁊ nō ponan
tur in aliq̄ decoctione ſed oēs ſimul incorporent cuꝫ ſyrupi
de myrto. q. ſ. ⁊ fiāt forme ſiles lupinis. Et de eis teneat vnaꝫ
in ore ad libitū ⁊ nō deglutiat aliqd de ſaliua cui aliqd cō
miſcet de medicina dicta. ¶ Aliud retinēs fluxū. Recipe bo
li armeni terre ſigillate añ. ʒ. i. myrtilloꝝ papaueris albi añ.
ʒ. ſ. amidi. ʒ. i. olibani. ℈. i. ſpice. ℈. ii. miſce ⁊ cū ſyrupi de myr
to. q. ſ. forment pille in forma ut ſupra. ¶ Aliō ut ſupra. Re
cipe laudani. ʒ. iii. ſandarace. ℥. i. calamēti. ʒ. ſ. dauci. ʒ. i. myr
tilloꝝ. ʒ. iii. roſaꝝ. ʒ. vi. miſce ⁊ fiat ſacculus pro cōmiſſura co
ronali capitis. Et ſm hāc ꝓportionē aſſumat tāta quātitas
ſupraſcriptoꝝ ut ſufficit pro ſacculo. Remoueant cauſe dicti
flegmatis ſubtilis ⁊ debilitas retētiue corrigat ut ſupra. Re
cipe boli armeni terre ſigillate añ. ʒ. i. olibani. ʒ. ſ. ſeminū cito
nioꝝ. ʒ. iii. miſce ⁊ cū ſyrupo de myrto fiāt pille in forma lu
pinoꝝ. Et teneat vnā ex his in ore ⁊ ꝓprie in nocte. ¶ Aliō
ut ſupra. Recipe ſandarace. ℥. i. olibani. ʒ. ii. ſpice. ʒ. i. roſaꝝ. ℥.
ſ. myrtilloꝝ. ʒ. ii. miſce ⁊ fiat ſacculus. Aſſumat tāta quanti
tas ut ſupra. Exuberās mā catarri abijciat ſolutiuis mino
ratiuis dicte māe in cerebro ſupraſcripte reiterādis in hoc ca
none. ¶ Aſpitas faucū gule ⁊c̄. intenſa remoueat ut infra.
Recipe ſucci ligritie pineaꝝ correctaꝝ in aq̄ feruēti ⁊ ſtrictis
capiūb⁹ eaꝝ. ℥. ſ. plātaginis. ℥. iii. iuiubas numero. vi. maſti
cis. ʒ. ii. mucillaginis pſilij. ʒ. i. miſce ⁊ cū gūmi arabico fiant
pille ut imediate ſupraſcripte. ¶ Aliud ut ſupra imediate.
Recipe ſeminū citonioꝝ. ℥. i. ſebeſtē. ℥. ſ. iuiubas numero. iiii
violarū. ʒ. iii. ſucci ligritie. ℥. ſ. maſticis. ʒ. i. ſ. bdelij. ʒ. i. amig
dalaꝝ dulciū excorticataꝝ. ℥. ſ. roſaꝝ. ℥. ii. miſce ⁊ cū dragagā
to fiāt pille immediate añ. Digerant paulatine in cerebro ⁊
pulmone flegmata ut ifra. ¶ Digeſtiuū. ℞. ſyrupoꝝ de ſtica
dos de hyſopo añ. ℥. ſ. iulep violati. ℥. i. oximellis ſimplicis
℥. ſ. aquarū betonice ordei excorticati añ. ℥. i. ſ. miſce. Euacuē
tur dicta flegmata a dictis mēbris. ℞. pillarū aureaꝝ de ie
ra pigra añ. ℈. i. agarici. ℈. i. ſalis gēme. ǵ. ii. violaꝝ. ǵ. viii. mi
ſce ⁊ cū iulep violati ⁊ ſyrupi de ſticados añ. q. s. fiāt pillule
vii. pro. ʒ. ¶ Aliud ad idē. ℞. pillarum cochiarū aurearum
agari. añ. ℈. i. ſalis gēme. ǵ. i. violarū. ǵ. viii. miſce ⁊ ſyrupi ut
ſupra. fiant pille ut ſupra. ¶ Aliud facile ⁊ uſuale. ℞. terbē
tine lote ter in aq̄ ordei excorticati. ʒ. ii. utat iſta terbētina lota
ad min⁹ ſemel oibus. xv. dieb⁹. Educat a cerebro per ſudo
rē dictū flegma ſubtile ut ifra. vꝫ. euaporet caput ſup aq̄ cali
da mediocriter ſimplici in mane ſtōcho ieiuno ꝑcedēte uen
tris bn̄ficio ⁊ extremoꝝ lotiōe. ¶ Aliud efficaci⁹. euaporet
ut ſupra aq̄ calda mediocriter in qua decoquent ifraſcripta.
vꝫ. ℞. melliloti. M. i. ſ. radicū altee radicū blitis añ. M. ſ. ſe
minū fenugreci. ℥. ſ. Et poſt ſupraſcriptā euaporationē tuea
tur caput ⁊ facies ab aere frigido. Educant per ſputū ambo
flegmata dicta ut ifra. ℞. dyadragāti. ℥. i. De hac ꝯfectiōe te
neat iter genā ⁊ maxillā ad q̄titatē auellane ⁊ ꝓpe in nocte ⁊
meli⁹ ſub ligua. ¶ Aliud ut ſupra. ℞. dyapenidiōis. ℥. i. dya
dragāti. ℥. ſ. miſce in mortario cū piſtello teneat in ore ut ſu
pra. ¶ Aliud ut ſupra. ℞. loch ſani ⁊ expti dyadragāti fridi
añ. ℥. ſ. miſce i mortario cū piſtello ⁊ teneat i ore ut ſupra.

Ad dolorē dētiū a mā frigida. Prio ſoluat cū pil
lulis coctis. deide colluat os cū ſtipti
co vino calō. vꝫ. ℞. maſticis. ʒ. ii. ſaluie. ʒ. iii. piretri çiç. dipta
mi paſſulaꝝ cubebaꝝ añ. ʒ. i. origani. ʒ. i. ſ. roſaꝝ. ℈. ii. miſce ⁊
bulliāt kl. vini. j. uermilij uſqꝫ ad ꝯſūptionē medietatis ⁊ po
ſtea colet de quo calō teneat in ore ⁊ eſt optimū ⁊ exptū mi
tigat dolorē ⁊ reſoluit mām ⁊ ꝯfortat gigiuā ⁊ dētes. ¶ Dēti
fuciū meū dētes dealbat ⁊ abſtergit ⁊ gingiuā fortificat ⁊ cō
fortat ⁊ aromatiçat. ℞. oſſis ſepie choculaꝝ albaꝝ marinaꝝ
añ. ʒ. i. ſ. pumicis. ʒ. ii. ſ. alumis aſſi. ʒ. i. ariſtologie piretri gal
le cinamomi pipis lōgi añ. ℈. ii. gallie muſcate. ʒ. ſ. iuiube. ℈. i.
miſce ⁊ fiat puluis ⁊ cū melle diſpumati quātum ſufficit in
corporet ⁊ fricent dieb⁹ alternis ſtōcho ieiuno.

Cōtra dolorē dentiū a mā frigida. Prio ſoluat cū pil
lulis cochijs calefactoriū cū pānicio camomil
la aneto abſinthio milio ſale multū ualet. collutio cuꝫ vino
calō uel aceto bullitionis ſandarace aut bullitionis piretri ca
lamēti origani pipis ſinapis etiā multū ualet. Liniat dens
dolēs cū tyriaca fiat etiam collutio oris cum aceto bullitio
nis colloquintide aut alleorum aut piretri aut ſaxifragie aut
corticum radicum capparis aut ex aceto quod multum bul
lierit in teſta colloquintide.

¶ Ad ꝯſeruandū ⁊ mūdificādum dentes ⁊ gingiuas.

Canones ꝯſeruatiui dētiū ⁊ gigiuaꝝ ſunt. x. infra
ſcripti. ¶ Prim⁹ canō. Euitet corruptio
nē cibi ⁊ pot⁹ in ſtōcho imo ⁊ oēm cibi corruptionē iuxta poſ
ſibile ⁊ ex ꝯñti nutriēda facilis corruptionis ut lac piſces ſa
litos piſces ꝑuos ⁊ ſilia poſt pōneꝫ cibi ſubtilis groſſo mor⁹
fortes feſtinos poſt aſſumptionē cibi gnimo ⁊ añ cibi deſcē
ſum de ſtōcho ſomnū feſtinū poſt cibi aſſumptionē ⁊ nutriē
da diuerſa que oia ſunt corruptionis cibi in ſtōcho effectiua
cā ul ſaltē diſpoſitiua. ¶ 2⁹ canō. nō aſſueſcat uomitui ⁊ ma
xime ſi uomeret rē acetoſam. ¶ 3⁹ canō. euitet cibaria viſco
ſa ſicut ꝯfectio de melle ⁊ ficus viſcoſas. ¶ 4⁹ canon. euitet
res duras ad frāgēduꝫ. ¶ 5⁹ canō. ꝯgelatiua dētes ſeu ſtupe
factiua euitet. ¶ 6⁹ canō. res uehemētis frigoris comedere
euitet ⁊ ꝓprie poſt aſſumptionē calidi. ſilr ea que ſunt uehe
mētis caloris maxime poſt frigidi aſſumptionē. ¶ 7⁹ canō.
euitet comedē res dētib⁹ nocentes ſua ꝓprietate ut ſunt por

ri ⁊ reliq̃ huiusmodi. ¶ 8ᵘˢ canõ. mũdificet sibi dẽtes imme-
diate post cibũ ab eo sup̄fluo qḋ ingredit̃ inter ipsos ⁊ ꝓpe
cũ ligno subtili nõ acuto ut sunt ligna infrascripta ⁊ hoc nõ
cũ multa ꝑscrutatione ne noceat gingiue uel carni que est i-
ter dẽtes uel dẽtes cõmoueat. ¶ 9ᵘˢ canõ. facta dicta mũdifi
catione immediate post cibũ ut supra lauent̃ dentes imme-
diate ut cum vinis nigris medie vinositatis nõ acetosis seu
agrestib⁹ qḋ idem est nec dulcib⁹ sed medij saporis. ¶ 10ᵘˢ ca-
nõ. fricent̃ dentes suauiter ⁊ tpe breui. nã fortis fricatio aut
diuturna destruit dẽtium humiditates nãles ⁊ ad eos trahit
reuma ⁊ uapores a stõcho ascẽdentes aut saltẽ ipsos prepa-
rat dẽtes ad hec recipiẽda. Sed fricatio cũ equalitate abster
git dentes ⁊ carnes gingiuaꝝ confortat ⁊ ꝓhibet lapides seu
gipsum circa ipsos gñari ⁊ facit oris odorẽ bonũ ⁊ cõueniẽ
ti⁹ cũ quo fiat fricatio est lignũ in quo est stipticitas ⁊ ama
ritudo cuiusmodi sunt infrascripta. Licet oleũ ro. sit fricato
rium ꝯueniens. si caliditas sit causa lesionis dentiũ ⁊ oleũ de
been ⁊ oleum de neriden. Cõpositio est necessaria si dicta ca
liditas ⁊ frigiditas sint cause mixte. Que fricatio cum dictis
oleis fieri debet cũ uadit dormitũ ⁊ p̄cedere debet fricatiões
alias fiendas cũ fricatorijs infrascriptis cũ uadit dormituȝ
⁊c̃. stõcho ieiuno alio tpe ad libitũ. Hos. x. canones explicite
collige spãles ex Auic. 7ᵃ fen tertij. cap̄ 2°. cuius rubrica de
ꝑseruatione dentiũ ⁊ ꝑtem cap̄ 3° eiusdẽ fen. rubrica de cura
dentiũ. ¶ Mũdificatiuum dentiũ ab ingredientibus cibis
inter ipsos iuxta. 8. cañ. antescriptuȝ. Sumat̃ ramus cup̄s-
si aut ligni aloes rosmarini pini uel iunipi ad libitum hic ra
mũculus subtiliet̃ ⁊ fiat flexibilis ita tñ ut nõ incidat nec sit
acutus sed tñ obtusus cũ latitudine eq̃li cũ hoc ramusculo
mũdificent̃ dentes ut supra. iuxta cañ. 8. ¶ Lotio dentiuȝ ⁊
gingiuaꝝ mũdificatiua ⁊ eorũdẽ ꝯfortatiua ⁊ tremoris ⁊ pa
ralisis mitigatiua ⁊ neruoꝝ cõfortatiua iuxta cañ. nonũ etiaȝ
scriptũ. ℞. vini noui medie vinositatis mastellum seu bren
tam vnã saluie recẽtis incise in mediocria frusta ⁊ nõ pista-
te neclota lib. j. vinũ ipm post factã exp̄ssionem ab vuis suis
immediate q̃tuor dieb⁹ cõtinuis p̄us bullire ꝑmittat̃ cuȝ ra
cemis seu graspis suis notabili bullitione. Deinde q̃nta die
dicto vino p̄us extracto ⁊ colato a dictis graspis: tũc postea
dicta saluia imponat̃ ⁊ dimittat̃ cũ ipso vino bullire usque
quo ipm vinuȝ clarũ efficiat̃ cũ hoc vino dẽtes lauent̃ post
assumptionẽ cibi precedẽte mũdificatione ipsoꝝ dẽtium iux
ta nonũ canõ. antescriptũ. ¶ Lotio alia ualẽs ad id quod su
pra. ℞. cinamomi electi. ʒ. i. masticis. ʒ. ß. gallie mus. cubeba-
rum añ. ʒ. ii. seminũ iunipi. ʒ. iii. radicis ciperi. ʒ. i. ß. foliorũ
rosmarini. ʒ. vi. Cõtundantur oĩa grosso mõ exceptis folijs
rosmarini. deinde oĩa simul misce ultimo in brenta vna vini
musti ponant̃. ʒ. vi. dicte mixture ⁊ bullire ꝑmittat̃ ⁊c̃. ut su-
pra in vino saluiato suprascripto cũ hoc vino dentes lauen
tur post assumptionẽ cibi p̄cedẽte mũdificatione ipsoꝝ iuxta
nonũ canonem añ scriptũ. utat̃ mõ ista lotione mõ alia ad li
bitũ. Fricatione dẽtiũ ⁊ gingiuarũ abstersiua mũdificatiua ⁊
ꝯfortatiua iuxta decimũ canonẽ añscriptũ. ℞. mellis partes
duas çuccari tabarçet ptẽ. j. misce. Cũ hac mixtura dentiuȝ
⁊ gingiuaꝝ in sero cũ uadit dormitũ ⁊ etiã stõcho ieiuno alio
tpe ad libitũ iuxta canonẽ decimũ añscriptũ. ¶ Aliud frica
toriũ ualens ad id qḋ immediate supra. Recipe pulueris ca
pitis leporis ad q̃ntitatẽ auellane hic puluis liget̃ in petia
linea rara subtili ⁊ cũ istis talr̃ ligatis fricent̃ dentes ⁊ gin-
giue ut supra. ¶ Aliud fricatoriũ ualẽs ad id qḋ supra. Re
cipe salis adusti ad quantitatẽ auellane mellis. q. s. pro eluua
rio misce ⁊ totũ redigat̃ in forma eluarij. Istud eluariũ lige
tur in petia cũ qua fricent̃ dẽtes ⁊c̃. ut supra. ¶ Fricatoriuȝ
aliud cõfortãs dẽtes ⁊ gingiuas. Ex tyriaca antiq̃ ad min⁹
q̃tuor annoꝝ fricatio dẽtiũ fiat cũ digitis oĩ mẽse ad minus
semel per nouẽ horas post cenã ⁊ ad minus p̄ q̃tuor horas
ante prãdiũ sup̄ qua fricatione cũ dicta tyriaca põt dormire
ad libitum. Nota q̄ per tres horas ad minus post applica
tionẽ antescriptoꝝ medicaminũ non fiat comestio nec lotio
cũ vino uel alijs rebus dicta medicamina ⁊ vigores ipsorũ
a dentibus ⁊ gingiuis abijcientibus.

¶ Cõtra alcolam.

Flobotomia fiat ex cephalica manus lateris do
lẽtis ex qua extrahant̃. ʒ. iii. sãgui
nis. eodẽ v̇o die flobotomie ⁊ duob⁹ dieb⁹ sequẽtib⁹ immedia
te eãdẽ teneat in ore pluries in die lac asininũ uel cap̄nũ: sed
melius asininũ. deinde uaccinũ. deinde cap̄nũ. hoc v̇o lac te
neat in ore frigidũ actu ⁊ ꝑmittat ipm in ore notabilr̃ calefie
ri sed ipm frigidũ pluries in ore reassumat̃. eisdẽ trib⁹ dieb⁹
etiã aliquotiẽs ⁊ pluries teneat in ore succũ extremitatis fic⁹
aut papauerũ viti ⁊ sic actu frigidũ ⁊ ut aliquotiẽs teneat in
ore dictũ lac ⁊ aliquotiẽs dictũ succũ. Si tp̄s esset ꝓportiona
bile soloni uẽtris seu farmaco assumat solutiuũ ifrascriptuȝ.
℞. pillarũ aureaꝝ. ℈. ii. agarici. ℈. i. salis gemme. g̃. i. pulueris
violaꝝ. g̃. ß. misce ⁊ cũ iulep viola. q. s. ad incorporandũ for-
ment̃ pille. vi. ul. vii. ad libitũ. Istas pillas assumat in auro
ra ⁊ cũ custodia seruãdo ordines obseruãdos in assumptio-
ne solutiui cũ custodia: qui canones explicabunt̃ dũ termi-
nabimus patientẽ dictas pillas debẽ assumẽ. 4° v̇o die a su
prascripta flobotomia cephalice si tũc debite nõ conualuit
tunc fiat flobotomia uenarũ duarũ que sunt sub ligua. Eo-
dẽ v̇o die flõmie sub lingua imediate scripte ⁊ octo dieb⁹ se-
quẽtib⁹ eandẽ teneat in ore pluries in die ad q̃ntitatẽ auel-
lane mixture infrascripte imediate. Recipe folioꝝ oliue. ʒ. ii.
sandaloꝝ spodij añ. ʒ. i. cãphore. g̃. vi. gũmi arabici. q. s. ad oi
um incorporationẽ gũmi ipm ifundat̃ per horas. XII. in aq̃
plãtaginis. q. s. ad ipsi⁹ infusionẽ ⁊ dissolutionẽ ⁊ oium simr̃
debitã incorporationẽ. deide reliq̃ pistent̃ debite. ultimo oia
simul incorporent̃ optime in mortario cũ pistello ⁊ sic igne
fiat magdaleon. Si v̇o vult medicamẽ liqdum q2 ipm sit si-
bi grati⁹ retinẽ in ore tũc dicte medicine hui⁹ recepte bulliãt
in aq̃ plãtaginis. q. s. ad ipsaꝝ debitã ebullitionẽ ⁊ oris col-
lutionẽ. ultimo hũc liquorem actu frigidũ teneat in ore cuȝ
reliquis modis ⁊ ordinib⁹ ut hic supra immediate.

¶ Contra paralisis mãlis p̄ncipiũ uertiginẽ ⁊ ꝓcliuitateȝ ad
flegmaticã apoplesiã oẽs per essentiã tales. Regimen.

Regimẽ totũ ⁊ ꝓprie nutriẽs gñaliter sit calidũ ⁊ sic
cũ in p̄ usq3 ad 2ᵐ inclusiue ad libitũ ⁊ ꝺm
necessitatẽ ⁊ ipm nõ trãscẽdat 2ᵐ gradũ. Particulare v̇o sit
ipsi⁹ totũ regimẽ ⁊ ꝓprie nutriẽs singulariter de vnaq̃q3 spe-
cie eiusdẽ regiminis ꝓprie nutriẽs ifirmũ uerbo amplo ammo
nui. ¶ Uẽtris lenitiuũ. Singulo die uẽtris bñficiũ habeat ⁊
si nõ hẽt nãliter tunc fiat aliquotiẽs tale artificialr̃ saltem se
mel in hebdomada cũ altero duoꝝ enematũ immediate ifra
scriptoꝝ ad libitũ. vȝ. ℞. brodij optime pinguis ⁊ cõplete de
coctionis carniũ pulli uel castrati sed meli⁹ pulli. ʒ. xii. vitel-
los duoꝝ numero. ij. olei lilioꝝ alboꝝ. ʒ. iiii. pulueris çuccari
ʒ. i. salis cõis. ʒ. iii. misce ⁊ fiat clistẽ. Si v̇o vult medicamẽ ali
q̃liter efficacius ⁊ tñ ṽtuti familiare tũc suprascripto enema
ti addant̃ cassiefi. ʒ. i. iere pigre. ʒ. ß. Isto clisteri seu enemate
talr̃ utat̃ stõcho ieiuno saltẽ semel in hebdomada uel ampli⁹
ad libitũ. vȝ añ prandiũ uel añ cenã per vnã horã quocũq3
tpe anni p̄terq̃ tpe calido. Quo tpe loco olei lilioꝝ alboꝝ po
nat tantũdẽ olei oliuarũ tẽperati misce ⁊ fiat clistẽ. ¶ Uen-
tris lenitiuũ efficacius p̄ori tñ ṽtuti familiare. ℞. folioꝝ bli-
tis. M. i. ß. mercurialis. M. i. sticados saluie añ. M. i. ß. vitel
lũ oui. j. cassiefi. ʒ. i. iere pigre çuccari rubei añ. ʒ. ß. olei lilio-
rũ alboꝝ. ʒ. iiii. salis cõis. ʒ. iii. herbe iste bulliãt in aqua flu-
uiali. q. s. pro debita q̃ntitate decoctionis clistẽ. deinde opti
me exp̄mat̃ ⁊ colet̃ ultimo. ʒ. xii. colature reliq̃ addant̃ ⁊ fi-
at clistẽ. Et si placuerit hẽre medicamẽ efficacius p̄ori ime-
diate uel sibi placuerit ꝑmutari clistẽ tunc isto utat̃ seruatis
modis p̄us dictis in clisteri suprascripto. ¶ Solutiuũ ⁊ ma
terierũ cõium a stõcho ⁊ intestinis eductiuũ ⁊ ipsoꝝ intestino
rũ lenitiuũ facillimũ ⁊ ṽtuti ualde familiare. Recipe cassiefi.
ʒ. ii. aque saluie. q. s. ad ipsam cassiã mũdificãduȝ ab arillis ⁊
scorsis suis ⁊ ad eãdẽ dissoluẽdã pro potione misce ⁊ fiat po

tio. Istud solutiuū assumat in mane debite calidū ꝛ post as-
sumptionē ipsi⁹ stet ieiunus tm̄ horis q̄tuor ꝛ nō dormiat in
terim nec assumat lauatiuū aliq̄d prādeatq; in dicto termi-
no. vz q̄tuor horaruz ꝛ pro ferculo comedat blites cū bora-
gine ꝛ feniculo. Itē carnes laudabiles ut hedi pulli uel vitu
li aut siles ꝛ eo saltē semel utat̄ in uere ꝛ saltē semel in autū-
no. ¶ Solutiuū ꝛ materierū coium eductiuum ut supra so
lutiuo suprascripto efficaci⁹ v̄tutiq; familiarius ꝛ gratius.
Recipe māne electe. ʒ. i. aque saluie. q. s. ad ipsaz mām dissol
uēdā. deinde colādā pro potiōe misce ꝛ fiat potio. Si v̄o me
dicamē delitiosius ꝛ v̄tuti gratius affectat aut etiaz medica-
mē pmutare vult tunc illud māna assumat seruatis modis
ſ̄pus dictis in assumptione solutiui immediate suprascripti.
¶ Digestiuū facile ꝛ usuale ꝛ ɔfortatiuuz cerebri ꝛ musculo
rū. ℞. aque mellis facte ſm cano. ad hoc. q. s. pro decoctiōe
infrascriptoꝝ triū. saluie ptes. ii. maiorane ptē. s. rosmarini p
tē. j. Incidant̄ minutim deinde simul bulliāt usq; ad cōsum
ptionē ʒᵉ ptis ipsius aque. ultimo exp̄mant̄ ꝛ colent̄ optime.
Istud digestiuū debite calm̄ assumat in aurora plurib⁹ die-
bus ɔtinuis ꝛ ṗprie usq; ad diē. 14. deinde post ipsi⁹ assum-
ptionē stet ieiunus horis q̄tuor ꝛ interim dormiat per vnaz
horā ad lōgius ꝛ nō ultra. ¶ Nota attēte q̄ supradicto leni-
tiuo ꝛ solutiuo mā̄erū coiuz digestiuo ɔfortatiuoq; utat̄ us-
q; ad q̄rtā diē ab instāti initiantē morbū ip̄m imo usq; ad se
ptimū q̄nimo usq; ad decimūquartuz diē ſm aliquos ꝛ in-
teriz nō utat̄ medicinis alijs efficacib⁹ solutiuis nec alterati
efficacib⁹. ¶ Nota q̄ nullā infrascriptaꝝ medicinaruz assu
mat ifirmus usq; ad. 14. diē ꝛ hoc usq; ad illud de mirabo
lanis kebulis ɔditis. ¶ Solutiuū minoratiuuz facile usua
le. Recipe pillaruz de iera simplici. ℈. i. pillarum alefangina-
rum agarici an̄. ℈. i. salis gēme ςinςib. an̄. ğ. i. misce ꝛ cū elec.
indi. q. s. ad incorporandū reforment̄ pille. vii. pro. ʒ. Istaꝝ
pillarum assumat. ℈. ii. in aurora ꝛ post ipsaꝝ assumptionē
stet imediate in lecto per vnā horā cum dimidia ad ampli⁹ ꝛ
interiz dormiat per horā vnā ꝛ post dictū terminum surgat
aut dormiat siue nō ꝛ cū surrexerit ptim deambulet ptim se
deat ſm q̄ est sue nature ɔueniētius ꝛ iterim cū pāno suaui
ter calido fricet his uētrē ꝛ stōchuz ꝛ plus uersus dorsum fri
catione suaui. vnde ip̄m pānū suauiter calm̄ teneat super di
ctis mēbris ꝛ stet in tenebra aut saltē pauco lumine ꝛ nō as-
sumat lauatiuū aliq̄d ꝛ stet ieiunus post ipsaꝝ assumptionē
horis. v. ꝛ in dicto termino prādeat ꝛ comedat pro ferculo
blites cum boragine ꝛc̄. ut dcm̄ est supra. ꝛ hoc solutiuuz tali
ter assumat semel in uere ꝛ saltē semel in autūno. ¶ Digesti-
uum. ℞. syrupi de sticados. ʒ. i. oximellis simplicis. ʒ. s. aq̄ꝝ
saluie. ʒ. i. s. hysopi. ʒ. i. absinthij. ʒ. s. misce. Istud digestiuum
assumat in aurora debite calm̄ q̄tuor dieb⁹ ɔtinuis in uere ꝛ
totidē in autūno ṗus an̄ dictos q̄tuor dies semꝑ assumat so
lutiuum imediate antescriptuz ꝛ stet ieiunus post assumpti-
onē hui⁹ digestiui trib⁹ horis ad minus ꝛ interiz dormiat ꝑ
vnam horā aut duas ad amplius. ¶ Solutiuum eradica
tiuuz. ℞. pillarum de iera pigra ſm receptā ꝓrime infrascri
ptā pillarum fetidaruz agarici an̄. ℈. i. salis gēme. ğ. i. ςiςib.
ğ. misce ꝛ cum elec. indi. q. s. ad incorporādum forment̄ pil-
lule. vii. pro. ʒ. Istarum assumat. ℈. ii. in aurora seruatis mo
dis descriptis supra in assumptione minoratiui ṗterq̄ in ter
mino q̄nque horaꝝ post ipsarum pillarum assumptionē as
sumat pro lauatiuo vnum cyathum aque ordei excorticati
calide sine ςuccaro. deinde post vnā horaz prādeat ut supra.
has v̄o pillas taliter assumat post cōpletam assumptionem
digestiui suprascripti. ¶ Pille de iera pigra de q̄bus fit mē
tio in recepta suprascripta. ℞. spērum iere pigre Gal. ptez. j.
aloes succotrini elu̾a. ptes. ii. misce ꝛ cuz syru. de sticados. q.
s. ad incorporādum fiat magdaleon pro pillis formandis.
Iste pille ponant̄ in solutiuo eradicatiuo suprascripto mō
ꝛ ordine ibi posito. ¶ Solutiuuz ꝛ eradicatiuum. ℞. ierarū
hermetis dyacollogntidos an̄. ʒ. i. agarici. ℈. i. salis gēme ςin
ςib. an̄. ğ. i. aq̄rum saluie maiorane an̄. q. s. misce ꝛ fiat potio.

Si v̄o solutiuū imediate an̄scriptū pmūtare voluerit aut po
tius affectat potionē q̄ pillas tūc istaz potionē assumat cuz
modis sup̄ius scriptis in assumptione solutiui sup̄ioris era
dicatiui. ¶ Diuersiuū efficaci⁹ imediate. ℞. folioꝝ blitis mer
curialis an̄. M. i. sticados saluie maiorane an̄. M. i. s. cētau
ree minoris. M. i. corticum agarici ligatoꝝ in petia linea. ʒ.
iii. siseleos. ʒ. s. vitellum oui numero vnū. cassiefi. ʒ. s. iere pi
gre ςuccari ru. an̄. ʒ. s. olei lilioꝝ alboꝝ. ʒ. iiii. salis coīs. ʒ. iii.
herbe cortices agarici bulliant̄ simul in sufficiēti quantitate
aque fluuiali. q. s. pro enemata uel enematibus. deinde opti
me exp̄mant̄ ꝛ colent̄ ultimo. ʒ. xii. dicte colature reliq̄ om-
nia addant̄ ꝛ fiat clistere. Si v̄o indiget diuersiuo efficacio
ri immediate tūc isto enemate utet̄ stomacho ieiuno ꝛ ṗp̄e
in mane cū necessitas ad hoc impellit. ¶ Euacuatiuū ꝛ ṗp̄e
a stomacho. Uomitus fiat cū uomitiuo descripto in recepta
immediate infrascripta stomacho repleto cibarijs diuersarū
formarum ꝛ v̄tutuz. videlicet ipsis cibis viscosis alijs v̄o in
cisiuis subtiliatiuis ꝛ alijs abstersiuis oībus his cōmixtis
in dicto prādio: hūc v̄o uomitiuū dicta hora sibi ꝓuocet tūc
assumendo uomitiuum tepidū immediate infrascriptū. vꝫ.
Recipe decoctionis raphani radicū aneti ꝛ rosaꝝ ad minus
ʒ. viii. aneti acuti multū. ʒ. i. s. olei sisamini aut saltē oliuaruꝫ
acuti gustus ꝛ fetidi aut saltem nō suauis odoris. ʒ. iii. ipa de
coctio ṗmo colet̄. deinde oīa simul misce. Istam decoctionē
uomitiuā assumat tepidam in modum lactis dum mulget̄
ab ubere ꝛ nō calidum nec frigidum semel in mēse per vnā
horā ad minus ꝛ nō amplius per vnā horam cum dimidia
post prādium ꝛ isto uomitiuo utat̄ singulo mēse semel ꝛ eo ta-
liter uti incipiat per vnum mēsem post assumptionē soluti
ui eradicatiui suprascripti. Si v̄o vult efficacius medicamē
tunc in dicta radice imponat ellebori albi. ℈. s. que sola quā
titas etiā sic diuisa ꝛ posita in pluribus ptibus ipsius radicis
ꝛ taliter infusa horarū quatuordeciz remaneat. deinde ex ip
sa ꝛ alijs suprascriptis fiat decoctio ꝛc̄. ultimo fiat potio ut
hic an̄. Alio uomitiuo utat̄ ut supra si vult hēre uomitiuum
efficacius suprascripto. ¶ Caputpurgium per nares attra-
hendum. Recipe aque maiorane. ʒ. ii. succi foliorum blitis
ʒ. i. nucis muscate gra. v. ςuccari cādi. pulueriςati. ʒ. i. s. pul.
pul. deinde simul misce huius liquoris seu caputpurgij te-
pidi in modum lactis dum mulgetur ab ubere attrahat ali
quātulum per nares ante prandium stomacho ieiuno per
vnā horam tribus dieb⁹ tm̄ in vna hebdomada singuli mē-
sis ṗterq̄ tēpore estatis ultima parte ueris ꝛ ṗma pte autū-
ni ꝛ eo similiter uti incipiat octauo die post assumptionē so
lutiui suprascripti eradicatiui. Et eodem modo utat̄ caput-
purgijs per nares attrahendis infrascriptis. Si v̄o vult me
dicamē efficacius tunc loco dicti ςuccari ponat mellis tātū
dem. Si iterum vult hoc medicamen efficacius tūc loco suc
ci folioꝝ blitis ponat succi radicum blitis tantūdem. Si v̄o
vult medicamen iterum efficacius tunc addat suprascripto
medicamini māna. Si iterū vult medicamē efficacius tūc ad
dat̄ pulueris ireos. ʒ. s. misce. Caputpurgiū masticatorium.
Recipe masticis albi lucidi thuris electi an̄. ğ. iiii. misce. Si
v̄o vult medicamen pmutare tunc de hac mixtura quantita
tem ad libitū masticet spatio vnius q̄rte hore stomacho ieiu
no mane per duas horas ante prādium ad minus semel in
spatio. xii. dierum. hec v̄o masticatio dicta in casu nostro est
utilis nisi timeat̄ descensus catarri ad pectus: q2 tunc ex tali
masticatiōe augeret̄ in quo casu dimittat̄. Si v̄o medicamē
cōgruit efficacius tunc dictis mastici ꝛ thuri addat̄ nigelle
ğ. v. cubebaꝝ. ğ. ii. terbētine. ʒ. i. mellis. ʒ. iii. cere citrine noue
q. s. ad incorporādum misce ꝛ fiāt pillule pue. Istas pillulas
masticet ut hic immediate supra. Si v̄o vult medicamen ṗo
ri efficacius tunc ipsi addat radicum piretri ponderis gra.
viii. pulueriςāda pulueriςent̄. deinde omnia simul misce ꝛ
masticet ut supra. ¶ Caputpurgiū gargarisma. Recipe oxi
mellis simplicis aque maiorane an̄. ʒ. ii. cubebarum. ʒ. i. mi-
sce. Si v̄o medicamen leuius caputpurgio immediate su-

Eposita igit ea theriaca que absqꝫ feris ꝯficit: ea vō asūpta que cū ferarū carnibꝰ ꝯponit: disputādū puto que nā sit ea fera ex qua theriace ꝑficit ꝯfectio. Et cū latini fere oēs qui de re hac aliqd dixerunt: peccatū aliqđ lꝫ alter altero grauius: deliquerint: idcirco in primis rei ueritas discutienda. qua discussa eoꝝ peccata facile erit corrigē. Huius igit indagationis initiū hinc accipiēduꝫ puto. vꝫ vnde nā cognitio fere theriacā ingrediētis mutuāda sit. an videlꝫ a noie theriace seu theriacaliū pastilloꝝ: uel potius ab aliquo alio sumi debeat. Dicimus ergo ꝙ nō a noie theriace nec pastilloꝝ theriacaliū ꝑfatuꝫ aial cognosci ualet. per illa eniꝫ noia solū accipimus ferā: per hoc nomē grecum θηριον thirion significatā θηριον thirion eniꝫ grece latine fera. hec aūt cognitio nimis gn̄alis est: nisi que sit illa fera dignoscat. q̄re lꝫ euitāde importunitatis cā ne etiam nimis in noie curiosus videar: hoc ꝯcedat: ꝙ a ꝯponēte hec noia q̄dāmodo sumpta sint: nō ea ꝓpter ab illis noibus plena ipsius aialis theriacā ꝯficiētis habebit cognitio. sed gn̄alis sola Ab alio igit necesse est ipm plene cognoscere aial ꝙ a nomie theriace uel theriacaliū pastilloꝝ. est eniꝫ ut dixi nimis generalis cognitio que ab illis noibus ꝯcessa est. sed spālis ac plena huius aialis cognitio a ꝑfatoꝝ trociscorū ꝯpositione sumit. Sapiētes eniꝫ eos ꝯponētes trociscos nō generali ꝯtenti sunt noie: sed nomē aialis ꝓpriuꝫ liqdo expssere. dicentes. Accipe vipas. Dioscorides eniꝫ scripsit. Vipe caro cocta si comesta fuerit ⁊c̄. Et parum post. Oportet aūt postꝙ decoriaueris ipam abscindē caput ⁊ caudā ⁊c̄. Plinius etiam dixit. Fiunt a vipa pastilli qui theriaci uocant a grecis. Galenus etiā ad Pāphiliū ait. Paniculi vō theriacales sic construunt. accipe echias flauas. echis enim grece ⁊ echidna viperā significat. De cōmoditate etiam theriace post sqlliticos paniculos dixit. Deinde post hec opꝫ accipe echidnas q̄t sufficiāt ⁊c̄. Joānes etiā Serapionis filius scripsit. Factura trociscorū de vipis. qn̄ nos recedimus a reliqs spēbus serpētum eligimus ex eis genus noiatuꝫ vipa. Rasis etiam in Almāsore ait. Trocisci de vipis. sumant vipe femine. Auicenna etiā qnto sui canonis libro. Ars trociscorū de vipis. Accipiant vipe cū est finis ueris. Ex qbus liqdo patet nō ferā in genere ex eorū ꝯpositione sed vipas in specie sumendas ꝑceptū fuisse. Quare a trociscorū ⁊ theriace ꝯpositione nō a theriace noie siue theriacaliū pastillorū aial theriacam ingrediēs cognosci debet. per illorū eniꝫ ꝯpositionem viperā. ⁊ per illorū noia solum ferā cognoscere ualemus. Ut igit dignosci possit que sit vipa: ⁊ ab alijs discernat serpentibꝰ de ipsis serpentibus necesse est pertractare.

¶ De diuisione trium noium. s. aial. fera. serpens. ⁊ de triplici aialium uenenatoꝝ naturali gradu: ⁊ alijs diuersitatibus ueneni ab accidentibus sumptis.



Um de serpentū spēbus ut ex ceteris sola eligat vipa disputāduꝫ sit: ad horum certā doctrinā utile fore existimo quorūdaꝫ noiuꝫ diuisiones in serpētis nomē terminantes: ⁊ serpētum in gradus diuersos ptitiones ꝑdocendas esse. Dicimus igit cū Aristotele cū alibi pluries tū libro de aialium ptibus: ꝙ aial ex pte sui motus q̄drupliciter diuidat. in gressibile qđ pedibꝰ gradit ut homo. in uolatile quod alis uolat. ut palūbes. in natantia ut pisces. ⁊ in reptile animal qđ uentre serpit absqꝫ pedibus. ꝑꝙ a nā concessum fuerit vnum aial duobꝰ posse uti bn̄ficijs. Depositis igit tribus solū reptile nr̄e nunc sit cure. Dicimus etiā ꝙ aial aliud fera dicit. alia animalia cicures siue nō fere. Fere dicunt animalia que dentibus uel ictu in alia sceuiunt aialia. Non fere vō ꝯtrarie. māsuetudine enim quadā a nā predite sunt. Fera etiā distinguit, nā alia est que uenenata dicit. ut basiliscus. aspis. vipa: que humane nature ac aialibus ueneno infesta cognoscunt. Alia vō sine ueneno ut leones canes nō rabidi. Fera uenenum hn̄s alia est reptilis ut aspis. alia vō alio incedens motu. ut scorpio lacerta ⁊ similia. Repētia sunt ea que serpētes alio uocant nomine. de qbus solis alijs abiectis habendus est sermo. Hec igit nomina. animal. fera. serpens. ꝫm magis ⁊ minus cōmune se habēt adinuicem. Nā sub aiali est fera. sub fera aūt est serpēs. sub serpēte aūt plures sunt spēs: de qbus nunc agēdum est. Jd aūt qđ de ijs serpētibus anteꝙ ad vnamquāqꝫ earum fiat accessus ptractanduꝫ puto: sunt eoꝝ in ueneno gradus diuersi. Sunt enim nonnulle que ad tres usqꝫ horas post ictum necāt. ⁊ hic ꝑmus uenenatoruꝫ dicit ordo. ut basiliscus. aspis. ⁊ alie plures. Sunt ⁊ alie que paruo admodū aut nullo nocēt ueneno. ut anguis in italia. qui cum morsum uenenatū non habeat ira cōcitatus fit uenenatus. in quo etiā genere nonnulli ponunt dracones qui solo morsu vulnere potiusꝙ ueneno uel forte pauco nocēt. ⁊ iste sit ordo tertius. Secūdus aūt inter hos terminos medius earū est que usqꝫ ad septimam horam differunt necem ut in dicēdis fiet manifestum. Hec igit sit serpētum a ꝓpria natura sumpta diuersitas. Non paruam quoqꝫ ab alijs ꝙ a ꝓpria natura serpētes in gradibus uenenoꝝ capiunt diuersitatem. sicuti a regione loco sexu. animi passionibus. repletione uel inanitione. tēpore anni. A regione qdem ⁊ loco. quoniam loca mōtuosa aspera ⁊ regio calida nimis uenenosissima ꝓducit animalia. de hoc enim Aristoteles octauo de hystorijs animaliū libro dixit. Morū etiam diuersitatem loca efficiūt. ut montana ⁊ aspera suas bestias reddunt ⁊ aspectu efferatiores ⁊ viribus robustiores ꝙ plana ⁊ molliora. ⁊ parum post hoc. Anguiū quoqꝫ ictus per loco plurimū differunt. aspis enim anguis ex quo medicamētum illud putrificum cōponunt in affrica gignit cuius ictui nulluꝫ remediū est. Cornelius etiam Celsus libro qnto cū de aspide ceraste. dapsade. emoroide. chelindro locutus esset: subiunxit. Uerum hec genera serpētum ⁊ peregrina ⁊ aliquāto magis pestifera sunt: maxime que estuosis locis gignunt. italia frigidioresqꝫ regiones hac quoqꝫ pte salubritatem habent ꝙ minus terribiles angues edunt. Strabo etiam inquit. Animalia quoqꝫ sua habet ichneumoneꝫ ⁊ egyptiam aspidem: que ꝓprium quiddam habet pter alias alioruꝫ locorum. affrica enim animalia ꝓducit uenefica que alibi uel paruū uel nullum habēt uenenum. ⁊ hoc suo contingit caloris feruore. de quo Lucanus inquit. Uos quoqꝫ qui cūctis innoxia numina terris Serpitis aurato nitidi fulgore dracones. Letiferos ardens facit affrica. A sexu. quoniam masculi sceuiores sūt feminis. lꝫ forte femine pluribus dentibus plura infigāt vulnera. A repletione vō ⁊ inanitione quoniam que ieiune sunt pnicatiores sunt. Jnde Celsus. Jllud ignorari non oportet omnis serpētis ictum ⁊ ieiuni ⁊ ieiuno magis nocē: ideoqꝫ pernitiosissimi sunt cum incubant. hac etiam de causa vipere quas ad pastillos uenant theriacos incarcerari minime debent. sed captis ijs mox interfici. Ab anime vō passionibꝰ eo ꝙ irati maiori inficiunt ueneno. inde Plinius. Anguis q de sui natura minime uenenosus est cum ira concitat uenenatus efficit. capitur autēꝫ hic anguis non ꝓut cōmune nomen est ad serpentes: sed pro vna serpētum specie hominibꝰ satis familiari. ijs itaqꝫ in cōmuni quodā sermone de serpētibus pertractatis: ad vnāquāqꝫ spēm nunc descendēdū est. eas tamen sic discutiendo ut intranea ⁊ externa disponātur accidentia. uoco autē intranea ea que serpentis corpori insunt. externa vō accidentia hos uoco effectus quos extra in alienum ab eis efficiunt corpus. Adducam etiam nomina que latinis familiaria sunt lꝫ forte a grecis tracta. Corrigam quoqꝫ ea nomina que in libris arabicis in latinam deducti sunt linguam corrupta reperiunt. non pretereundo etiā grecos corrigam auctores qui idem animal diuersis nūcupatū

nominibus vitio forte quandoqz interpretum diuersa esse putauerunt animalia. Jis enim satis ad ulteriora fiet acces sus. Nec mireť quis si de solis hic agam serpētibus: phalangias scorpiones lacertas rabidū canem ⁊ talia pԏermittēdo. nō enim de oi uenenato agere est mihi mens animali: sed de serpētibus solis. ut eam serpentis spēm eligere ualeamus ex qua illa gloriosa theriaca cōfecta fuit a senioribus.

¶ De serpentū notitia ex signis exterioribus ⁊ interioribus sumpta. Et pmo de basilisci notitia.



Asiliscus serpens est a regis nomie nomen assumens βασιλευς eniz grece rex latine. hic eniz regali noie: ueneno: ⁊ scribendi ordine: ceteros merito antecedit. Interiora signa. Color eius ad nigredinem ⁊ citrinitatē decliuis. super caput: qđ caput habet acutū: maculas in modum diadematis habet candidas. habet ⁊ oculos rubeos. lōgitudo ingt Solinus semipedalis. Auicēna vō dixit eē duorum palmorum. Externa signa. Omne animal sibi ppinquum terreť ⁊ stupefit. imo sibilo ⁊ visu certa interficit distātia. morsu etiam ⁊ tactu necat. olim lancea qspiam eum tangens: ueneno lanceam subeunte mortuus est ipse ⁊ equs: eo milite equm tāgente. cum vō momorderit animal moriť statim corpore liquefacto ⁊ inflato. Quinetiam moriť tangēs ab eo mortuuz animal. imo qđ plus est terram polluit ⁊ exurit. herbas extinguit. arbores necat. ppinquas auras corrūpit. ita ut aues illac uolantes decidāt ⁊ pereant. Dicitur q media parte serpit: anteriorem medietatem excelsus deferēs. Mustelle sole ijs obstant. tunc potissime cum esu rute a uenenose tueanť. lz hoc de aspide alij dixerint. Nascitur in cirenaica libie prouintia. De hoc serpente Lucanus ingt. Sibilaqz effundens cūctas terrentia pestes. Ante uenena nocens late sibi submouet omne: Uulgus ⁊ in uacua regnat basilisc9 harena. Et alibi. Quid prodest miseri basiliscus cuspide muri Transactus. uelox currit per tela uenenum. Inuaditqz manum quam protinus ille retecto: Ense ferit totoqz simul demittit ab armo. Plinius libro. 29. dicit olfatu interficere ⁊ eū serpentes fugere. De hoc etiam serpente Nicāder poeta grecus libro theriacoꝝ metro scripto: cecinit. Et plurimi tā philosophi q medici ⁊ Galenus ⁊ alij de hoc scripsere serpente. Et est de pmo uenenatoꝝ genere pmum animal.

¶ De notitia serpētis dicte cathoblepas.

Cathoblepas qsi deorsuz aspiciēs spēs est. Interna. Eius lōgitudo sm Auicēnam est a cubito vno usqz ad cubitū ⁊ semis. lz hoc aliorum auctoritate dixerit: alij vō dixerunt modicam esse feram. Caput pregraue egre ferens idqz deiectum semper in terram. inde cathoblepas diciť. ⁊ ceteris membris iners. Externa. Morsu visu ac sibilo ut basiliscus necat. animal enim ab eo percussum dissolutū moritur. quinetiam moriť quod ei vicinum fuerit. Nascitur in hesperia ethiopie prope fontem qui nigris dicitur nili caput ut aliqui putant. Hunc serpentem Auicenna libro canonis quarto harmene uocat. Et hec in pmo est uenenatorum genere.

¶ De notitia aspidis serpentis.

Aspis serpēs est. Interna. Color eius cineritius: ad acuitatem decliuis. oculi eius appme luminosi. Collum tumidum. Lōgitudo a tribus usqz ad quinque cubitos. Nicander vō ut etiam Strabo refert: aspidis vnaz dicit esse spēm que palmaris est. ⁊ hec celerius interficit. alteraz vō passus lōgitudine. Cutis eius aspera ⁊ sicca. inde dicitur aspis sicca. Oculos natura habet hebetes nō in fronte sed in tēporibus. auditu itaqz sepius q visu excitať. Externa. Color pcussi alterať. Mēbrorum stupefactio ⁊ frigus. plurimus singultus. ⁊ uehemēs dolor. ⁊ tandem somni pfunditas. ⁊ palpebrarum clausio. de qua Lucanus. Hic que pma caput mouit de puluere tabes. Aspide somniferam tumida ceruice leuauit. Plenior huic sanguis ⁊ crassi gutta ueneni. Decidit in nulla plus est serpente coactum. Ubiqz nascitur. sed que in libia aliquid in se habet singulare de quo ait Aristoteles octauo de animalium hystorijs libro. Aspis eniz anguis ex quo medicamentum illud putrificū componunt. in affrica gigniť. cuius ictui nullum remedium est. Et Strabo de affrica loquens dixit. Animalia quoqz sua habet ichneumonē ⁊ egyptiam aspidem que ppriuz quoddam habet preter alias alioꝝ locoꝝ. ⁊ est in pmo uenenatoꝝ gradu.

¶ De notitia serpentis expuentis.

Pthias a pthio qđ est expuo: eo q obuianti sputum obiciat uenenosum. Hec est aspidis species inde Plinius de urina loquens. Uerum ex ijs que referre pbas sit: impubium puerorum cōtra saliuas aspiduz quas pthiadas uocant quoniam uenena in oculos hominum expuant. Interna. Color eius uti color superioris aspidis: eius lōgitudo est usqz ad duos cubitos. Externa. In initio quandoqz intestinorum sentit dolorem. ⁊ cogit egruz ad uomitus puocationē. sequunť etiam accidētia pfata de aspide. ⁊ colli torsio ⁊ spasmus ⁊ inordinat9 pulsus. que serpens non expuendo solum sed etiam mordēdo interficit.

¶ De notitia serpentis hyrundinis.

Hyrundo serpens est. Interna: hyrundinis habet colorem. inde hyrundo diciť. Longitudo est cubiti vnius mensura. Externa. Magnitudo doloris. Immensus cordis pulsus. Corporis alteratio. Mēbrorum frigus ⁊ stupor. Somni profunditas. ⁊ palpebrarū clausio. est de uenenatis in ordine primo. cum ante duas interficiat horas.

¶ De notitia cerastis duo habētis cornua.

Cerastes diciť ab hoc nomine qđ est κερας ceras qđ latine cornu significat. Sunt aūt duo serpentū genera habentiū cornua. quedam enim quaterna cornua habēt geminata. ita ut octo uideanť cornua. qđ visu iocūdum apparet. Alia vō duo tm̄ habent in capitis anteriori parte cornua. lz de ijs aliqbus maiora aliquibus minora reperianť cornua. minora quippe cū post casum maiorū maiora subcrescant. Interna. Sunt due prefate super caput eminētie. color est cineris color. sub uentre squamme sicce super terram in incessu stridentes. Dentes equales. longitudo ab vno usqz ad duos cubitos. Externa. Dolor ictus est tanq acus aut clauis infusi dolor. Et corpori grauitas maxima succedit. labia inflātur. accidit uertigo. oculorum tenebrositas. ⁊ ratio destruitur. Et est de primo uenenatoꝝ genere. Reperti sunt etiam serpētes: duo habētes cornua: thebas sacri dicebantur: hominibus minime noxij. de quibus Herodotus in secūdo ait. At circa thebas sunt sacri serpentes nihil omnino hominibus noxij. pusillo corpore. binis præditi cornibus: e summo uertice enatis. quos defunctos in iouis ede sepeliūt. huic eniz deo sacros illos esse predicant.

¶ De notitia cerastis quater gemina habētis cornua.

Aliud vō genus cerastis earum est serpētum: que quater geminis redimūtur cornibus. Interna. Sunt octo prefata cornicula. de quo Plinius. Cerastes corpore eminere cornicula sepe quadrigemina quorum motu reliquo corpore occulto sollicitent ad se aues. Solinus etiā. Ceraste prefert quadrigemina cornicula. quoꝝ ostentatione ueluti esca allicitas aues perimūt. nam reliqua corporis de industria harenis tegit. nec ullum indicium sui prebent. nisi ex ea parte qua inuitatis dolo passeribus necem perpetuaz aucupētur. Spina eius cartilaginosa ac flexibilis. inde Lucanus. Spinaqz uagit torquēte ceraste.

¶ De notitia emoroydis.

Emoroys est serpens nomen trahens ab effectu. aema enim grece sanguis reo vō fluo. Interna. Huius serpētis color est harenosus: punctis nigris ⁊ albis insignitus. magnitudine minor est viperis. Caput ⁊ cauda sunt minuta. eius cutis aspera harenosa. eius lōgitudo est cerastis lōgitudo: duo habentis cornua. ⁊ q̄uis earum color sit plurimum harenosus quādoqz tamen sunt

nigri rubei z albi coloris. z super eorum capita sunt squamme albe incise. z eorum incessus est cum strepitu, qualis fit cum folijs: maxime siccis. hoc autem fit ex nimia corticum suorum uetrium siccitate. Motus etiam illius serpentis est tardus: ponderosus: z dentes habet equales. Externa. Huius serpentis morsu sanguis vndequaqz fluit. nec sisti ualet. Qua enim parte liquor natura fluere solebat: ea sanguinis psilit vnda. Dissolutis etiam uenarum orificijs sanguis inde omnis emanat. Ex spiritualibus membris sanguinis sputũ ex oculorum angulis cruor. ex stomacho fit sanguinis uomitus. fit enim in stomacho dolor incessabilis. Et percussus locus apostemat, denigratur. z ex eo res parua currit: z aquosa. Uenter soluitur. constringitur anhelitus. Urine difficultas. Uocis abscissio. Mẽbrorum mollificatio. Oblivio. spasmus. Cadunt dentes: z moritur patiens. hos serpentes haffudium z sabrin uel tale simile nũcupauit Auicẽna. De qua serpẽte Lucanus scripsit. At non stare suum miseris passura cruorem. Squamiferos ingens emoroys explicat orbes. Rursus. Impressit dentes emoroys aspera tullo. Utqz solet pariter totis effundere sanguis Coritij pressura croci sic omnia membra. Emisere simul rutilo pro sanguine virus. Sanguis erat lacrime quecũqz foramina nouit. Humor ab ijs largus manat cruor ora redũdant. Et patule nares sudor rubet omnia plenis. Membra fluunt uenis. totum est pro vulnere corpus. Hunc serpẽtem in pmo uenenatorũ posuerunt ordine.

¶ De notitia serpentis qui dicitur seps.

Seps serpẽs a sipo quod est putreo dicitur: quasi morsu animal putrefaciens. hunc uocat Auicenna selsir. leui enim ictu tota putrescit caro. Interna. Caput ei⁹ est latum. Collum paruum. cauda breuis. rotundus uenter. magnitudo ad cubitũ. Super eius corpus sunt linee diuersi coloris. eius incessus non est ut recte incedat sed seipsum incedit contrahendo. Externa. Morsu suo gignitur apostema cum ingenti dolore. percussi caro cõteritur. z post hec totum putrescit corpus z in virus uertitur. Et capilli cadũt. De hoc sm aliquos Aristoteles octauo de hystorijs animalium libro dixit. Serpens quidam minutus est quem aliqui sacrum appellãt quem angues permagni fugiunt. magnitudo huic ad cubitum. species hirsuta quicquid momorderit cõtinuo circiter putrescit. q̃ꝗ nõnulli uerba Aristotelis nõ de hoc: sed de basilisco intelligi debere dicãt. de quo Lucan⁹. Ossaqz dissoluens cũ corpore tabificus seps. Rursus. Sed tristior illa mors erat ante oculos, miseriqz in crure sabelli Seps stetit exiguus quem flexo dẽte tenacez. Auulsitqz manu piloqz affixit harene. Parua modo serpens: sed qua non ulla cauẽte tantum mortis habet. nã plage prima circũ fugit rapta cutis pallẽtiaqz ora retexit. Iãqz sinu laxo nudum sine corpore vulnus. Membra natãt sanie: sure fluxere sine ullo Tegmine poples erat femorꝫ quoqz musculus ois. Liqtur pro nigra distillant inguina tabe. Dissiluit stringẽs uterum membrana: fluuntqz Uiscera ne quantũ toto de corpore debet. Effluit in terras sceuũ sed membra uenenum. Decoquit in minimũ mors ꝯtrahit omnia virus. Uincula neruorum. z laterum cõtexta cauumqz. Pectus [illegible] fibris vitalibus omne. Quicqd homo est aperit pestis natura prophana. Morte patet. Manãt humeri fortesqz lacerti. Colla caputqz fluũt zc. Albertus alemanus de hoc errauit serpẽte credens selsir uocatũ ab Auicenna diuersum esse a seps. de eis distinctum faciens sermonẽ cum eadem tñ esset serpens, ueluti per sua patet signa interna z externa.

¶ De notitia iaculi serpentis.

Iaculus ab eius effectu nomen suscepit. Sũt enim serpentes quos Auicẽna uocat chafeçati z altararati. Interna. Magnitudine sunt breues minuti: ad rubedinem declinantes. calidi ualde. Externa. Sũt uelocissimi ictus. subeũt enim arbores z tanꝗ iacula obuiantibus se obiciunt z feriunt. Ex eorum morsu ingens fit dolor in loco. z ad totum procedit corpus. z mors subsequitur. De quo Lucanus. Ecce procul sceuus sterili se robore tenaci Torsit z immisit iaculum uocat affrica serpens. Perqz caput pauli transactaqz tẽpora fugit. Nil ibi virus agit. rapuit cũ vulnere fatum. Solinus quoqz de hoc ait. Iaculi arbores subeũt qbus vi maxima turbinati penetrant animal qd̃cũqz obuium fortuna fecerit.

¶ De notitia amphisibene serpẽtis.

Amphisbena serpẽs est. Interna. Duo uti qdam dicunt habet capita. lz nõnulli hoc negauerint: dicentes vnum habere caput. sed eiusdem esse grossitiei z in medio z utrisqz extremitatibus. Et qui duo ponunt capita eum dicunt circularis tractib⁹ utrinqz procedere. z inde nomen suscepisse ab amphi quod est circum z ueno quod est uado. hũc uocat Auicẽna corrupto uocabulo. anchesimen. z saliens ad duas partes: idest utrinqz procedens. De quo Lucanus. Et grauis in geminuz surgẽs caput amphisibena. Solinus etiam. Amphisibena cõsurgit in caput geminum. quorum alterum in loco suo est. alteruz in ea parte qua cauda. que causa efficit ut capite uterqz sexus nitibũdo serpat tractis orbicularis.

¶ De notitia serpẽtis dipsadis.

Dipsas serpẽs est a dipso idest sitio. eo ꝙ siti summa morsibus afficiat. Interna. Caput eius puũ. z collũ grossuz. a collo grosso gradatim ad caudã pcedẽs subtilem. Color postremi eius usqz ad caudam ad nigredinem decliuis. Eiusqz longitudo est palmi vnius: z super ei⁹ corpus plurima cernũtur uestigia nigra. in incessu suam q̃tit caudam. Externa. Eius ictus animalis corpus z uentrem incendit z adurit. sitimqz ualidissimaz inducit. adeo ut aquam bibens plurimam adhuc bibere nõ cesset. nec liquor ullus sudore aut urina exit. Inflatur potius uenter totus. z bibita aq̃ per uenas corporis z loca currit uacua. De hoc serpente Lucanus ait. Signiferum iuuenem tireni sanguinis auluz. Torta caput retro dipsas calcata momordit. Uix dolor aut sensus dentis fuit ipsaqz leti. Frons caret inuidia nec quicꝗ plaga minatur. Ecce subit virus tacitum. carpitqz medullas. Ignis edax: calidaqz incẽdit viscera tabe. Ebibit humorem circa vitalia fusum. Pestis z in sicco linguam torrere palato. Cepit dissessos iret qui sudor in artus. Non fuit atqz oculos lacrimarum uena refugit. Non decus imperij non mesta vita catonis. Ardentem tenuere virum qn spargere signa auderet. totisqz furens exqreret aruis. Quis poscebat aquas sitiens ne corde uenenum. Ille uel in tanaym rodanum padumqz arderet. Nilumqz bibens per rura uagantem. Nec sentit fatiqz genus mortemqz ueneni. Sed putat esse siti. Huius serpentis Plinius reminiscitur dicens. Unedenes serpentum uenenis resistunt: maxime sepis dipsadis z vipere. Et alibi. Illita scilicet lauri folia cortex z baccis serpentum uenenis resistunt maxime sepis dipsadis z vipere prosunt.

¶ De notitia serpẽtis dicti chersidros.

Chersidros serpens est: ab hoc nomine chersos dictum. quod terram proprie incultam significat. z idor aquam. eo ꝙ in terra z aqua communiter conuersetur. Interna. Minor est surda alesilati inqt Auicẽna. z latioris capitis z eius morsus deterior z nocibilior. Externa. Ab eius morsu ingens dolor incipit. z inflãmatur. post hoc viridis fit locus. z corrodit. ad hec uertigo accidit. cholere fetide uomitus. inordinatus motus. virtutis debilitas. Et est de pmo uenenatorum genere. cum ut plurimum in tertia perimat hora. Et si forte euaserit tunc fuit cũ aquosus momorderit. tunc enim minus est pernitiosus: uel forte euadit qa patientis virtus fortis. z lz ab eo forte euaserint ueneno: ab alijs tamen non euadent morbis. in quos ex eius morsu sepe incidunt. Hunc serpentem scriptorum errore in qnto canonis libro reperio scriptum. kedusuolurus. in eodez etiam capite andrius reperitur. sed andrius nihil ad

hoc pertinet capitulum. est enim corruptum nomen cu endris siue enidris dici debeat. quod est serpentis nomē in aq̄ habitantis. Nam en idem quod in. idor aqua. De illo chersidro serpēte dixit Lucan⁹. Nat⁹ et ambigue coleret q sirtidis arua Chersidros. ¶ De notitia hidre.

Hidra feminei: hidrus masculi: nomen est serpentis cuiusdam. qui aquam colit. Chersidros autez ille erat serpens qui terram et aquam habitabat. quis Auicēna dixerit endrim esse cum in aqua habitaret. chersidrum cum in terra. quod de chersidro falsum est uti superius diximus. Dubitat enim Auicēna in eodem capite de hidra: an idem sit cum endri. dicimus ad hoc q nomen hoc nobis indicat. Endris enim uel enidris. in aqua significat. En grece. in latine. idor vo aqua. a quo nomine idor hidrus et hidra deriuantur. Huius autem serpentis in aqua habitantis internum signum est q anguium est pulcherrima. Externa. Locus ictus tumescit et eius tumefactio dilatatur. et color loci percussi offuscatur. a quo plurima humiditas fetida ualde et nigra egredit̄ et eius curatio prolongat̄. et fit difficilis. Fingit̄ quoqz hidra monstrum in lernea palude multorz capitū cui tot adnascebant̄ quot amputabant̄ capita. pnitiosa res hominibus. demum ab Hercule ictu claue pcussa fuit. post hoc sagittis ferijt. nouissime eam igne in solitis cauernis cō clusam penitus consumpsit.

¶ De notitia serpētis scitale dicti.

Scitale serpens est. Interna. Uarietate tergi tanta prefulget: ut notarum gratia uidentes retardet ab itinere. Incessu piger est. inde quos sua motus tarditate assequi negt: miraculo sui capit stupentes. ut ingt Solinus. Calidus est hic serpens adeo ut solus inter serpentes suas exuuias nō ad uer aut autūnū ut cetere serpētes deponat. sed hyeme. De quo Lucanus. Et scitale sparsis etiaz nūc sola pruinis. Exuuias positura suas. De quo etiam Plinius nōnunq̄ mentionem fecit.

¶ De notitia cylidri serpentis.

Cylidrus serpens est a chilio. idest uoluo. qui parte qua trāsit ea fumū emittit. Inde Lucanus. Tractiqz via fumante cylidri.

¶ De notitia serpentis chencridos.

Chencris serpens est: ab hoc nomine chēcros idest milium dicta. eo q sit milij coloris. Interna. Color eius propter citrinitatem est quasi milij color. sed paruis ac pluribus tingitur notis. eo qppe modo quo lapis ophytes plurimis ornatur maculis. quo ornatu similitudine a serpente sumpta a serpentis nomine nomen assumpsit. ophys enim serpens dicitur. Unde Lucanus. Tractiqz via fumante cylidri. Quam semper recto lapsurus limite chencris. Pluribus ille. notis uariatam tingitur aluū. Quā paruos tinctus maculis thebanus ophytes. Externa signa sunt. Quoniam ei qui ab eo morsus fuerit accidentia malarum eueniunt viperarum.

¶ De notitia serpentis natricis.

Natrix serpens est qui aq̄s suo inficit ueneno. de quo Lucanus. Et natrix violator aque.

¶ De notitia amoditis serpentis.

Amodites serpens est ab hoc noie ammos: idest harena dictus. eo q harenam fodiat et ingrediat̄: hareneqz colorem habeat. Interna. Color eius uti diximus est harene color. Et super eorum corpora sunt uestigia. longitudo eius usqz ad cubitum. Externa. Locus morsus uehementer dolet et magno tumefit apostemate. Et ex eo currit virus. et in tertio interficit. et mora eius est post septimū. Et de hoc dixit Lucanus. Unicolor exustis atqz indiscretus harenis Amodites De hoc etiam Auicēna sub nominibus corruptis. amiudurus et caubarus.

¶ De notitia serpentis pharee.

Phareas serpens est qui reliq̄ corporis parte eleuata: sola serpit cauda. Inde Lucanus Et contentus iter cauda sulcare phareas.

¶ De notitia serpentis dicti prester.

Prester serpens est. pristir enim facem significat ardētem. Quem percusserit ut ingt Solinus distenditur. enormiqz corpulentia necat̄. Lucanus etiam ait. Nasicium marsi cultorem torridus agri: percussit prester. illi rubor igneus ora succendit. Tenditqz cutem pereunte figura. Miscens cūcta tumor toto iam corpore maior. humanumqz egressa modum sup omnia membra: efflat̄ sanies late tollente ueneno zc.

¶ De notitia vipe per interna et externa signa.

Pertractatis ijs serpentum speciebus: nūc ad ea que nostro deseruiunt proposito propius accedamus. id enim quod in hoc intendimus libro non est omnis serpens: sed illud solum animal ex quo theriaci pastilli et theriaca conficitur. hoc autem uti partiz diximus et plenius patebit inferius: est vipera. de ea igit̄ agentes primo dicimus hoc nomen vipera latinuz esse. greci autem echidnam uocant feminini generis. echis vo masculini dicitur autem vipera uti nonnulli latini scribūt quasi vi pariens. quoniam in eius partu uentre suos obroso finit dies. Hee autem vipere ab inherentibus notis sic cognoscuntur. Interna. Caput earum est planum: latum uersus collum: sed uersus os ad acuitatem potius decliue. Collum gracile: ea inq̄ parte qua capiti iungitur. Cauda breuis. In incessu strepitum ac sonitum facit. Ad hec oua prius in utero concipit. dehinc viuum primo conceptum et in utero nutritū iuxta Aristotelis sententiam in lucem edit. tempore algoris vipera sub saxis: sicut cetere serpentes sub terra conduntur. Externa. A loco morsus sanguis p̄mo egredit̄ aquosus. dehinc spumosus. post hoc ut eris erugo virus ac ueneni iam formam accipiens. Ad hec post dolorem loci percussi dolor expandit̄. et apostema rubeum innascit̄. cum uesicis et apostematibus puis: ac si ignis affuisset adustio. et hec quandoqz serpunt. quod apostema de rubeo fit viride in loco percusso. Preterea in visceribus ardor. in corpore rubeo cū rigore. Et rubor ille post hoc ad viriditatem tēdit. Uertigo tūc eos occupat: et anhelitus frequētia. et nausea. et singultus. gn et dorsi grauitas. et nōnunq̄ sanguinis narium fluxus. Tandem sudore frigido ingenti tremore et sincopi occupant̄. Et ut plurimum in tribus morit̄ diebus. lz quandoqz usqz ad septimum mors differat̄. Et vipere sunt in secūdo uenenatoruz animalium genere.

¶ Quod alij: alia senserunt de vipere partu. de quo partu Plinius Aristotelem imitari credidit. sed in aliq̄ decept⁹ fuit.



Ratia eorum que de noie ac partu vipere dicta sunt dignum putaui quorūdam sentētias circa hoc adducere. Reperio autē omnes de partu vipere loquētes Aristotelem. Herodotuz. Nicādrum. Plinium. et alios plures in hoc vno cōuenire: videlicet vipam intra se p̄mo oua cōcipere. dehinc catulos in utero nutritos in lucē edere. Ceteras serpētes oua: nō viuum parere. que oua post hoc serpētes in terra incubāt. Tertio eniz de aialium hystorijs libro sic scribit̄. Serpētes enim tā ab ijs supradictis q̄ inter se differre apertū est. Uipa enim aial edit post q̄ intra se oua peperit cum cetera serpētum oia genera oua edant in lucē. hoc idem Herodotus. hoc Plinius. et alij. Dissentiūt aūt in hoc. quoniā Herodotus Plinius et alij plures vipam dixere in coitu masculi caput ore cōplexam ueneris oblectamēto amputare. Cui⁹ patris vindictā filij cupientes: dū femine ptus hora fuerit: latera matris ob rodētes: in lucem exeunt. hoc putauit Herodotus de vipis et alatis serpētibus in arabia natis a nā non ab re factū esse. ne tam pnitiosum genus ferarū homini infestissimū multiplicaret̄. Sed qd de hoc senserit Aristoteles mox deducam. Sic eniz in fine qnti hystoriaz libri scriptuz reperit̄. Uipera e serpentibus vna animal edit cuz intra se oua p̄mum peperit. ouum hoc vnius coloris et molle ut pi-

sciũ est. fetus sup̄ne consistit nec cortice continet̃ ut nec pi-
sciũ q̄dem. Parit catulos obuolutos mēbranis que tertia
die rumpant̃. Euenit interduz ut qui in utero adhuc sunt
abrosis mēbranis prorũpunt. singulos diebus singulis pa-
rit plus ꝙ̃ viginti. Cetere serpentes oua pariũt foris ꝯtexta:
ad monilis hoc est ornamẽti mulierum qđ ambit collũ simi-
litudinẽ. incubant que pepererint in terra. ⁊ fetum sequente
excludũt anno. ex q̄bus uerbis q̄nque de viperarum ꝑcrea-
tione ⁊ ꝑtu colligunt̃. Primum est ꝙ vip̄a intra se facit oua
Secũdum ꝙ oua sua vnius sunt coloris ⁊ mollia absq; cor-
tice ut pisciũ oua. que oua in sup̄iori concipiunt̃ ꝑte. Est eni
earum longa matrix ab inferiori uentris ꝑte usq; ad septuz
ascendens: illic bifurcata. in ea eniz bifurcatione oua ꝯsistũt.
post hoc ad infimam eius ꝑtem conceptum descendit. ⁊ ꝯsti-
tuto tẽpore ad exteriora in lucẽ viuum educit̃. Tertium est
ꝙ vipera in lucẽ edit siphas est dicere viperulas non nudas
sed mẽbranis inuolutas. Quartum est ꝙ mẽbrane ille per
tres extra uterũ: anteq̃ꝫ ex eis catuli exeant: stant incorrupte
dies. tertia enim die ab hora ꝑtus cõputando: mẽbrane rũ-
punt̃. Hoc tamen aliquotiens euenit ut tertiã catuli non ex-
pectent diem: sed in utero mẽbranas obrodentes: in lucẽ de-
nudati a mẽbranis obrosis exeant. Quintum est ꝙ singulis
diebus catulos mẽbranis inuolutos ad viginti usq; ⁊ plu-
res pariat. Cetere v̊o serpentes a vip̄is in duobus distant: ⁊
ꝙ oua contexta in lõgum ꝑtendentia non aũt viuũ pariãt
ut vip̄a. Et ꝙ ea incubãt oua. ita ut fetus sequenti ab ouo ex-
cludat̃ anno. vip̄e v̊o die tertia a ꝑtu e mẽbranis excludant̃
Ceterum Plinius libro 10° de naturaliũ hystorijs Aristote-
lis uerba sequi conatus: eã non recte ad suũ traxit sensum. as-
serens ꝙ vip̄a mater a filijs ꝓprijs uterum corrodẽtibus in-
terficiat̃. Ait enim. Vipe mas caput inserit in os qđ illa ab-
rodit uoluptatis dulcedine. Terrestriũ eadez sola inter se pa-
rit oua vnius coloris ⁊ mollia ut pisces. tertia die intra uterꝫ
catulos excludit. deinde singulos diebus singulis parit. xx.
fere numero. itaq; ceteri tarditatis impatiẽtes prorũpunt la-
tera occisa parẽte. Cetere serpentes ꝯtecta oua in terra incu-
bant. ⁊ fetum sequẽte excludunt anno. in ea ꝑte qua de ouis
loq̄tur nulla cadit dubitatio. cũ etiam dicit. Deinde singulis
diebus singulos parit. xx. fere numero. ⁊ reliq̃ que de serpen-
tibus a vip̄a diuersis retulit cuz Aristotelis dictis manifeste
cõcordat. Sed in illa profecto ꝑte qua sic scripsit. Tertia die
intra uterũ catulos excludit. puto nõ recte accepisse Aristote-
lem. Siue enim exclusionẽ a mẽbranis intra uterum. i. intra
matricẽ. siue exclusionem ab utero in lucem intelligat̃. ad q̄d
dicta erit illa ꝑticula. Itaq; ceteri ⁊c̃. Ad hec si per exclusionẽ
catuloꝝ denudationem a mẽbranis in utero intellexeris vn-
de cõputabit̃ illa tertia dies? non a ꝑtu in lucem q̄a talis in
lucem ꝑtus in exuuijs mẽbranoꝝ nondũ euenit. nõ a die for-
mationis ouoꝝ. quoniam aĩalis plasmatio tam breui tẽpo-
re ut mẽbranas exuat impossibilis est. Eodẽ modo si per ex-
clusionem ꝑtum in lucem intellexeris a quo nam fiet tertie
diei cõputatio? non ab oui cõplemento rñe dicta. non a ꝑ-
tu in lucem. q̄a nondũ talis euenit ꝑtus. Dices forte diez ter-
tiam in qua fit ꝑtus in lucem a die eruptionis mẽbranoruz
in utero cõputandam esse. Ad hoc dicimus ꝙ de tali mẽbra-
noꝝ eruptione a Plinio nulla fit mentio: sed ab Aristotele.
etiam si talis dabit̃ sensus. ad q̄d illa posita est ꝑticula. De-
inde singulos singulis diebus ⁊c̃. non enim dixisset. deinde.
si de ꝑtu in lucem suus esset sermo. Quare uerba Plinij cuz
Aristotelis sensu minime cõcordant. Sic enim ab Aristotele
ex matre de uerbo ad uerbum interpretatio fit. Parit autem
vip̄as ꝑuas in membranis que tritee rumpuntur. idest vi-
peras ꝑuas in lucem educit membranis inuolutas. que mẽ-
brane tritee. idest cuz ad tertiã a partu cõputando uenerint
diem: mox rumpunt̃. Subdit aũt Aristoteles. Interduz au-
tem ⁊ deintus abrodentes ip̄e exeũt. ac si diceret q̃uis utplu-
rimum mẽbrane post ꝑtum tertia rumpant̃ die: attamen in-
terdũ fit ut mẽbrane in utero abrodant̃ a catulis ⁊ catuli a

mẽbranis nudi in lucem exeant. quoto aũt tempore ⁊ quoto
numero in lucem exeant siue mẽbranis inuolute siue nõ sub-
didit. Parit aũt in vna die vnam sed plures ꝙ̃ viginti parit
⁊c̃. Plinius autem illam ꝑticulam. Interdum autem. eã ac-
cepit ac si catuli interdum latera matris abrodentes per vul-
nus interfecta ipsa exirent. sed p̄i hoc non sensit Aristoteles. il-
la enim pars. Interdum. est illius partis exceptio qua dixe-
rat. Parit autem viperas paruas in mẽbranis que tritee rũ-
punt̃. Ac si diceret. licet utplurimum catulos vipera pariat
mẽbranis inuolutos interdum tamẽ eos edit in lucem nu-
dos cum ipsi catuli deintus membranas abroserint. Sic eni
Aristotelis litteraz exponendo nulla insurgit dubitatio. Sed
si Plinij uerba curaueris magnus labor imo impossibilis
potius insurget defensio. Hoc igitur vnum ex omnibus ha-
beat̃ dictis. videlicet ꝙ vipera non oua sed viuum in lucez
parit sepius mẽbranis inuolutum lꝫ interdum a membranis
exutum. Cetere serpentes oua pariunt dehinc illa diu incu-
bant in terra. qđ inter signa viperam notificantia deductũ
fuit. Ex ijs etiam que de ꝑtu vipere ab aliq̄bus scripta sunt
nominis reddita est ratio. videlicet vip̄a ꝙ vi pariat. vi eniz
parit cum ſm hos a filijs patris mortem vindicãtibus nece-
tur. Quereres fortassis an vip̄a sit omnis serpens que viuũ
parit. dicimus ſm Aristotelem solam viperam inter serpen-
tes viuum parere. q̃uis ab Herodoto in arabia alatos esse
serpentes dicat̃ quos dicit viuum parere partu violento ut
vipera. sed siue hoc sit siue non nihil ad rem nostrã. cũ enim
medici sumus: eam uolumus esse accipiendam serpentem
que in secũdo uenenatoꝝ continet̃ gradu. hec autem est vi-
pera talem aũt serpentem reptum esse tali corporis forma ta-
li suaꝝ partium plasmatione formatam esse. talesq; in ꝑcus-
sum animal effectus efficere quales superius dum loquere-
mur de vipera demonstratum est. Hunc igit̃ serpentem ta-
li forma ⁊ talibus effectibus insignitum: sapientes medici
agnoscere debent. quem etiam viuum parere Aristoteles do-
cuit. Quare siue sola vipera talibus signis cognita viuuꝫ pa-
rere concedat̃: siue non sola ipsa sed alia etiam sit serpens ut
inq̄t Herodotus: nihil quo ad medice facultatis inq̄sitionez
⁊ theriace confectionem interest. Hoc enim vnũ medico attẽ-
dendum est: ut eam pro confectione theriace accipiat serpen-
tem que medij sit uenenatoꝝ gradus. ⁊ que prefata de figu-
ra corporis habeat signa: dictosq; effectus suo inferat mor-
su: viuos quoq; in lucem edat catulos. Utrum autem alia
serpentum species a vipera viuum pariat uel non: medico
scire non attinet.

¶ Inter viperas qualis sit eligenda magis: ad theriacaz the-
riacosq; conficiendum pastillos.



Ertractatis ijs que viperam theria-
cam cõficientem ab ali-
is serpentum gñibus secernunt: nunc viperã vi-
pere conferendo: ea tractari debent q̄bus vip̄a
theriacam cõficiens ab alijs distinguit̃ viperis.
Dicimus igit̃ ꝙ viperarum nature a locis ab affectib⁹ ⁊ plu-
rimis alijs differẽtijs distincte reperiunt̃. Nã alie sunt quer-
cine que in quercuum abditis habitant ⁊ condunt̃. alie sali-
cibus degunt que maligne nimis sunt. nec theriace cõmode
Sunt ⁊ alie maritime littora maris incolentes: que licet ab
aliq̄bus approbate sint: attamen earũ caro a cibis salsis mu-
tata sitim parit. ⁊ illaruz potissime carnes que in libia nascũ-
tur. de q̄bus vndecimo de simplicibus medicinis Galenus
sic scripsit. Noui nãq; animaliũ carnes cõmutari cibis. ⁊ cũ
hoc dixisset: de viperis loquens circa maris littora viuenti-
bus ⁊ loca salsa: subiũxit talia loca potissime esse in libia. Et
addidit. Itaq; tutissimũ est caueri uenari echidnas in talib⁹
locis ad pabulum uel ad medicine ꝯfectionem. q̄lis est ⁊ hec
gloriosa quã pene oẽs medici theriacam appellãt. Cum igit̃
in italia maior sit loci humiditas ꝙ̃ in libia ubi adustio ni-
mia salsedinem facit: unde Galenus marsoꝝ responsionez ad
sua quesita audiens: eã in ꝑte quadam approbat: videlicet

viperas sitiz faciētes in pfatis locis scilicet libia ⁊ maritimis locis inveniri. ⁊ hoc ex carniū qualitate a cibis salsis contracta. In italia autem cum sit regio magis humida viperas nutriri dulciores: minusqz venenosiores: facultatiqz medicine cōmodiores. De qbus ⁊ Cornelius Celsus ait. Verum hec genera serpentum ⁊ peregrina ⁊ aliquanto magis pestifera sūt. maxime que estuosis locis gignunt. Italia frigidioresqz regiones hac quoqz pte salubritatem habet: q minus terribilis angues edunt. Et hinc illi magis corrigēdi sunt qui in egypto ⁊ non alibi animal esse fingunt thirum dictum: ⁊ inde in italiam deferendum si bona confici debeat theriaca. que opinio preter alia dicta ⁊ dicenda falsa esse comprobat ex ijs que a Galeno in prefato loco dicta sunt. ab eo eniz clarissime accipit non oportere nos alexandriam vel aliquam libie ptem peragrare: ut animal pro theriace confectione habeat: cum illud vipera sit. que ubiqz ut inquit Herodotus reperit. tantoqz magis nostras italicas accipe debemus vipas quāto ipse a Galeno magis approbant. cum earum caro nō maritima minime salsa sit. cuius contrarium in libicis reperit viperis: ubi caloris ac siccitatis fervore vipe etiam non maritime carnes habent salsas: solis fervore terrestre in humido comburente. quod in italie locis minime fit. Non igit ille que maris littora: non que in locis calidissimis ut in libia: pro conficienda theriaca vipe sumende sunt. sed ille potius que loca minus torrida habitant. sicuti italia grecia hispania. ac alijs in locis a tertio usqz ad septimum clima contentis venande sunt. que neqz penitus veneno private neqz pnitiosissimo munite sunt. Sunt etiam ⁊ vipe paludose. sunt ⁊ alie que in littoribus fluvioꝝ vivunt. que teste Avicenna pretermittant: dicente. Et non capient ex piscinis ⁊ littoribꝰ fluvioꝝ ⁊ aquaꝝ ⁊ marium neqz petrose. Et cuz eaꝝ colores diversi sint: ille eligant vipe que flavi vel subflavi sunt coloris. albe enim pauci: rubee autem plurimi sunt veneni. flavus autem color est inter utrunqz. Sume feminam non masculum: que a masculo numero dentium agnoscit. masculi enim duos habent dentes. femine vo quatuor. licet enim femina pluribus morsus vulneribus ledat: masculus tamen pluri inficit veneno. Sume etiaz de feminis illas que motu agiliores ⁊ eoꝝ capita elata magis deferunt. ⁊ earuz aspectus ferox sit ⁊ audax. ⁊ earum oculi ad rubedinem magis declives. ⁊ etas eaꝝ sit iuventutis etas. talia enim sanitatez ⁊ robur vtutis significant. Et ille proprie assumant cum truncatis extremis non minus agitant. que enim cito quiescunt debiliores agnoscunt. Neqz ea est accipienda que gravida. Ad hec ieiune nimis nimio inficiunt veneno. de hoc Cornelius dixit. Illud ignorari non oportet omnis serpentis ictuz: ⁊ ieiuni ⁊ ieiuno magis nocere. ideoqz pnitiosissime sunt cū incubant. Sint etiam eoꝝ ventres collecti solidi. robur eniz ⁊ pauca hoc significat excrementa. Tempus autem quo venari debeant sit veris initium. cum tam hyemis frigus desierit. tum enim e cavernis exeunt. post suum enim exitum aliquanto pmittant tempore: usquequo scorium suum deponant. ⁊ excrementoꝝ malitia in cavernis a hyeme contracta remittat. qd brevi fit. Exuunt aūt interduz nō vere solo suā senectutem: sed etiam autūno. teste in octavo de aialiuz hystorijs libro: Aristotele dicente. Vipa etiam exuit eaz vere q autūno. q vere solo venari liceat ad theriacam conficiendaz. eo scilicet tempore quo sol arietis finē ⁊ tauri initia subierit. In estate aūt venenum eaꝝ fervet. autūno vo aliqd de estatis veneno supfluo pticipant. Quare circa veris initia venari debent. nec eas incarcerari liceat. cum ieiune venenosiores sint. Nec putes post eaꝝ exitum a cavernis diutiꝰ morari ad senectutis depositionem. per vnam enim fere diem ac noctem eam deponunt. de quo sic ait Aristoteles loco prefato. Atq; vna fere nocte ⁊ die senectus tota exuitur a capite orsa ad caudam. Et cute altera subnascente ipsa removetur. Vnuz tamen cavēdum q si forte ver hyemale fuerit: usqz ad ulteriora differat venatio. etiam si usqz ad estatez differri necessarium sit. quanto enim tempus frigidius tanto tardius e cavernis exeunt. Qualis igit vipera inter tot viperas locis coloribus affectibus sexu ⁊ alijs plurimis accidentibus: inter se differentes: eligenda sit ad theriace confectionem: ex ijs diffuse satis demonstratum esse puto. Jis itaqz de cōsueta serpentum inventione disputatis: de qbusdam serpentū mirabilibꝰ: forma. s. ⁊ magnitudine nunc ptractandum est.

De serpentibus mire forme scilicet alatis ac mire magnitudinis.



Onnulla de serpētibus auditu mirabilia scripta reperiunt a viris fide dignis. Nam Herodotus alicarnasius ait in arabia locum esse ppe butim urbē: ubi plurimi sunt alati serpentes. ad quem locū se adivisse: ⁊ eoꝝ spinas vidisse dicit: multitudine incredibili in acervis collectas. addit eos ineunte vere volare in egyptū. quos tamen plurimos aves ibides innumere illic existentes pro viribus repellūt. Horuz serpentum figura est hidroꝝ figura. alias inquit habent alis vespertilionum similes. ex mēbranis vel cuti confectas: non pennatas ut aves. Quos etiam serpētes arabibus infestos thus colligentibꝰ esse dicit. cum sub illis plurima thus pducentibus arboribus resideat copia. neqz thus colligere valerent nisi storacis fumo ipsis infesto fugarent. hos pnitiosos serpentes in arabia inveniri fatet Herodotus: viperas ubiqz. suos alatos serpentes ⁊ viperas: vivum: licet vi parere dicit. Ceteros aūt non venenatos serpentes ova in lucem ⁊ ea plurima parere dicit. De qbus quoqz alatis serpentibus in pmo de animalium hystorijs sic scripsit Aristoteles. Angues enim circa ethiopiam tales volare narrant. Aliud mirabile est qd Megastenes scribit in idis. videlicet tanta magnitudine repiri serpentes ut solidos cervos taurosqz hauriāt. Metrodorus etiam circa indicū amnem in pōto serpentes supvolantes alites haustu raptas absorbere. Illi belli etiā punici a romanis facti scribit hystoria. vipam ad flumen bagadram adeo ingentem ac feracē inventam fuisse: ut a regulo romanoꝝ imperatore necessarium fuerit balistis ac tormentis ut oppiduz acriter expugnare. cuius lōgitudo ut scribit viginti ⁊ cētum fuere pedes. Cuius pellis ⁊ maxille rome in templo usqz ad bellū duravere numantium. Huius magnitudinis fidē boa dat vipa in italia sub Claudio principe in vaticano occisa. in cuius utero solidus infans spectatus est hec enim lactis bubali a quo nomē accepit succo nutrita est pmo. dicit enim boa ⁊ bova. sed huius mirande magnitudinis certissima fides ab Aristotele philosopho in octavo de hystorijs aialium libro haberi licet. ubi sic scribit. In affrica magnitudo anguiū mira sicut ⁊ fert. Jam eniz nonnulli ubi triremi applicuissent: ossa boum multoruz vidisse narrant. quos absumptos esse ab anguibus nō dubitarent. cuz triremes pductas in altum q primū angues insectarent. ⁊ nonnulli aggressi triremem everterēt. ijs itaqz oibus maxima fides habita sit. q alicubi mire magnitudis ⁊ mire forme alate scilicet serpentes reperiant.

De draconibus.

Plinius in hystoria nāli de draconibꝰ etiam scripsit eos elephātibus nā inimicos. Ethiopie dracones magnitudine pares esse idicis. ⁊ esse cubitoꝝ viginti. Ethiopes aūt apud quos nascunt vocant asachei. Strabo etiā ante Pliniū de snia hyphicratis refert apud ethiopas q hespij dicunt pter alia mirāda inesse quoqz magnos dracones: adeo ut herba sup eos inascat. Avicēna etiā refert fm qsdā minorē draconē esse cubitoꝝ qnque maiorē vo triginta ⁊ supra. Et eoꝝ oculi sunt duo magni. ⁊ sub mādibula iferiori eminētia sicut mentum. Et dentes plurimi. ⁊ eos dicit nasci in ethiopia ⁊ india. sed indi maiores. se tamē ipsummet corrigendo inquit verificatum est preter indiam alibi quoqz magnos reperiri dracones. facies eorum dicit esse citrinas ⁊ nigras. os eorum amplum. Supercilia eminētia ocu

los cooperientia. Refert et se vidisse quendã de p̄fatis super cuius collũ in latitudine descẽdẽte pili erãt grossi tanꝙ̄ eius coma. Externa signa sunt. ꝙ ex draconis morsu puus fit do lor. post hoc inflãmat ꝛ masculoꝝ morsus peior est femie mor su. Hij ergo ponendi sunt in tertio uenenatorum gradu.

¶ De crocodillis.

Crocodillus animal est quatuor habẽs pedes: stinco nili si milis. Eius magnitudo plerũqꝫ duodeuiginti excedit cubiti supiorẽ mouet maxillã. ꝛ dentib⁹ pectinatim ordinatis mor sum tristem infigit. Hoc aial parit oua ut anseres. dehinc ea incubat. ꝛ ad dictam ut dixi crescunt magnitudinẽ cũ aialia in lucẽ uenerint. vnguibus utit̃ ꝓ defensiõe. cutim habet du rissimã sed sub uẽtre leuẽ. ide delfini se submergẽtes eas sub uẽtre feriunt. Die terrã: nocte aquã habitant nili. in terra dor mientiũ fauces apertas rex auium a cibi reliquijs mundifi cat. sed ichneumon clam per os intrãs per uentris latera eru pta ipm interficiens exit. ijs dominant̃ nitritici hoies sic ab insula nili dicti: statura parui: sed cõtra hos strenues de quo rum imperio mox dicendum. Nunc autem hec satis de serpẽ tibus mirabilibus draconibus ꝛ crocodillis. ad eas autem tres gentes que mirabiliter ꝛ serpentibus ꝛ crocodillis domi nantur descendere liceat. quibus discussis ad latinorũ erro res accedendum puto.

¶ De Psilijs. Marsis. O phiogenis serpentib⁹ ꝛ crocodilles dominant. bus.



